gitur dicere Vxorē duxi. ¶ Hui⁹ aūt vxo a
ris. i. carnalitatis vt dictū est septez sunt
filie toti mūdo ꝓstitute. De prima aūt q̄
fornicatio dicit̄ dicta sufficiāt. ¶ Secun-
da igit̄ filia stupꝝ nūcupat̄. Maior q̄dez
vitio: sz turpior exercitio. qz occurrit ibi
specialis quedā deformitas cū virgo que
sub parentū custodia deget corrūpit̄. Tuz
ex ꝑte parentū quib⁹ iniuriat̄. tuz ex par-
te puelle q̄ ex hoc ꝙ violat̄ nulla pactōne
ꝯiugali p̄cedente impedit̄ a legitimo mr̄i-
monio ꝯtrahendo. ⁊ ponit̄ in via meretri
candi a quo retrahebat̄: ne signaculū vir-
ginitatis amitteret. Et sic p̄mo aufert ei
famā bonā q̄ p̄ciosior est quibusuis bonis
tp̄alib⁹. Meli⁹ est eniz nomē bonū q̄ vn-
guēta p̄ciosa. Nimiꝝ cum ⁊ eaꝝ ꝓximi ho
norem mūdi captātes etiā sibi dedec⁹ re-
putāt si cognate eoꝝ q̄nq̄ fornicatōi sub
iacent. ¶ Secūdo aufert ei bonū irrecom
pensabile. qz virginitas nō recipit recom
pensatōem vel recup̄atōem. cū non sit di-
gna ponderatio ꝯtinētis aīe. Aufert eniz
virginitatem cui debetur fructus centesi
mus. Tercio dat ei occasionem defluendi
in omnem īmundiciaz. Sicut enim rupta
clausura vinee multi post intrāt: spoliāt:
⁊ conculcāt. sic fracto sigillo castitatis iā
a multis impedit̄: inuaditur: cōculcatur.
Eccl̄s. ix. Omnis mulier que est fornica-
ria quasi stercus in via ab omnibus p̄ter-
euntibus cōculcatur. ¶ Tercia filia dici-
tur raptus. ⁊ hec culpa g̃uior priore. Ra
ptus enim est quādo quis infert violenti-
am ad virginitatem eius deflorādaz. quā
violentiam quādoq̄ infert patri et virgi-
ni: quādoq̄ solum patri virgine consenti-
ente. cum scilicet per violentiam de domo
patris abducitur. De quibus ait Syma-
chus papa. Raptores viduarum vel vir
ginū ob īmanitatē tāti facinoris detestā-
tur. ⁊ agg̃uant̄ raptus s̄m ꝙ ꝑsona rapta
magis obligat̄ alteri. Cuz enī maior sit ī-
iuria si q̄s abutat̄ muliere alteri⁹ potesta-
ti subiecta ad vsuz generatōis q̄ ad solaz
custodiā: ideo adulteriū magꝭ est q̄ stupꝝ

ꝫ vtrũq; ꝑ violentiã aggꝝuaꝫ. Minor est tamen violentia q̃ rapit ad honorẽ. quam q̃ rapit soluz ad venereã delectatõez. quã violentiã plerũq; sequit homicidiũ. Naz ꝓpter violentiaz Dyne virginis Sichen ꝫ Emor omnesq; habitatores ciuitatis illius occisi sunt Geñ. xxxiiij. Sic ꝓpter violentiaz vxoris leuite incredibili luxuria vexate: vltra. lx. milia virorum interẽpti
b sunt. ¶ Quarta filia dicit adulterium qõ fornicat accessuz ad aliũ thoz. in quo dupliciter ꝓtra charitatẽ delinquit. Primo iniquituz accedit ad alienã nõ sibi mrimonio copulatã. ꝫ hoc est õ bonũ plis ꝓprie. Secundo cũ accedit ad mulierẽ alteri matrimonio copulatã. ꝫ sic impedit bonuz plis aliene. Et vide q̃tuz malũ est hoc: sic ostẽditur Eccls. xxiij. ꝓmo de adultero: dicẽs Omnis hõ qui trãsgredit lectum suũ ꝫc. Deinde de adultera subiũgit. Omis inqt mulier relinquẽs virz suuz peccabit. Primo enim in lege altissimi incredibilis fuit iniq̃. s. ꝓcipit. nõ mechaberis. Secũdo virum suũ reliquit. in q̃ facit ꝓtra cerritudinem plis eius. Tercio i adulterio fornicata est ꝫ ex alio viro filios statuit sibi: qõ ẽ ꝓtra bonũ plis ꝓprie. Quarto statuit hereditatẽ ex alieno mrimõio qõ est õ iustitiam. quã iniustã exheredatiõez si mulier scienter admiserit dãnabit: nisi fecerit qõ in se est: vt infra patebit. ¶ Sciendũ aũt q̃ dupler est adulteriũ. simplex ꝫ dupler. ꝫ secundũ est graui⁹. vtrũq; tñ fit in iniuria sacramẽti qõ dñs instituit i paradiso. ꝫ ꝓtra legẽ naturalẽ q̃ dicit. Qõ tibi non vis fieri alteri ne feceris. Multi autez se potius abstinerẽt exhereditari q̃ vxorez pollui adulterio. Et iõo detestabile furtũ iudicat: omne furtũ sua malicia superans. Hinc in lege Moysi ponit imediate post phibitiõem homicidij ꝫ ante phibitiõem furti. Vñ ꝫ addit pena Leuit. xx. Si mechatus fuerit quis cũ vxore alteri⁹ ꝫ adulteriũ perpetrauerit: morte moriat mech⁹ ꝫ adultera. Qõ si fuerat occultũ licz suspicios̃um: lege zelotipie iudicabat. Ad cui⁹ peccati terrorẽ inferẽt maledictio terribilis Nume. v. Si declinasti a viro tuo atq; polluta es. ꝫ pcubuisti cũ altero viro: his maledictõibus subiacebis. Det te dñs in maledictõez exemplũq; cũctoz putrescere faciat femur tuũ. ꝫ tumẽs vter⁹ tuus disrũpatur. ¶ Ad maiorẽ autẽ euidentiã sciẽdum q̃ zelotipia hic dicit suspitio adulterij. cui⁹ lex erat q̃ mulierẽ suspectã vir ei⁹ ducebat ad sacerdotez ad offerendum ꝓ ea decimã partem sati farine ordeacee sine oleo ramẽ ꝫ thure. eo q̃ zelotipie sacrificium erat inuestigans adulteriuz. ponebatq; sacerdos mulierez coram dño: ꝫ in manibus eius aquas vivas de fonte i vase fictili ꝫ oblatiõem farine. pugillum quoq; farine sumens incendebat sup altare ꝫ mittens pauxillum pulueris in aquã nudauit caput eius. Et scribens sm Josephũ nomen dei tetragramathon: fecit eam iurare sup illud qõ nihil viro suo nocuit. Qõ si viro suo nõ sufficit scripsit in eadẽ membrana maledictões sequẽtes: quas etiaz imꝑcabatur viua voce: dicens. Si declinasti a viro tuo ꝫ cũ altero cõcubuisti: ingrediãtur be aque maledicte in ventrẽ tuum. ꝫ ipsuz tumescere faciãt ydropici. putrescatq; femur tuuz. Et respõdit mulier. Amen: amen. abzasamq; omnez membrane scripturam: in aquas dabat ei bibere. q̃ si rea fuerat adulterij femore putrescẽte tumebat vterus eius ydropisi. non tamen subito: sed vsq; ad decez menses. sin autem tunc minime nocebãt ei: sed plerũq; cõtingit q̃ cõciperet ꝫ pareret masculum mense decimo. Et be aque dicebãtur sancte ꝓpter nomen domi dilutũ in eis. maledicte vo ꝓpter maledicta cõiecta in eis. et amarissime ꝓpter effectum qui quãdoq; sequebatur. Execranduz denicq; malum huius vitij putet in Dauid humiliter penitẽte: sed vindictaz quadruplicẽ recipiente. ij. Reg. xij. ꝫ patet infra. Et sup sermõe. xxv. post b. ¶ Quinta filia dicitur incestus. qui contingit in vsu venereo cõsanguineorũ. Cum enim naturaliter homo debet quãdam honorificẽtiam parẽtibus ꝫ per ꝓsequens ꝓsanguineis qui de eisdez parẽtibus originem in propinquo trahũt intantũ q̃ apud antiq̃s vt refert Valeri⁹

maximus non erat fas filiũ cum patre bal
neari ne se inuicem nudos ꝓspicerent. Et
hec causa videt exprimi Leuit. xviij. vbi
dicit. Mater tua est: non reuelabis turpi
tudinẽ eius. Et idem postea dicit de alijs
Ideo hoc peccatũ ponit supra adulteriũ
peccans cõtra naturalẽ reuerentiã ꝑ ꝓ
nis ꝙiunctis debemus. qđ dicit vitiuz ca
ninũ. Potest autem hui⁹ magnitudo per
pendi in pena taxata huic peccato in lege
cui⁹ pena taxat cuz vitio ꝓtra naturã Le
uit. xviij. Et Aplus hmõi hominẽ qui cuz
nouerca peccauit tradidit satbane corpo
raliter vexandũ. Prima igitur causa ꝓhi
bitõis hui⁹ peccati est naturalis reveren
tia. vt dic doctor sanct⁹ ꝑa ſe. q. cliij. Et
ideo incõgruũ videret ꝙ ꝑmixtio venerea
fieret taliũ personaꝝ ad inuicẽ. Secunda
est necessaria ꝙuersatio: ꝛ cohabitatio cõ
sanguineoꝝ ad inuicẽ. ꝙ si non arcerent a
ꝑmixtiõe venerea nimia oportunitas da
retur illis: ꝛ sic emolescerẽt per luxuriam.
Et ideo in veteri lege ꝓhibite videnꝫ esse
ꝓsone ꝙs necesse est simul cõmorari. Ter
cia est multiplicatio amicoꝝ. Aug⁹. xv. de
ciui. dei. Habita est ratio rectissima cha
ritatis: vt homies quibus esset vtilis cõ
cordia diuersaꝝ vicissitudinũ vinculis ne
cterenꝫ. nec vnus in vno multos haberet
sed singule spergerenꝫ insingulos. Quar
ta ſm Aristo. in. ij. Polit. est ꝙ qz natura
liter quis ꝙsanguineaz diligat. si adderet
amor ꝙ est ex ꝑmixtõe venerea esset nimi
us amor amoris. et maximũ libidinis in
cẽtiuũ qđ castitati repugnat. ¶ Sexta fi
lia dicit sacrilegiũ ſm ꝙ luxuria violat ad
diuinũ cultũ ꝓtinẽs ꝛ consecratuz. Et sic
sacrilegiũ põi potest spẽs luxurie: licz põt
etiã ꝙcurrere cuz diuersis specieb⁹ luxurie
vt dicit doctor sanct⁹ vbi supꝛ. Si enĩ abu
titur ꝓsona ꝙiuncta sibi ſm spũalẽ cogna
tionẽ est sacrilegiũ per modum incest⁹. Si
autem abutit virgine deo ꝙsecrata inꝑtũ
est sponsa xpi: est sacrilegiũ ꝙ modũ adul
terij. ꝛ sic de alijs. Unde Justinian⁹ im
perator dicit. Si quis non dicã rapere: sz
attẽptare tantũmodo matrimoniũ ingre
di sacratissimas virgines ausus fuerit: ca
pitali pena feriatur. Vide nunc ꝙgrauia
sunt adulteria sacerdotũ ꝛ religiosoꝝ sac
rũ ꝙ virginũ. Cũ enĩz ipi sint facies spõ
se christi. i. ecclesie. quã faciez sibi ꝑsentа
ri iubet: dicens. Ostende mihi faciẽ tuaz.
In qua facie si macula posita fuerit: ꝑser
tim luxurie quãtuz putas eius pulchritu
dinẽ deturpat? Maxim⁹ enĩz cõtemptus
est maculare faciẽ cuiusꝙ. sicut iudei spu
tum eiecerũt in faciẽ christi in signũ maxi
mi cõtemptus. In isto tñ vitio graui⁹ of
fenditur quo totũ corpus ecclie cõfundit
ꝛ scãdalizat. Si demꝙ quãto nobilior est
ꝑsonsus: tanto maior reputat cõtumelia.
O quãtus ꝓtemptus est accedere ad spõ
sam xpi. in cui⁹ argumentũ põdus sanctu
arij maius erat ceteris ponderib⁹. s. mer
catoꝝ et ciuiũ: ad designãdũ ꝙ aliter sunt
põderãda peccata laicoꝝ: ꝛ aliter deo cõ
secratoꝝ. ¶ Septima filia est peccatũ cõ
tra naturã qđ repugnat ipsi ordini actus
venerei que ꝓuenit hũane speciei. Qđ eti
am plurib⁹ modis ꝓtigere potest. Primo
absꝙ cõcubitu cum causa delectatiõis ve
neree pollutio ꝓcurat. qđ dicit peccatum
immundicie vel mollicies. Secũdo per ꝓcu
bitum ad rem nõ eiusdẽ speciei. ꝛ dicit be
stialitat. Tercio per cõcubitum ad nõ de
bitum sexũ: vt masculi masculũ: femĩe i fe
minã turpitudinẽ opantes. qđ dicit viti
um sodomiticũ. Quarto ꝙ ꝓcubitũ q̃ non
fuat vas debitũ licz sit sex⁹ debit⁹. Quĩ
to per ꝓcubitũ qui nõ fit mõ naturali licz
vas debitũ obseruet. Ex quib⁹ liquet ꝙ vi
tiuz ꝓtra naturã ꝙsistit circa act⁹ ex quib⁹
non põt generatio sequi. ꝛ ex hoc bz ꝙ sit
grauissimũ peccatum in genere suo. Trã
greditur enĩz id qđ est ſm naturã determi
natũ circa vsum venereum. Et quia ordo
nature per eum violat: fit iniuria ipi deo
ordinatori nature. Inter hec autez vitia
grauissimũ est peccatũ bestialitatis. ꝛ vo
cat crimen pessimuz quo Joseph frẽs su
os accusauit Gen. xxxvij. Per ꝫ vitiũ so
domiticũ vbi nõ fuat debit⁹ sex⁹. post hoc
cũ nõ fuat debitũ vas. deinde cũ nõ fuat
debit⁹ mod⁹ Infimũ aũt locũ tenet pctm
imũ dicie. Que tñ vitia ꝓpo nequaꝝ ꝓpt

turpitudinez sunt explanãda. Operis huius tam inauditi magnitudo satis ostẽditur Gen̄. xviij. dicẽte dño. Clamor sodo. ⁊ gomor. multiplicat̄. ⁊ peccatũ eoꝝ aggr̄uatum est nimis. descendaz ⁊ videbo ⁊c̄. Vbi dicit Gregorius. Nouitas tante ⁊ tam inaudite turptudinis quasi admirationẽ ⁊ dubitationẽ parit ĩ audiẽte. Vnde dñs quasi admirans ⁊ dubitãs sup̄ tãto scelere inducit̄ loquẽs. Descendã ⁊ videbo. quasi diceret. Incredulũ mihi videtur homĩes tantũ flagitiũ perpetrasse. In tantũ autem exarserũt cõcupiscẽtijs: q̄ ⁊ angelis abuti volebãt in tanto scelere. Quo ꝯpto pluit dñs super eos ignez ⁊ sulphurem. subuertitq̄ omnez circa regionem in hac vindicta. non soluz reos: sed ⁊ paruulos eoꝝ. iumenta necnõ terre nascẽtia. ⁊ ip̄am terraz cõsumpsit ⁊ cõuertit in mare mortuuz. Vnde quasi de igne infernali sumpta est illa vindicta que non poterat expectare ꝓpter inauditũ scelus: donec cetera peccata punient̄. Vnde ⁊ vxor Loth retro aspiciens in statuã salis versa est. vt sic ostenderet̄ q̄ntum deo displiceat hui⁹ peccati sola memoria. Qđ nimiꝝ vitium taz detestabile iudicat̄ q̄ sine nomĩe relinquit̄. Paulus v̄o ad Ro. j. vocat illud peccatũ turpitudinẽ anthonomatice. Quid mirũ cum deus hoc vitium tantum execrat̄ q̄ per illud vix desijt ĩcarnari: vt dicit Augus. Quia sicut alie species luxurie reddũt hominẽ iumentis similez: sic et istud reddit hominẽ multo iumentis inferiorem. Hinc od cauendũ hoc vitiuz antiqui patres reperiũtur adulteriũ vl̄ stuprũ quasi nihil reputasse respectu huius vitij. Obtulit enim Loth duas filias virgines ad publicũ stuprũ. Et Judic̄. xix. dicit alius. Habeo filiaz virginem ⁊ hic homo habet cõcubinam ⁊c̄. Et sequit̄. Tantũ obsecro vt scelus hoc cõtra naturam nõ opemini in viruz. Demq̄ fuit etiam vna causa generalis diluuij: vt refert Methodi⁹.

Sermo. xxxvij. De vitio ire corde ore ⁊ opere.

Aufer iram a corde tuo. Eccl̄s. xij. Causa thematis hui⁹ oñdit̄ Eccl̄i. xxvij. dicens. Ira ⁊ furor vtraq̄ execrabilia sunt ⁊ vir peccator ꝯtinẽs erit illoꝝ. Nimiꝝ cũ nullũ vitiũ deũ magꝫ ꝯtẽnit quã ira. Nã ap̄te ꝯ deũ se erigit ꝓrũpens in ꝯtumelijs et blasphemijs ⁊ nitit̄ expuere in faciẽ eius. Job. iij. In faciẽ meã ꝯspuere nõ verentur. Et iõ p̄cipue placet diabolo: eo q̄ potissimũ vitiũ sit ad impugnatõez ⁊ destructionẽ boni. Est enĩ ignis spũalis. qꝛ sicut ignis ĩter elemẽta potior est ad destructionez. Et ido tyrãni q̄ multũ destruere volunt terrã inimicoꝝ igne pugnãt. simil̄r ⁊ demões in inferno. sic ignis ire potẽs est ad destructiõem regni xp̄i. i. virtutũ. Sic ꝯquerit̄ Johel. j. dicẽs. Ad te dñe clamabo qꝛ ignis. s. ire comedit speciosa deserti. i. pulchriorẽ p̄tez mũdi. s. nobiles ⁊ diuites. ⁊ sic in exercitu diaboli ira est incẽdiaria potissime vastãs ⁊ ꝯsumens terrã rixis ⁊ homicidijs. Sicut ecõtra ignis quẽ dñs mittit in terrã ⁊ voluit vehemẽter accendi est incendiaria exercit⁹ angelici qua deuastant potissimuz regnũ diaboli. Sed vnde hoc? nisi quia diuinus ignis mentez illuminat: et ad veram cognitõnem homines informat ponderãs ⁊ amplectẽs vnũ quodq̄ prout congruit. Ignis autem diabolicus excecat mentem humanam. Diabolus autẽ ministros cecos exquirit qui non cõsiderant peccatorum feditatez diabolice seruitutis calamitatẽ: stipendij laboris qualitatem. sicut scriptum est. Seruietis dijs alienis qui nõ dabũt vobis requiẽ ⁊c̄. Nec etiã ꝯsiderat dispendiũ cõmune q̄ ira sua nõ solũ seip̄m: sz ⁊ ĩfinitos plerũq̄ lucrat̄ diabolo. Ignis enĩ iste frequẽter incẽdit vel totã domũ aut totã cognatõez vel totã villã aut p̄riaz: vt admirãdo diceret Ap̄lus Jacob⁹. Ecce q̄ntus ignis. i. q̄ modic⁹. q̄ntã siluã incẽdit. ⁊ lĩgua nr̄a ignis ẽ vniuersitas iniq̄tatꝫ q̄ cõstituta in mẽbris nr̄is totũ corp⁹ maculat ⁊ inflãmat rotaz natiuitatis nostre. i. cursum vite nostre inflãmat a gehenna: idest

diabolo qui suggerit impetum ire. Aufer ergo iram. Scdm Cassianū Ira est motꝰ animi ꝯcitatus ad penā ꝓuocanti inferendaz. Que. s. ira vt dicit Damascenus est accēsio eius qui circa cor sanguinis est ex vaporatōe fellis. ¶ Ad cuiꝰ euidētiā queri potest vtꝝ licitū sit irasci: ꝑstim cum sit actus naturalis potētie q̄ est irascibilis. ⁊ ergo non videtur esse peccatū: cū puris naturalibꝰ non meremur vel demeremur. Ad qd̄ rn̄det doctor sanctꝰ ꝑa ꝑe: q. clviij. ꝙ ira ꝓprie loq̄ndo est passio quedā appetitus sensitiui a qua quis irascibilis denomīatur. Est igitur appetitꝰ vindicte q̄ bene vel male potest appeti. Si ergo q̄s irascitur ꝑm iustā ratōem. s. cum ira se hz cōsequēter ad ratōem ꝓut appetitꝰ sensitiuꝰ mouet̄ ꝯtra vitia ꝑm ordinē rōnis: sic ira laudabilis est. Quia dic̄ Chriꝰ. sup̄ Matheū. Qui sine culpa irascitur reus erit. q̄ ꝟo cum causa nō erit reus. Nam si ira nō fuerit nec doctrina ꝓficit: nec iudicia stāt nec crimīa ꝯpescūtur. Ex hoc autez ne suspiciosi scrutatores alioꝝ defectuū occasionez sumāt: declarat ibidem doctor sanctus. q. clxiij. quō facta alioꝝ inspicere liceat: dicens ꝙ ꝓspicere facta aliorū bono aīo vel ad vtilitatez ꝓpriam: vt ex bonis operibꝰ ꝓximi ꝓuocetur ad melius. vel ad vtilitatem illius vt corrigat̄ si quis ab eo agitur in ratōe ꝑm regulā ⁊ debitum officij laudabile est: ꝑm illud ad Hebre. v. Cōsiderate vos inuicē in ꝓuocatiōem charitatis ⁊ bonoꝝ opeꝝ. Si ꝟo intēdit ad cōsideranda vitia ꝓximoꝝ vt eum decipiat: detrahat: vel inutiliter īquietet: viciosuz est. Hinc dicit̄ Prouer. xxiiij. Ne insidieris ⁊ queras iniquitatē in domo iusti. neq̄ vastes requiē eius. Septies eniz cadet iustus ⁊ resurget. impij aūt corruēt in malum. Et ideo dicit Gregor̄. v. moral̄. Curandū sūmopere est ne ira q̄ vt instrumentuz virtutis assumit̄ menti dn̄etur. ne q̄si dn̄a ꝑeat: sed velut ācilla ad obsequiū parata a rōnis tergo nunq̄ recedat. Et hec dicit̄ ira ꝑ zelū. q̄ licet in executōe actꝰ aliqn̄ iudiciū rōnis aliq̄liter impediat. nō tamen rectitudinē ratōis tollit. Quia dicit Grego. vbi sup̄. ꝙ ira ꝑ zelū turbat rōnis oculū. sz ira ꝑ vitiū excecat. Hinc Platophus vt refert Valeriꝰ. cuz irasceret̄ seruo suo iussit tunicam deponere: scapulas verberibꝰ manu sua ipe cesurus. cum igit̄ intelligeret se irasci manū suā tenebat suspensam. qui interrogatꝰ ab amico supueniente quid ageret: rn̄dit. Exigere penas ab homīe nolo: iracundū me estimas. tu g̃ seruū istū verberibꝰ obiurga. irascor enim ꝓpter qd̄ cedere nolo ne plꝰ faciā q̄ oporteat. ⁊ sic oblitus scdm quē primo castigaret inuenit. s. seip̄m auferens sibijpsi potestatem a seruo. Si ꝟo quis irascitur plus vel minus ꝑter rectā ratiōem: ita ꝙ ira se habet antecedēter ad ratōem: trahēs eā a sua rectitudine. sic ī ira potest esse vitiū. Qd̄ declarat sanctꝰ Tho. ꝑa ꝑe. q. clviij. dicēs ꝙ motus ire potest esse inordinatꝰ dupliciter. Vno modo ex parte appetibilis in qd̄ tendit. puta cum aliquis appetit vindictaz non ꝑm ordinem ratiōis vel ꝓpter vitioꝝ correctiōem ⁊ bonuz iusticie cōseruandū. Si petit vindictaz qualitercunq̄ fiat cōtra ordinez ratōis appetens eum puniri qui non meruit vel vltra q̄ meruit aut non ꝑm legitimū ordinez vel non propter debitum finem qui est cōseruatio iusticie ⁊ correctōis culpe. tunc erit appetitus ire vitiosus et mortale peccatum: Et dicitur ira per vitium. quia charitati contrariatur ⁊ iusticie. Potest tamē cōtingere ꝙ talis appetitus sit veniale propter imperfectōem actus. que quidez imperfectio attendit̄ vel ex parte appetitus puta cum motus ire ꝑuenit iudiciū rōnis. vel ex parte appetibilis vt cum appetit in aliquo modico se vindicare ita etiam si actus inferretur non esset mortale. puta si quēpiam paruz trahat cū capillis: vel huiusmodi. Secūdo modo ire motus potest esse inordinatus quātum ad modum irascendi: vt si nimis inordinate motꝰ ire feruescit īteriꝰ vel nimis exteriꝰ ire signa manifestat. ⁊ sic ꝑm se n̄ hz ex suo genere rōez peccati mortal̄. venial̄ tn̄ est si iustā appetit vindictā. qꝛ vis irascibilis in hoīe natural̄r subijcit̄ rōi. ⁊ iō ꝑtergredi iudiciū

b

rationis vitiuz reputaꝫ. Potest etiaz aliquãdo fieri mortale peccatum: si ex vehementia passiõis aliquis recedat a dilectione dei ⁊ primi per cõtumeliã: detractionem ⁊c. aut alia signa que nimiã ire vehementiã ꝓtendũt. sicut dicit Greg. iij. moral. Ire sue stimul accẽsum cor palpitat. corp⁹ tremit. lĩgua se ꝓpedit. facies ignescit. exasperanꝫ oculi. ⁊ nequaqꝫ recognoscũtur noti. ore quidez clamorẽ format: sz sensus quid loquiꝫ ignorat. Sicut Dauid ira feruidus ꝓpter rñsionẽ cõtumelioſam nabal dicebat. Accĩgaꝫ vnusq̃sqꝫ gladio suo. Accincti secuti sũt dauid viri q̃dringẽti dicentez. Hec faciat dñs inimicis Dauid. ⁊ hec addat si reliq̃o de oſſibus que ad eũ ꝓtinent vsqꝫ mane mingentẽ ad parietem. Demulsus tamẽ verbis Abygail vroris Nabal reuersus est in locum suum. j. Reg. xxv. Ira tamẽ est minus peccatum q̃ inuidia. qz ira appetit malum pene alicui⁹ sub ratõe boni qđ est vindicta. inuidia vo malũ alterius appetit ꝓpter appetitum ꝓprie glorie: qđ peius est q̃ appetere malũ alicuius sub ratõe vindicte iuste. Odium vo grauissimum est. qz appetit malum alteri⁹ sub ratõe mali: sicut postea videbiꝫ. ¶ Preterea ſm pcessum actus humani tres effect⁹ ire distingui possunt: qs dñs tangit Matth. v. dicens. Qui irascitur fratri suo aut dixerit racha vel fatue. Nam ꝓmo quis aliqđ in corde cõcipit. et q̃tum ad hoc dicit: qui irascitꝫ. non tm̃ vitio: sed fratri. Et iste motus ire sistit ĩ animo: cui⁹ pena est iudiciũ. ad qđ irascẽs citabitur. Et quõ habuerit ꝓceptum Ih̃u. diliges ꝓximũ tuũ: requiretꝫ. Qui enĩ fratrez suũ odit homicida est. Et sic ex ira nascuntur duo vitia ſm sanctum Tho. Vnum ex parte eius cõtra quẽ irascitꝫ. quez. s. reputat indignũ vt sibi tale quid faceret. ⁊ vocatur indignatio. Sic Goliad iratus est: reputãs Dauid indignũ suo duello. Et Ih̃ vitiũ causat incõsideratio sue vilitatis et demeriti. Nõ sic hũilis Dauid qui pr⁹ dixerat. Quoniã iniq̃tatẽ ego cognosco ⁊c. Cum enim contumelioſus afficeretꝫ a Semey verbo ꝓiter et facto: posit⁹ in angustia vt dicit Grego. ad memoriã reduxit adulteriũ qđ fecerat ⁊ homicidiũ. Et ideo ꝓtumelioſa verba: non tam cõuitia q̃ adiutoria esse credidit quib⁹ se purgari sibiq̃ misereri posse iudicauit. Et ideo volenti Semey maledicentẽ interficere: rñdit. ij. Reg. xvj. Dimitte eũ vt maledicat mihi iuxta ꝓceptũ dñi ⁊c. Vnde ꝓsequitꝫ Greg. Tunc enĩ illata ꝓuitia vnde toleram⁹ cum in secreto mentis ad mala ꝓpetrata recurrimus. Leue quippe videbiꝫ q̃ iniuria ꝓcutimur: dũ ꝓspicim⁹ que pr⁹ meruimus. Sicq̃ fit vt ꝓtumeliꝫs gratia magꝭ q̃ ira debeaꝫ. quarũ interuẽtu deo iudice pena grauior declinaꝫ. Hec ille. Aliud vitiũ ex parte sui ipius. incẽtuz. s. excogitat diuersas vias vindicte. ⁊ talibus cogitatiõib⁹ animũ suũ replet. ⁊ dicitꝫ tumor mẽtis qui non accipitꝫ hic ꝓ ſuphia: sed ꝓ quadã audacia homiſ temptãtis vindictã. Audacia nãq̃ vitiũ est fortitudini ꝓriuz. ¶ Secundo vo quis etiã ꝓ exteriora signa aliquid manifestat anteq̃ ꝓfũpit in effectuz ⁊ q̃tũ ad hoc dicit. Qui dixerit fratri suo racha. qđ est interiectio ĩdignãtis. Ira igitꝫ ſm q̃ in ore est: tunc ex ea duplex inordinatio nasciꝫ. Vna ſm Ih̃ q̃ homo in modo loquẽdi iram suã demõſtrat. que inordinatio dicitꝫ clamor ꝓ quã intelligitꝫ inordinata ⁊ ꝓfusa locutio. Alia est inordinatio ſm quã quis ꝓrumpit in verba ꝓtumelioſa ⁊ iurioſa. q̃ si sunt cõtra deum erit blaſphemia. Si ꝓtra primũ erit ꝓtumelia que vt frequenter est mortale peccatũ. qz nitiꝫ diminuere famã alterius. Est enĩ cõtumelia ſm sanctũ Tho. cuz quis id qđ est cõtra hoiem alicui⁹ deducit in noticiã ei⁹ ⁊ alioz. ad qđ si pferentis intẽtio ferẽ est mortale crimen. non min⁹ q̃ furtũ vel rapina. Si vo pfert ad correctiõem vel aliquid hmõi potest dici veniale. nisi sit adeo grauis q̃ auferat honorẽ eius q̃ quẽ ꝓfertur. ⁊ est grauis peccatũ q̃ detractio ceteris par⁹. incẽtuz. s. habet amorez ꝓximi ꝓtemptũ. ¶ Quãtuz. s. ad secundã inordinationẽ ptinet ad gradũ tercium qui peccatũ interi⁹ conceptũ etiã ad effectũ ꝓducit. Est igitꝫ effect⁹ ire nocumẽtuz alterius

ratione vindicte vel in tpalibus aut in fama in corpore vel in vita ꝛc. Minimum autem nocumentum est quod solo verbo fit. Et ideo quantum ad hoc dicit. Qui dixerit fratri suo fatue. si nō ꝓcedit vsq; ad factū. sic ex ira oriunt̄ rixe p quas intelligunt̄ omnia nocumenta que facto primis inferūt̄ ex ira Sicut igit̄ ꝑmo gradui quo scz ira sistit in cordi tribuit̄ iudicium quo scz animo mouet̄. Si nāq; ex impetu ire affectat ab altero vindictā recipere nō ꝓpter ꝓseruationē iusticie vel correctionē culpe vel ꝓpter debitū finē moraliter peccat. etiā si via iusticie ꝓpriū patrem interemptū vindicaret. Sic etiam secundo gradui quo scz ꝓcedit ira tm̄ in signo aliquo exteriori nō ordinato sed cōfuso. tribuit̄ cōsilio maioris scz damnatōnis. ꝑm q; signa fuerūt despectiua ꝛ indignabunda ex quibus dedit alicui causaz ruine scz rancoris. auersionis suspitōnis

Tercio vero gradui q̄ ꝓcedit ad effectus verboz debet̄ gehēna ignis id est profunditas inferni. Dicit̄ ei ageos q est terra et ennos q ē ꝓfundū. Mirū cū sicut dictū est nocumentū quod verbo fit ceteris paribꝰ foze minimū illud tm̄ si notabile fuerit mortale crimē ꝑse cōstituit. imo plerūq; totā cognationē. Villā ciuitatez vel patriā letali vulnere liuoris ꝛ odij ꝑcutit et occidit. Quid igitur mirū si talibus ꝓs infima debetur inferni qui tā multipliciū peccatoz causam ꝓcipēq; cōstituunt. Q; si refertur ad diuinā blasphemiam in quā si aliquis ꝓrumpit deliberata mente cōtra deū ꝛ cum quadā affectus detestatōne et hoc tm̄ in corde dicit̄ cordis blasphemia. Si ꝓdeat ꝑlocutionē dicitur oris blasphemia. Et q; blasphemus intendit inferre nocumentū bonoꝛ dñio simpliciter loquēdo. grauius peccat q; homicida. Vnde sup illud Isa. xlij. ad populū terribilē dicit glosa. Q; omne peccatū blasphemie ꝓparatū leuius est ꝛ tūc ꝓcedit ex superbia hoīs se cōtra deū erigentis. Est aūt alia blasphemia in quā aliq̄s venit ex cōmotione animi ꝓcedēs ex impetu quodā ire que si indeliberate ꝓcedit ad aliquod peccatum alleniat. licet valde graue sit quia signū reprobate mētis. Si deniq; ꝓcedit ad factū iniuriosum hoc liquet esse grauissimū ceteris ꝑibus ꝛ tāto grauius q̄tum nocumentū ꝓnicioſius. et sic ponit̄ rixa que ꝑm thomā secūda secūde. q. xlj. Sicut cōtentio importat quandā cōtradictionez in verbis. ita hec importat quandā inuasionē in factis. ꝛ sic semp importat peccatū et in eum qui alterū iniuste inuadit est peccatū mortale. In eo vero qui se defendit potest esse sine peccato si solo animo repellendi iniuriā et cū debita moderatōne se defendit. et tunc ꝓprie nō potest dici rixa. Si vero cū animo vindicte vel odij vel cum excessu debite moderationis se defendit semp est veniale. Si deniq; se defendit insurgēs obstinato animo cōtra impugnantē ad eum occidendū vel grauiter ledendū est mortale.

Sermo xxxviij. de peccato inuidie et eius differentia.

Inuidia diaboli mors intrauit mortē terrarū Imitant̄ aut̄ eū qui sunt ex parte eius. Sap̄. v. Sicut dicit Aug⁹. in libro de doctrina christiana. Inuidia viciū diabolicū est quo solo reus est et inexpiabiliter reus. Nō enī dicitur diabolo vt damnet̄ adulteriū ꝑmisisti furtum fecisti villam alienaz rapuisti. sed homini statim inuidisti. Hinc etiā hoc vicium cum eo ꝛ cum omnibus aliis damnatis eternū ꝑseuerabit Sicut ecōtra caritas sancta nō excidet a sanctis imꝑpetuum. Caret etiā fine in viatoꝛe q; de facili nō curatur in pñti. vnde Cyprianus sup illud ad Gal. v. Non efficiamur inanis glorie cupidi loquens de zelo inuidie. dicit zelus iste modū nō habet. ꝑmanens iugiter sine fine cum alia scelera finiantur. Quantocunq; ille cui inuidet̄ successu meliori ꝓfecerit tāto inuidus in maius incendiū liuoris ignibus exardescit. Quem imitant̄ omnes inuidiosi qui dicūtur esse ex parte eius qm̄ nulla ꝓuocante

carnali delectatione sed spiritu diaboli-
co suggerente fouent inuidias. rancores
detractōnes et similia semina mētis ama
ricate. Cum enī alia pctā dulcedinis ali-
quid ꝯferunt. solum istud viciū amaritu-
dine repletū tabescere facit ꝓpriū subie-
ctuz qđ cruciat velut infernali tormento
diabolū. hinc etiā dicunt̄ isti speciali⁹ ami
ci diaboli. qꝛ ſm Tulliū. Amici sunt q̄ ha-
bent idez velle et idē nolle sicut inuidi ha
bens idē velle cū diabolo. cū ambo bona
nolunt et mala velint. Et ideo sapiēs si-
bimet cōsulens dicit Sap̄. vj. Neqꝫ cū in
uidia tabescēte iter habebo. Cui⁹ causaz
subdit dicēs. quoniā talis nō est ꝑticeps
sapiētie. habz enī oculos mentis ⁊ corpo
ris nimis intētos ad ꝓximoꝝ facta liui-
de scrutanda. Est enī inuidia ꝯtraria pas
sioni q̄ dicit̄ accrisia que nō facit hominez
cecū omnino sed facit eum nō videre. Si
cut ptz in exercitu misso ad heliseū capiē-
dum et in sodomitis qui animā loth inue-
nire nō poterāt. Gen̄. xxx. Ecōtra facit
inuidia scz vt nō videat̄ quod expedit vi-
deri cum taliter hominē excecat ꝙ nō vi-
det in bono nisi malum Ad cuius piā cau
telam introducit̄ humanū genus inuidia
deiectum. Inuidia diaboli ⁊c̄. Inuidia
ſm Aug⁹ est dolor aliene felicitatis. hui⁹
peccati malicia ex hoc cōsiderari p̄t quia
peccatū hortū habet a ꝓp̄a malicia absqꝫ
culpa ꝓximi qđ est viciū omnino diaboli-
cum. Quia dicit Greg⁹. in moral̄. q̄uis
ꝑ omne vicium qđ ꝑpetratur humano cor
di antiqui hostis virus infundit̄. In hac
tñ nequicia tota viscera sua serpens ꝯcu-
tit et imprimende malicie pestem vomit
Non solū inficit hominē sed etiā bona o-
pera eius prius acta. velut infecta vene-
no. deo reddunt̄ ingrata. Qđ bene signa
tur in natura serpētis qui salmandra dici
tur solus in igne viuēs. Cuius etiam est
maxima vis inter omnia venenata. Nam
cetera singulos feriunt hic plurima simul
inficit. Unde et si arborē arrepserit vel ī
aquā ceciderit tota poma vel totā aquaz
pariter inficit et omnes sumētes interfi-
cit. Sic inuidie serpens cuncta necat opa

virtuosa quasi virus letale diuini amoris
et gratie. Similat̄ etiā basilisco q̄ solo vi-
su ꝑimit etiā longe distātes. Legit̄ enī in
historia alexandri ꝙ ambulās cū exercitu
ꝑ montē altū inuenit in vertice basiliscuz
qui primus exercitus suo solo visu ꝓstra-
uit ammirantib⁹ ceteris nec ꝓcedentibus
Ascendit alexander partē mōtis a longe
est pilētie causam inq̄rens. viditqꝫ basili-
scum in media via dormientē qui cuz sen
tit sibi quicqꝫ ꝓpinquare oculos aperit ⁊
ilico solo visu ꝑimit. Facto igit̄ clipeo. vij
cubitoꝝ longitudinis et quatuor latitu-
dinis in exteriori ꝑte speculū ingēs impo
ni iussit quo ꝓtectus ꝓpinquauit basilisco
qui speculū irato ꝯtuens animo seseqꝫ cō-
spiciēs statim extinxit. Sic miser inuidus
multos visus ferit aut interficit ꝓnus ad
suspicia detractōnes. temeraria iudicia.
cuncta toruo lustrās oculo. Minus dixi
cum peior sit basilisco cū ille ferit corpora
hic mētes. ille visos dumtaxat. hic plerū-
qꝫ non visos interimit ferit ⁊ dilacerat.
Unde inuidiā ex suo genere est mortale
peccatū. qꝛ inuidia ſm rōnem sui obiecti
cōtrariat̄ caritati ꝑ quā est vita spiritua-
lis anime. ſm illud. j. Joh̄. iij. Nos scim⁹
quoniā translati sumus de morte ad vitā
quoniā diligimus fratres. nā tā charita-
tis q̄ inuidie obiectum est bonum ꝓximi
ex quo patet esse mortale peccatum. Mo
tus tamē inuidie ſm ꝙ est passio sensuali-
tatis est quoddā imperfectū in genere hu
manorū actuum quorū principiū est ratō
et talis inuidia non est peccatū mortale.
Et similis est ratio rōnis. Inuidia deni
qꝫ simpliciter loquendo maior est ira sed
minor est odio. vt patet in sermone p̄ce-
denti. Ad maiorem tamē euidentiam b
sciendum ſm sanctū Thomā scđa scđe. q.
xxxviij. ꝙ inuidia est tristicia de alienis
bonis. que tristicia cōtingere p̄t quatuor
modis. Primo modo cum quis dolet de
bono alicuius inquantū ex eo timetur no
cumentum sibi vel alijs bonis. et talis do
lor nō est inuidia. et hoc esse p̄t sine pecca
to. Dicit enī Greg⁹. xxij. moral̄. Euenire
plerumqꝫ solet vt non amissa charitate et

inimici nos ruina letificet et rursum eius
gloria sine inuidie culpa cōtristet cum et
ruente eo quosdā bene erigi credimus et
ꝓficiēte illo plerosq; iniuste oppmi formi
damus. Qualē tristiciā ostendit abacuck
ꝓpheta ꝯtra nabuchodonosor regem ba-
bilonis eius admirās ꝓsperitatē tꝑalē cū
esset ydolatra pessimus cum omni popu-
lo suo. Unde cōqueritur dño ca. j. Usq;
quo dñe clamabo scz in oratione ꝯtra ma
liciā nabuchodonosor templi destructorē
et ciuitatis vt dicit Lyra. Et sequit̄ voci
ferabor ad te vim patiens scz in oppressio
ne populi et nō saluabis. Quare respicis
ad cōtemptores tuos ꝯferendo potesta-
tem ⁊ gloriā tꝑalem et taces calcante im
pio iustiorē se scz iudeos. Dicit aūt ibidē
Jeronim⁹ in ꝓlogo. ꝙ nullus tam auda-
ci voce deū ausus est ad deceptationē iu-
sticie ꝓuocare cur in rebus humanis ⁊ hu
ius mundi pompa tanta versat̄ iniquitas
Quare dicit ibidē glosa ꝙ nō debem⁹ su-
per hoc turbari videtes a principio mūdi
ab impio chayn occisū abel iustū. Exulan
te Jacob regnare in domo pr̄is sui esau.
Ipe quoq; circa quē hec querela dirigit̄
a iudeis crucifigit̄ ⁊ barrabas latro dimit
titur. Hec ibi. ¶ Secundo vero cū q̄s tri-
statur de bono alterius non ex eo ꝙ habz
alter bonū sed ex eo ꝙ illud bonum nobis
nō est et hoc ꝓprie zelus est. vt dicit ph̄s
in. ij. rethorice. Hic autē zelus si sit circa
bona honesta laudabilis est. Scd̄m illud
Corint. xiiij. Emulamini spiritualia. Sic
Isaias ꝓpheta vt habet̄ eiusdē. vj. Vi-
dens dominū sedentē sup̄ soliū excelsum
et angelos cōcinnentes. Sanctus sanct⁹
sanctus dñs deus exercituū In trino do
lore tactus ait. ve mihi qr tacui. scz a lau
de. quia vir pollutus labijs ego sum ⁊ ꝑ cō
sequens indignus laudare deum. De hoc
etiā zelo scribit beatus Jeronim⁹ ad ale
tam de instructōne filie. habeat inquit so-
cias cum quibus addiscat quibus inuide
at quaruz laudibus mordeatur. Et sic q̄s
alioꝝ bono exemplo debet excitari ad ꝓfi
ciendum in bono quod laudabile est. Si
vero sit ille zelus de bonis tꝑalib⁹ tūc p̄t
esse sine peccato ꝓpter debitū finē inten-
tum ⁊ cum peccato si finis est minus ordi
natus vel affectus immoderatus. ¶ Ter
cio preterea cuz quis tristatur de bono al
terius inquantū ille cui accidit bonuz est
eo indignus que quidē tristicia nō potest
oriri ex bonis honestis ex quibus aliquis
iustus efficit̄. Sed vt dicit ph̄s. ij. retho-
rice. est de diuitijs et similibus q̄ possunt
equaliter ꝓuenire dignis ⁊ indignis. Nā
que indignis ꝓueniunt ex iusta dei ordīa-
tione disponunt̄ vel ad eoꝝ correctionem
Sicut ille de quo scribit magister. Guil.
parisiens. in libro de vniuerso corporali.
Qui quāto floruit ꝓsperitate tāto creuit
malicia. Tandē vero ad episcopatū elect⁹
stupens de bonitate dei qui maliciā suaz
gratam ꝓsperitate ꝓsequi videbat̄: seq;
ad hoc indignissimū recognoscens episco
patū resignauit. et in gratiarū actionez in
ꝑpetuū seruitutē se dño tradidit feliciter
Vel dantur ad eoꝝ maiorē damnationez
sicut dictū est diuiti epulone. recordare fi
li quia recepisti bona in vita tua. Hinc ꝓ-
pheta Job prius admirās in hoc diuinū
iudiciū ait eiusdē. xxj. Quare viuū impij
sublīati ꝯfortatiq; diuitij. semen eoꝝ ꝑma
net coram eis. domus eoꝝ secute sunt ⁊ pa
cate et nō est virga dei sup̄ illos. Bos eo-
rum cōcepit et nō abortiuit. Vacca pepe
rit et nō est priuata fetu suo. egrediuntur
quasi greges paruuli eoꝝ. et infantes eo-
rum exultant lusibus. Ex quibus in ꝑso-
na pusillanimi. p̄s. ait. Ecce ip̄i peccato-
res et habundantes in seculo obti. diuiti-
as. Et dixi ergo sine causa iustificaui cor
meum et laui inter innocētes manus me-
as et fui flagel. to. die. ⁊c̄. Tandē vero cō
silio sapien. Cōsiderabo inq̄t et intelligā
in nouissimis eoꝝ vbi scz p̄uidit diffiniti-
uam ꝯclusionē sancti Job q̄ post p̄dictā
subinfert dicēs. Ducūt in bonis dies suos
et in puncto ad inferna descēdūt. Qui di
xerūt deo. recede a nobis scientiā viaruz
illarū nolumus. q̄s est oīpotens vt seruia
mus ei ⁊ quid nobis ꝓdest si orauerimus
eum. Cū igit̄ hmōi bona quasi nihil sunt
ad futura bona que tm̄ bonis cōseruant̄.

29

ideo talis tristicia ꝓhibetur in sacra scri-
ptura. ſm illud p̄s. Noli emulari in mali-
gnantibus zelaueris faciẽtes iniq̃tatez.
Emulari id est imitari neq̃ zelaueris id ẽ
inuidas. Hunc enĩ psalmũ vt dicit Lyra
fecit dauid ostendens q̃ ꝓsperitas malo
rum sit cõtemnenda ⁊ afflictio iustoꝝ ap-
petenda. Tunc enim multi videntes saul
impium et doeth eius armigerũ ꝯtra da-
uid et eius inique agẽtes et tñ in omnib⁹
ꝓsperari. Dauid aũt cũ suis iniuste affli-
gi declinabant ad malum a deo receden
tes quasi deus curã de humanis actibus
nõ haberet. Quibus dauid. Noli emula-
ri. suis autẽ subiungit. neq̃ zelaueris ⁊c̃.
Q⁹ nimirũ quicq̃d delectatõnis cõsequi
valent in p̄ñti min⁹ est a pena futura q̃si
punctum circuli ab vniuerso creato. Vñ
causam potissimã subiungens ait. q̃ tãq̃
fenum velociter arescent ⁊c̃. Et iterũ ibi-
dem. Vidi impiũ superexaltatũ et eleuatũ
sicut cedr⁹ libani tpali scz ꝓsperitate. Et
transiui glosa ad nouissima eoruz. et ecce
nõ erat scz potẽs diues gloriosus delicio
sus et hoc quantũ ad corpus. Quesiui eũ
quantũ ad animã et nõ est inuentus locus
eius scz in sorte iustoꝝ. Custodi igit̃ inno
centiã ad deũ et vide equitatẽ ad ꝓximũ
quoniã sunt reliq̃e hoĩ pacifico. ¶ Quar
to deniq̃ quis tristatur de bonis alterius
inquantuz alter excedit ip̄m in bonis qd̃
ꝓprie dicitur inuidia et est semꝑ peccatũ
imo in genere suo mortale est qd̃ nõ soluz
gratiã dei que est anime vita tollit sz etiã
q̃ mortẽ eternam inducit. Talis eniz ſm
Aug⁹. inuidet inferioribus ne sibi equant̃
superioribus: quia eis noenquat̃. et parib⁹
quia ei equant̃. Et iõ dicit philosoph⁹. ij
rethorice. Inuidebũt tales quib⁹ sunt a-
liqui similes aut ſm genus aut ſm cogna
tionem aut secundum staturam ſm habi
tum aut ſm opinionem. Cum enim inui-
dia sit de aliqua excellentia alteri⁹ inquã
tum diminuit gloriã quã q̃s appetit. cõse
quens est vt ad illos tm̃ inuidia habeatur
quos nõ vult sibi vel p̄ferri in gloria vel
equari quod esse solet respectu ꝑsonarum
nõ multum a se distantiũ. Quã inuidiam

saul cõcepit ꝯtra dauid quẽ sibi in gloria
equari timuit Cum enĩ reuertet̃ cũ dauid
de prelio ꝑcusso philisteo et exercitu phili
stijm et egredientes mulieres in occursuz
canerent. Percussit saul mille ⁊ dauid de
cem milia. Iratus est saul nimis et displi
cuit in oculis eius iste sermo. dixitq̃. de-
derunt dauid decẽmilia et mihi mille. q̃d
ei superest nisi solũ regnũ? j. Re. xviij. Ex h
igitur licet eum dauid cum omni exercitu
suo liberassz ꝑiculo mortis statim inuidie
liuore ꝑcussus. Deinceps nõ rectis ocu-
lis aspiciebat dauid. Post diẽ igit̃ alte-
ram inuasit spiritus dei malus saul ⁊ da-
uid psallebat manu sua. sic enĩ saul antea
refocillabatur et leuius habebat. q̃ rece-
debat ab eo spiritus malus. Nũc aũt qm̃
liuore inuidie cor eius tenebat̃ psallẽte da
uid adhuc magis in insaniã versus visus
est cõfigere dauid cum pariete et ex hoc
agitatus a demone vsq̃ ad mortẽ ranco-
rem illũ nõ relaxauit quantũcunq̃ dauid
postea mitissime cõtra regẽ strenuissime
cõtra hostes. prudentissime in omni nego
cio se gerebat. Sic Esau odebat ꝓ subre-
pta benedictõe. Et huius inuidie quinq̃
filie q̃ sic ostendi p̄t. quia in omni conatu
inuidie est aliqd̃ tanq̃ principiũ scz affe-
ctus diminuendi gloriã alterius ⁊ hoc du
pliciter. Vel enĩ p̄t. et sic est exultatio in
aduersis. aut nõ potest. et sic est afflictio
in ꝓsperis cum scz ꝓspera ꝓximi eueniũt
cõtra conatũ inuidẽtis qui nititur impe-
dire. Que q̃nq̃ cum inuidia tabescẽte tm̃
cõualuit q̃ sibij p̄i manus crudelis inijce-
ret. Sic achitophel videns q̃ ꝯsiliũ chusi
preualuisset eius ꝯsilio. motus inuidia ta
bescente laqueo se suspendit. ij. Reg̃. xvij
Est etiã aliquid tanq̃ mediũ cuz scz quis
actu diminuat gloriã alterius. et hoc du-
pliciter. Vel in occulto et sic est susurra-
tio. que scz intendit amiciciã aliquoꝝ se-
parandã. et ideo talia ꝓfert de ꝓximo que
possunt cõtra ip̄m mouere animã audien
tis quicquid sit illud. etiam si sit simplici-
ter bonum et tamẽ apparẽs malũ inquan-
tũ displicet ei cui dicit̃ qd̃ alio noĩe dicit̃
bilinguis vt videbitur infra. Vel in ma-

nifesto et sic est detractio. Est etiã tercio aliquid tanq̃ terminus qui est in ip̃o odio quia sicut bonum delectãs causat amorẽ ita tristicia causat odiũ de quo videbitur Deinde quedaz inuidia cõputatur inter peccata grauissima. scz inuidia fraterne gratie scd̃m q̃ aliquis dolet de augmẽto gratie dei et ponit̃ peccatũ in spiritũ sanctuz. sicut postea patebit in sermone. Nemo in spiritu dei loquens ⁊c̃.

Sermo .xxxix. de odio et eius grauitate ac gradibus.

Omnis qui odit fratrem suũ homicida est. j. Joh. iij. Ad veritatẽ huius thematis cõprobandam. Sciendũ q̃ peccatum cõmissum in ꝓximũ habet rõnem mali ex duobus. ut dicit doctor sanctus scd̃a scd̃e. q xxxiiij. Vnum est nocumentũ qd̃ infert ei cõtra quẽ peccatur. et sic homicidiũ actuale grauissimũ est peccatoꝝ qd̃ in ꝓximuz cõmittitur qd̃ materialiter se habz ad actum homicidij. Secundũ vero qd̃ formaliter se habet ad actum homicidij est deordinatio eius qui peccat. Et quia formale potissimũ est in omni actu. ideo simpliciter est maius peccatuz q̃ exteriores actꝰ qui in nocumentũ ꝓximi fiunt. Cũ ꝑ odiũ deordinatur voluntas hominũ que est potissimum in homine ⁊ ex qua est radix peccati. Vnde etiã si exteriores actus inordinati essent absq̃ inordinatõne volũtatis nõ essent peccata. puta cum q̃s ignoranter vel zelo iusticie hominẽ occidit. et si quid culpe est in exterioribus actibus q̃ cõtra ꝓximum actitantur totũ est ex interiori odio. Et ideo dñs in veteri lege vindictam homicidij moderauit s̃m affectuz homicide et nõ effectum. Mandauit enĩ Deutro. xix. dicens. hec erit lex homicide fugientis qui ꝑcusserit ꝓximum suũ nesciens et qui heri ⁊ nudiustercius nullũ cõtra eũ odiuz habuisse cõprobat̃ sed abijsse cum eo simpliciter in siluã ad lignacedenda ferrumq̃ lapsum casu ꝑcusserit amicũ. cõfugiet ad vnam de vrbibus refugij ⁊ viuet. Non enĩ est reus mortis qui nullum cõtra eum qui occisus est odium habuisse monstrat̃. Si quis aũt odio habens insidiatus fuerit vite eius surgensq̃ ꝑcusserit illũ et mortuus fuerit fugeritq̃ ad vnã de vrbibus refugij arripient euz seniores vrbis illius. tradentq̃ in manu ꝓximi cuius sanguis est ⁊ morietur nec miserabers eius sanguinẽ auferẽs noxiũ de israel vt bene sit tibi. Ex quibus ptz q̃ dñs potissime respicit deordinationẽ affectus eiꝰ q̃ peccat. Nimirũ cuz pessimũ opponit̃ optimo sed optimũ eoꝝ que ꝓximo exhibemꝰ est amor. omnia enim alia ad dilectionem referunt̃. ergo et pessimũ est odiũ vt merito dicatur. Oĩs qui odit fratrẽ suum homicida est. Omnis qui odit ⁊c̃. Dicit doctor sanctus vbi supra. q̃ odiũ oriri p̃t ex ira. et hoc s̃m quoddã augmentũ quod ꝑ irã appetimus. Primo malum ꝓximi s̃m quandã mensurã ꝓut scz habet rõnez vindicte ꝑ cuius ꝯtinuationẽ postea ꝑuenit̃ ad hoc q̃ maluz ꝓximi absolute desideret qd̃ ꝑtinet ad rõnem odij. Dicit enĩ Augꝰ in diffinitõnibus q̃ odiũ est vetus ira ex pluribus causis collecta diuturno tp̃e perseuerans. Directius tñ ex inuidia nascit̃ per quã ip̃m bonũ ꝓximi reddit̃ cõtristabile ⁊ per consequẽs odibile. Et est vltimum in ꝓcessu peccati eo q̃ opponit̃ dilectioni qua naturaliter ꝓximus diligitur q̃ est vltima in ꝓgressu virtutuz eo q̃ oĩa alia ad dilectionez referunt̃. Odium igit̃ quod directe charitati opponit̃ duplex est scz dei ⁊ ꝓximi. Sicut eq̃ charitas distinguitur que sicut est maxima virtutum. sic odiuz ecõtra est maximũ vicioꝝ qꝛ tantũ habet odium de rõne mali quantũ habet amor de rõne boni. Odium igitur ꝓximi dupilciter ꝯsiderari potest. scz quo ad naturam et gratiam. Amor enim debet̃ ꝓximo scd̃m id qd̃ habet a deo id est scd̃m naturã quã cõdidit vel gratiã quã misericorditer prestitit. nõ aũt debetur ei amor s̃m hoc q̃ habet a seip̃o ⁊ a diabolo: scz peccatũ et iusticie defectũ. Et iõ licet in fratre odio habere oẽ illud qd̃ ꝑtinet

ad iusticie defectum. qꝛ hoc ꝑtinet ad fratris amorem. Sed ip̄am naturaꝫ fratris odire vel in eo gratiā diuinā grauissimuꝫ est. ¶ Prīo quantū ꝓeccatū sit odire naturam quā pre ceteris creatis diligere tenemur vtpote rōnalem et capacē diuinitatis ostēdit dn̄s in seruo qui debebat decemmilia talēta necdū tamē neq̄ ip̄m vocabat sed rogatus oīa remittebat. postq̄ vero a cōseruo suo dimittere noluit debitum audiuit. serue nequā ⁊c̄. traditus in carcerē donec redderet vniuersum debitum. Sic inquit pater meus faciet vobis si nō remiseritis. Hinc dicit magister sententiarū. li. iiij. dis. xxij. ꝙ qui diuini beneficij oblitus suas vult vindicare iniurias nō solum de futuris peccatis veniam nō meret̄ sed etiā preterita q̄ sibi dimissa credebat ei ad penā replicabunt̄. Et hoc generaliter intelligi p̄t in recidiuatōne vniuscuiusq̄ peccati. qꝛ ex hoc ꝙ deū ꝑ ꝓeccatum offendit post remissionē precedentium peccatoꝝ quandam difformitatē ingratitudinis acquirit actꝰ peccati sequētis. Et ideo dicit̄ ꝯmunit̄ ꝙ redeunt q̄tū ad ingratitudinis maculā. Quia ut dicit ibidem magister sententiaꝝ. Propter ingratitudinē ita reꝰ ⁊ peccator ꝯstituit̄ vt ante fuerat. Q.d tm̄ specialiter ī quatuor peccatis cōtingere dicūt. Unde versus. Fratres odit apostata fit spernitq̄ fateri Penituisse piget id est penitet p̄stina culpa redit. Cuius causa est. qꝛ hec quatuor nō solū sunt cōtra remittentē peccata sicut et omnia alia vicia sed etiā cōtra remedium quo peccata dimittunt̄ quoꝝ remissio attribuit̄ Primo fidei sine qua impossibile est placere deo que scꝫ peccatum agnoscit. Secūdo charitati que peccatuꝫ execratur ⁊ affectū humanū auertit. Tercio penitētie que de p̄teritis satiffacit. et ideo odiū fraternū quod opponit̄ charitati et apostasia que opponitur fidei et alia duo que opponunt̄ penitētie specialeꝫ habent rōnem ꝙ faciant redire peccata. qꝛ sunt cōtra remediū quo peccata remittebantur. Unde cōmuniter odij seminariū ꝯseruantes a deo corporali maledictōne

b

mulctantur. Hinc dicit̄ Eccle. xxvij. Laqueo peribūt qui oblectant̄ casu iustoruꝫ Dolor aūt ꝯsumet eos anteq̄ moriantur laqueo perit qui improuise perit. Sic absalon odio paterno cōmotus in eius ꝑsecutione mansit in arbore suspēsus ⁊ mortuus est. Sic pharao odio habens filios israel cū omni exercitu suo submersus est in momēto. Ac impij iudei ꝑ odiū christū occidentes a tyto et vespasiano incredibili morte mulctati sunt vt qui gladio acceperint gladio pereāt. Ex quibus omnibus liquet q̄ detestabile viciū sit odium q̄tum ad naturā. quia homicidiū iudicatur. Secundo vero quis odit nō solū hominē q̄tū ad naturā sed odit in eo diuinā gratia cum inuidet diuine gratie crescenti in mundo quod est vicium speciale obstinatoꝝ qui gaudēt habere socios impietatis. Dolēt enī de omni religiositate qd̄ est viciū omnino diabolicū et humane generositati ꝯtrarium quo diabolus inexpiabiliter reus dinoscitur. Et huic vicio reor attribuendū specialiter illud Greg⁹. v moral. vbi dicit. Q.ꝰ q̄uis ꝑ omne viciuꝫ quod ꝑpetratur hūano cordi antiqui hostis virus infundit̄. in hac tamē nequicia tota viscera sua serpens cōcutit ⁊ imprimende malicie pestem vomit. Hac autem stimulatus achaꝫ rex iuda cum iuberetur petere signū liberatōnis a duobus regibꝰ scꝫ israel ⁊ syrie qui venerūt ad deuastandam terrā iuda. ille bonitatē diuinā ꝑuipendens cum esset ydolatra pessimus signum petere noluit. Timuit enī ꝙ in optato signo deus glorificaretur ⁊ sic apl̄is ydola despicerētur eligens cum ꝑiculo regni sui refutare signū ne diuina religio resumeret augmentū. Sic hodie multoꝝ ꝑuersitas augmento ⁊ religiositatis inuidet. eam plerūq̄ cum vicijs irrisionibus et ꝑsecutionibus molestādo ꝙ peccatum est deo tāto excecrabilius quā scꝫ obiectū in quod peccatur est excellentius. et omni gratiarum actione dignius quod est ipsa gratia diuina. Cuiꝰ magnitudo satis ostēditur in vindicta puerorum. iiij. Reg̃. ij. Cum eniꝫ ascenderet heliseus vt iret per

viam in bethel pueri parui egrediebant qui vt dicit Lyra ad hoc edocti fuerant et incitati a suis parentib⁹ ydolatris vt subsannarent pphetas dñi quia cultores dei et diuinā religionē odio habuerūt et dixerunt ad heliseum. Ascende calue ascende calue. Erat enī caluus capite Considerās igit radicē huius illusionis maledixit puerīs vt et parentes eoz in ipis punirentur et vt parentū malicia de cetero nō imitarentur. venerūt qz duo vrsi et laceraverūt ex eis .xlij. pueros ppter pphete illusionē vindicandū. Q⁹ si talis pena paruulis irridentibus qui necdū rōis erant capaces facta est qualis putas senibus illudentibus inuidentibus et psequentibus reseruatur. Nimirū cum socij demonū cōuincuntur. Dolent enī velut de ppio damno cū diabolus quempiā attulit et de recuperatōne gaudent. Secundū aūt odiū est in ipm deum. de quo dñs. Nūc autē viderunt et oderunt me et patrē meū. Cui dauid respondit. Nōne qui oderunt te dñe oderā et sup inimi. tuos tabesc. Et iterū, Superbia eoz qui oderūt te ascendit semp. Super quo queri pt Vtrū deus odio haberi potest. Videt enī hoc esse cōtra naturaz summi boni. quia dicit dionisius ca. iiij. d diuinis noīb⁹. q omnibus amabile et diligibile est primū bonum et pulcrū. sed deus est ipa bonitas et pulcritudo. Ad qd respōdz doctor sanct⁹ scda scde. q. xxxiij q odium est quida motus appetitiue potentie que nō mouet nisi ab aliquo apprehenso. Deus igitur ab homine dupliciter pt apprehēdi. Uno mō fm seipm pura cū per essentiā videt p quā est ipa bonitas. quā visam nullus odio habere pt quia de rōne boni est vt ametur. et impossibile est q quis deum p essentiā vidēs odio habeat. Et ideo in beatis firma erit et taz affectuosa charitas q quilibet diliget singulos et alios sicut semetipm et pl⁹ diliget d um q̄z se et alios omnes. plus tñ diligetur a deo q̄z diliget. Alio mō videri pt deus p effectus suos cū sez inuisibilia dei p ea q facta sunt intellecta cspiciunt. Sunt igit effectus aliqui diuini qui nullo mō possūt esse cōtrarij humane voluntati. quia esse viuere intelligere est omnibus appetibile et amabile q sunt quida effectus dei. Secundū ergo qd apprehendit vt horuz datoz effectuū odio haberi nō potest cū oīa inquantū sunt tendūt in dei similitudinē que est ipm esse. Sicut etiā quida effect⁹ dei qui repugnāt inordinate voluntati sicut inflictio penarū et inhibitio peccatorum p lege diuina que repugnat volūtati p peccatū depravate. et p cōsiderationez talium effectuū ab aliquibus deus odio haberi potest inquantū apprehendit vt peccatorum. phibitor et penaz inflictor. Nō tamē quicunqz odit penas odit deum auctorē penarum. nā multi penas oduunt q tamē patienter eas ferunt ex reuerentia diuine iustitie Dicit enī Aug⁹. x. cōfessio. Q⁹ mala penalia deus tollerare iubet nō amare. Sed prumpere in odium dei punientis hoc est odiū habere ipam dei iusticiam. Ex quo vt frequenter sequit blasphemia quā horribiliter vindicatā in puero quinqz annoz scribit Greg⁹. in dialogo.

¶ Deniqz queri potest. Utrum odiuz sit maximū et grauissimum peccatorū sicut ipa charitas est maxima virtutum. Cum enim grauitas delicti cōsistit in elongatōne a deo. videtur q infidelitas sit maxim peccatum Ad quod respondet doctor ibidem Q⁹ ratio culpe consistit in auersione voluntaria a deo. Cum igitur volūtas sicut per se inheret ei quod amat. ita scdm se refugit illud quod odit. Ideo quando quis odit deum. voluntas eius fm se ab eo auertitur. In alijs autē peccatis puta cuz quis fornicatur nō auertitur a deo scdm se sed fm aliud inquantū scz appetit inordinatā delectationē que habet annexam auersionem a deo. Cum igitur id qd p se ē potius est eo qd est scdm aliud. ido odium dei est grauissimū. Quod etiā cōfirmatur ex eo. quia optimum exponitur pessimo. vt dicitur. viij. ethic. sed odium dei opponitur dilectōni dei. in qua consistit optimū hominis. ergo odium dei est

intellectum doctor sanctus scđa scđe. q. xx. duplicem distinguit desperationem dicens q̄ prima desperatio dicitur vniuersalis, quia existimat misericordiam dei non esse infinitā. diuine misericordie culpam suam p̄ponderans. Sicut cayn q̄ ait. Maior est iniquitas mea q̄ vt veniam merear. Et iudas desperans. Peccaui inquit tradens sanguinē iustum. quod peccatum grauius erat q̄ fratricidij. imo deicidij. quia desperatio talis est actus infidelitatis. ¶ Secunda vero dicit̄ desperatio particularis. cum igitur quis in vniuersali tenet verum existimationem fidei q̄ scz est in ecclesia remissio peccatorꝝ Desperat tamē de misericordia diuina p̄pter p̄ticularem eius indispotionē. q̄ scz in tali statu existenti non sit sperandū de venia. cū videlicet desperat a peccato posse resurgere. vel cōtemnit resipiscere. ⁊ talis p̄iculosissima est quia per spem maxie reuocamur a malis ⁊ ad bona reducimur qua sublata hominis irrefrenata cōcupiscentia defluit ad vicia. Hinc dicit Isidorꝰ de summo bono. Perpetrare flagitium aliquod est mors anime. sed desperare est descēdere ad infernū. Vnde chayn in desperatōne positus licet erat vagus et p̄fugus timore cōpulsus quo dicebat. Omnis qui inuenerit me interficiet me. nihilominus tamē scđm Josephum rapinis et violentia cōgregans opes ad latrocinia suos inuitabat. ¶ Secundum vero ex parte remittentꝫ est iusticia diuina q̄ nec falli nec fallere potest. inuiolabilis est enī Cōtra qđ peccator p̄sumptionē amplectitur que non peccat ex hoc q̄ misericordiam dei nimis magnam estimet quā nec humana mens sua magnitudine valet ap prehendere. sed ex hoc q̄ cōtempta iusticia p̄sumit adipisci veniaꝫ sine penitentia et gloriam sine meritis. In quo diuine misericordie multum derogat ea scilicz abutens quasi non esset iusta. de qua p̄sumptōne dicitur Eccle. xxxvij. O p̄sumptio nequissima vnde creata es cooperire falsa scz spe diuine misericordie sine p̄nia penitentia aridam nequiciā et dolositatē illius. Glosa quia decipit etiā seipm Et bene quidē nequissima. quia vt dicit sanctus Tho. scđa scđe. q. xxj. Presumptio de diuina misericordia cōuersionē habet ad bonum cōmutabile inquantū p̄cedit ex inordinato desiderio proprij boni. et sic bēne dicitur nequā. ꝓpter ingratitudinem ad creatorem. ¶ Secūdo ex hoc sequitur auersio a bono incōmutabili quia p̄ponit ei bonum cōmutabile. auro lutū. balsamo sterquiliniū. et ex hoc merito nequior dicitur. Tercio vero diuine excellentie quod ei non cōuenit. ꝓpter quod auertitur a veritate diuina. p̄sumens veniam sine penitentia et gloriam sine meritis. et hec dicitur nequissima. qz ꝓpr̄ie peccatum est in spiritū sanctū. cum per eam cōtemnitur adiutorium spiritus sancti per quod homo reuocatur a peccato. Et est duplex. Prima est qua quis inmittitur inordinate diuine misericordie sicut dictum est. et hec grauior. Secūda vero qua quis. inmittit inordinate ꝓpr̄ie virtuti que p̄sumptio ꝓcedit potissime ex inani gloria. sine p̄sumat de virtute corpali sine spirituali. Et vtraq̄ p̄sumptōe videtur infectꝰ fuisse rex ozias. qui vt dicitur. ij. Paral. xxvj. de suis virtutibus ⁊ excellentijs p̄sumens cōtra diuinū mādatum officiū sacerdotale sibi voluit vsurpare. parans offerre coram dño incensum Quappter detestabili pariter ⁊ incurabili lepra percussus est. ꝓuatus tā regno q̄ hominū cōsortio. vt plenius videbit infra.

¶ Preterea ex parte quorum peccata dimittūtur duo requirunt̄. Primū est ꝓpositum nō peccandi qđ necessario sequi cōtritionē oportet alioquin vim purgatiuā minime sortietur. Sz cōtra illud assumit peccator obstinationē. qñ scz firmat ꝓpositum in hoc q̄ futuris peccatis cōmittendis inhereat ac si nō esset incompetens. In qua obstinatōne saul inuidia ductus cōtra dauid p̄seuerauit. nā agitatus spiritu maligno nunq̄ destitit p̄sequi dauid licet innocentem et obsecrantem. imo se

humiliantem et regi tam mitissime parcē tem. licet eum prestiret post se regnaturū Similiter et pharao rex egipti. de quo dicit dñs Exodi. iiij. Indurabo cor pharaonis et nō dimittet populum. Unde sup illud Ro. ix. Cuius vult miserē et quem vult indurat id est indurare ꝑmittit. Dicit Lyra. Q. hoc nō fit ꝓpter defectum dei. cum nō deficiant in eis instinctus diuini ad bonum. in quibus diuina bonitas se ꝓtemptam totiens liberatissime offert sed est ꝓpter defectum liberi arbitrij non recipientis illos instinctus. et sic iuste eis gratia subtrahit et denegat. qua subtracta quis in peccatis indurat. quia gratia nata est mollificare cor humanū. Et ideo dicit Eccle. vij. Cōsidera opera dei q nemo potest corrigere scz a quacunq aduersitate exteriore vel euentu quē ille despexerit. Et sic eorū tribulatio vel aduersitas non est exercitiū purgatōnis sed initium damnatōnis. Dicit enī Greg⁹. xvi. ij. moral. Q. flagellum tunc diluit culpam cum mutauerit vitam. nā cuius mores nō mutat nō expiat actōes. Omnis ergo diuina ꝑcussio aut est initiū pene sequentis aut initiū bene viuētis. Hec ille. Per oīa tū benedictus deus qui talium obstinatōne ꝓuersa fungitur ad correptionē vel instructōnem fideliū. Nā postq̄ dixerat. indurabo cor eius subiunxit. Et multiplicabo signa id ē minora. et portēta id est maiora. Quare vt sciant inq̄t egiptij. q2 ego sum dñs. Glosa. Quasi misericordia est qđ putat ira. Dicit enī ibidē Aug⁹. Utrū deus bene cordibus malis. ad id qđ vult ostendere bonis. Vide nunc cecam eius obstinationē. Cū enim ꝓposita cōminatōne de morte filij sui primogeniti tot signis ꝓcurrentibus necdū ad eius cordis duritatem induci poterat cum cito cōpletā vidit ad huc minime cessauit persequi populū dei donec miraculo grandi cum omni populo submersus est. Excecauit enī eos malicia eor. Sicut et hodie multor corda nullis plagis vel euentibus ad humilē penitentiam emolliri queunt. donec diuino iudicio puniant et mulctant. ¶ Secundū est dolor de cōmissis qui peccata deflet cū rege Ezechia dicēte. Recogitabo tibi oē. Cōtra quem dolorē assumunt impenitentiam que scz importat ꝓpositū nō penitē di de ꝓteritis et sic impenitētia peccata iam facta respicit sicut obstinatio faciendā. de qua dicit apostol⁹ ad Ro. ij. Scōm duriciam autē tuā o peccator et cor impenitens thesaurizas tibi irā in die ire. vbi dicit Glosa. q̄ tanta est labes huius peccati vt deprecandi humilitatē subire nō possit etiam si peccatū suū ꝓscientia mala teste cognoscere et enunciare cogatur. hic autē thesaurizare sibi dicit ira ꝓpter huius vicij enormitatē. Grauius est enī post peccatum cōmissum nolle penitere q̄ ipm peccatū cōmittere. Nā in talibus etiam venialia peccata ꝓpter actualem cōtemptum sepissime mortaliū enormitatē sortiuntur. vt sic exaugeant thesaurū execrabilem eterne damnatōnis. ¶ Tercio ꝓncipaliter duo requirunt ex parte illius q quod fit remissio quod est fides ecclesie. quorum primū est agnitio veritatis quā fides explanat. Docet enim esse peccatū esse iudicem. esse penā impior et gloriam bonorū oē. Sed cōtra banc assumit impugnationē agnite veritatis quā scz impugnat nō ignorātia sed ex certa malicia vt liberius peccet. De quo dicit Isa. v. Ve qui dicitis bonū malum et malū bonū ponētes tenebras erroris lucem veritatis. et fidei lucem esse tenebras ignorantie. ponentes amarū id est amaritudinez gehenne in dulce corporalis delectatōis. et dulce interne cōtemplatōnis in amarū penitentie exterioris q̄ scz ibi sit labor inutilis. Ve qui sapientes estis in oculis vestris retorquentes scz diuinam veritatez scōm opinionem vestrā iudicio falso. et coram vobismetipis prudētes circa humana agibilia. Vi enī absq̄ timore se peccatorum immundicijs tradunt. letant inq̄ cum male fecerint et exultant in reb⁹ pessimis. Sicut legitur de quodam in libro apum. qui sedens cum honestis viris fm seculum in taberna iniecto sermone ꝺ bis que futura sunt post hanc vitam ait. Da-

38

nissime ab istis clericis decipimur qui dicunt animas sine corporibus viuere In risum omnibus cōcitatis aduenit in hūana specie diabolus vinū postulat et bibit et querit quis sit inter eos sermo. de animabus inquit ille. Si quis meā emere vellet optimo foro darem ⁊ eius preciū in cōmuni oīb⁹ darē ad bibēdū. Tūc cachinnātibus alijs q̄ supuenerat talē inq̄t mercatorē quero. Dic quāti dabis Et ille elato vultu. tanti inq̄t. Mox eis ꝯueniētibus p̄ciū soluit emptor ⁊ letantib⁹ cūctis biberūt pleno callice illo ad primū nō curāte ꝙ animā vendidisset. facto vespe tempus est inquit emptor vt vnusq̄sq̄ reuertatur ad ꝓpria date igit̄ iudiciū. Si quis equū emerit alligatū capistro nunq̄d capistrum in ius emētis cederet? Affirmantibus hoc oībus statim venditorē q̄stionis et rñsionis horrore trementē emptor cuz aīa et corpe leuatū ad inferna deduxit Secundū vero ē auxiliū interioris gratie sine quo nullo humano conamine veniaz adipisci queat aliq̄s dicēte dño Sine me nihil potestis facere. Sed cōtra hoc assumit inuidentiā fraterne gratie q̄ cōsurgit nō de ꝓsperitate terrena vel exaltatione mundana sed de exaltatōe ⁊ ꝓfectu diuine gratie nō inuidēs ꝑsone sed gratia dei crescenti in mūdo. magis eligēs duci ab alijs vitā carnalē et secularē q̄ virtuosaz et religosam. Gaudet eī inuenire quosdā sibi similes et disparib⁹ inuidet. hinc etiā talib⁹ sepi⁹ ingerit ꝑsecutōes oppressiōes derisiones ⁊c̄. De quib⁹ dicit Greg⁹ verbum horribile. v. moral. Q. q̄uis ꝑ omne viciū qd̄ ꝓpetrat̄ humano cordi antiq̄ hostis virus infundit̄ in hectū nequicia tota sua viscera serpēs cōcutit ⁊ imprimende malicie pestē vomit. de q̄ materia vide sup̄ in sermone. xxxix. de odio post b. Dñ generaliter scd̄m sanctū Tho. sup. ij. dist. xliij. Quodlibet p̄dictoꝝ dupliciter accidere p̄t. Primo ex aliq̄ defectu exteriori. vtpote ꝓpter defectū aliquē rōnis regentis vel ꝓpter aliquē impetū alicui⁹ impellentis sicut qñ ꝑ infirmitatē vel ignorātiam agunt̄. et non sic sunt species in spiritum sanctū. qꝛ sic nō est dicendus aliquis desperatus vel impenitēs ꝑ se sed ꝑ accidens. Alio mō ex hoc ꝙ volūtas tēdit ex ꝓpria malicia in vnūqd̄q̄. vt qꝛ non vult habere spem de futuris p̄mijs vel note veritati assentire ⁊ sic de alijs. Et hoc modo sunt species in spiritū sanctū. quia voluntas ꝑ se labit̄ in actū eoꝝ.

Sermo. xliiij. de multiplici mēdacio.

Mors et vita in manibus lingue qui diligūt eā comedent fructus eius. Prouerb. xviij Quoniā peccata lingue sunt extremū refugiū demonū ad īpugnādos fideles xp̄i. Qui enī s̄m Jaco. nō offendit in verbo hic perfectus est vir. ideo nō immerito ꝓ decima et vltima corda reor esse ponēda Cum eī leui motu regit̄ peccatū eius min⁹ ponderat̄. Sed vt dicit Jacob⁹ in cano. iij. ca. Lingua quidē modicū mēbrum est et magna exaltat. Glosa id est p̄ma si impetus dirigētis eā bene gubernat. Nimirum cū p̄ciosos ⁊ multiplices fructus exinde colligit cōfitendo. deū laudādo. instreundo corripiēdo. cōsolando. Si vero eaz male gubernat audi q̄d sequit̄. Ecce quātus ignis. id est q̄ modicus q̄ magnā siluā incendit. Et lingua nostra ignis est. vniuersitas iniq̄tat̄ Est inq̄t ignis. quia scd̄m glosam ignis incōtinēs magnā materiā bonoꝝ operū ꝑire facit. Est enī vniuersitas iniq̄tatis. qꝛ s̄m glosaz ꝑ eā fere cūcta facinora aut cōtinuant̄ aut ꝓpetrātur. vt latrocinia stupra ꝑiuria falsa testimonia mēdacia. Aut defendunt̄ excusando scelus qd̄ cōmisit vel simulādo bonum qd̄ nō fecit. et ideo cōcludit ibidē. Q. lingua maculat totū corpus et inflammat rotam natiuitatis. nostre. id est cursum vite nostre tp̄alis inflāmata a gehenna. id est a suggestione diaboli. Cuius causam subinfert dicens. Est enī inquietū malū plena veneno mortifero. Et ideo dicit idez. licet omnis natura bestiaꝝ ⁊ volucrū vel serpentū domat̄ ab humana natura. sicut exemplificat glosa. ⁊ etiā Aug⁹. recitat in

libro de ciuitate dei de quodã tigride et immam aspide mansuefactis q̃ videntur duo impossibilia nullus aũt hoĩm linguã domare p̃t nisi silentio. qꝛ in lubrico posita est plena veneno mortifero. Mors ergo et vita. Jeremias ꝓpheta mũdialem fallaciã ꝓspiciẽs eiusdẽ. ix. Quis inquit dabit capite meo aquã ⁊ oculis meis fontem lachrymarũ ⁊ plorabo die ac nocte. Quare ꝓpheta sancte? Quia extenderũt linguã suã quasi arcũ mendacij ⁊ nõ veritatis. docuerũt linguã suam loqui mendaciũ. Hinc dicit̃ Osee. iiij. Nõ est veritas et nõ est misericordia. ⁊ nõ est sciẽtia dñi in terra. maledictũ et mendaciũ ⁊ homicidium et furtũ ⁊ adulteriũ inundauerunt. In q̃bus triplex veritas ostendit̃ ab oĩbus fere cõculcata. Quã etiaꝫ distinguit doctor sanctus scd̃a scd̃e. q. cix. dicẽs. ꝙ est veritas vite ſm quã aliq̃s recte viuit ĩ semetip̃o quã scꝫ ꝓmisimus in baptismo abrenunciare diabolo ⁊ pompis eius. Et huius veritatis christus via fuit ſm hũanitatẽ que iã a multis velut detestabilis cõtẽnitur et ad eũ ꝑuenire desiderãt quẽ sequi refutãt. et sic nõ est veritas vite ad seip̃m. Secunda est veritas iusticie scd̃m quã aliq̃s rectitudinẽ legis ⁊ iudicij que sunt ad alterũ seruãt sicut canunt p̃cepta secunde tabule legis antique. sed non est misericordia q̃tum ad ꝓximũ quib⁹ veritatẽ iusticie nõ exhibemus. Tercia est veritas doctrine q̃ ꝯsistit in quadã manifestatione verboꝝ de quib⁹ est scientia. sed nõ est sciẽtia dñi in terra qꝛ hodie doctrina eius cõtemnitur. ij. Thimo. iiij. Erit eĩ tempus cũ sanã doctrinã nõ sustinebunt sed ad sua desideria coaceruabũt sibi magistros prurientes auribus et a veritate quidã auditũ auertẽt ad fabulas aũt cõuertunt̃. Unde ad hanc ꝑniciẽ deueĩt mũdus. qꝛ sicut dicit seneca in epl̃a q̃dam diuites. Cũ oĩa habeãt vnũ illis deest. scꝫ qui verũ dicat. Si enĩ in clientulũ felicis hoĩs potẽtisq̃ ꝑueneris aut veritas aut amicicia ꝑdenda est. Hec ille. Ad instructionẽ autẽ nostrã sciendũ ꝙ mendaciuꝫ est falsa significatio vocis cũ intentõe fallendi. noĩe vero vocis tanq̃ ꝑncipali intelligi debet omne signũ scripture vel nutus aut facti. Hinc dicit doctor sanctus in quotlibetꝫ. ꝙ cũ eadẽ sit intentio fallẽdi nõ refert q̃tum ad peccatũ vtrũ aliq̃s verbo scripto nutu vel quocũq̃ facto mẽtiatur. Sicut nec refert q̃tũ ad homicidium vtrũ aliq̃s gladio vel securi interficiat. Et omne mendaciũ peccatũ est. Nam mẽtiri est ꝯtra mentẽ ire. qd̃ quocũq̃ mõ fiat peccatũ est. etiã ignoranter dicendo veritatẽ dum tñ credit dicere falsitatem vt decipiat audientẽ mendaciũ reputat̃ ⁊ peccatũ Unde in decreiꝫ. xxij. q. ij. c. Is aũt mentit̃ qui ꝯtra id qd̃ animo sentitur loquit̃ volũtate fallendi. Et vtiq̃ verba ꝓpterea sunt instituta nõ vt ꝑ ea se hoĩes inuicẽ fallãt sed vt eis quisq̃ in alteri⁹ noticiã cogitatõnes suas ꝓferat. verbis ergo vti ad fallaciam nõ ad q̃ sunt instituta peccatũ est. nec ideo vllũ mendaciũ putãdum est nõ esse peccatũ. qꝛ possum⁹ aliqñ alicui ꝓdesse mentiendo. possumus enĩ et furando si pauꝑ cui palã datur sentit cõmodum et diues cui clam tollit̃ nõ sentit incõmodum. nec ideo tale furtũ quisq̃ dixerit peccatũ nõ esse. Nemo tñ mentiens iudicandus est q̃ dicit falsum qd̃ putat verum. qꝛ q̃tum in ip̃o est nõ fallit ip̃e sꝫ fallitur. Nõ itaq̃ mendacij sed aliquãte temeritatis arguendus est qui falsa incaute credit ac ꝓ veris habet. Potiusq̃ ecõtrario q̃tuꝫ in ip̃o est ille mentit̃ qui dicit verum qd̃ putat esse falsum q̃tũ enĩ ad aĩaꝫ eius attinet. qꝛ ñ qd̃ sentit ꝯ dicit. nõ verum dicit q̃uis verũ inueniat̃ esse quod dicit nec vllo mõ liber est a mendacio. qꝛ ne sciens verũ loquit̃ sciẽs aũt voluntate mẽtitur. hoc ibidẽ. Inter alia etiã sunt verba Aug⁹. in Encherid̃. Hinc etiã ibidem p̃cipit̃ c. omne genus mendacij summo ꝑe fuge nec casu nec studio loquaris falsum nec vt p̃stes. glosa. Aliqd̃ ꝯmodũ mentiri studeas nec qualibet fallacia vitã alicui⁹ defendas. Caue mendaciũ in omnibus.

Secũdo queri p̃t Vtrũ omne mendacium sit mortale peccatũ dicẽte p̃s. Perdes omnes q̃ locunt̃ mendaciũ. Ad cuius

39

euidētiā triplex mēdaciū distingui p̄t. scz ficiosum iocosum et ꝑniciosum. Mendacium vero officiosum quo scz intendit̄ iuramentū alterius vel nocumēti remotio sine alterius ꝑsone p̄iudicio scd̄m sanctū Tho. scd̄a scd̄e. q. cx. tripliciter fieri p̄t et iuxta bonitatē finis intenti diminuit̄ culpa mendacij. nunq̄ tñ est sine culpa. nam si per illud mendaciū intēdit̄ illi quod est alteri vtile q̄tum ad res exteriores dum alteri nō nocet. habet aliquā culpe diminutionē. licet fieri ꝓpterea nequaq̄ debeat. Si vero ꝑ illud mendaciū habet intētionē cōseruandi vitam alterius. et sic finis intentus magis habet rōnem bonitatis. ꝓpter quā peccatū mendacij minoris est culpe quale fuit mendaciū obstetricuz quas rex p̄fecit ope obstetricādi sup̄ filios israel vt occulte masculos hebreoꝝ interficerent. sed ille timētes deū eis parcēdo reseruauerūt eos viuos. vt dicit̄ Exo. j. Et ideo dñs edificauit illis domus scz tꝑales. vt dicit beatus Greg⁹. multiplicādo eis bona tꝑalia per actū illū exteriorē mendacij quo nō potuerūt eternā remunerationē mereri. sed forte aliquā remunerationē tꝑalem cuius merito nō repugnat difformitas illius mendacij sicut repugnat merito remuneratōis eterne. Sz q̄tū ad affectū beniuolētie ī iudeos ⁊ reuerentiaz diuini timoris merebant̄ remunerationē eternā Et sic fm ieronimū edificauit illis deus domos spirituales id est virtutes ꝓ quib⁹ in celestib⁹ requiescerēt Dedit enī eis dñs gratiaz ꝑ quā cōuerse fuerāt ad fidē vnius dei et ritum iudeoꝝ et sic eis edificauit domos spūales. Sic ⁊ raab meretrix que suscepit exploratores cōuersa est ad fidē et cōiuncta matrimonio salmon p̄ncipi iude. De quo habetur Josue. ij. ¶ Terciū deniq̄ mendaciū officiosū est q̄ impedit̄ illicita pollutio corporalis alicuius vel quodcūq̄ nocumentum ꝓfect⁹ spiritualis. Et qꝛ primo illud vtile est ad honestatē virtutis q̄ scz honestas p̄fertur vite corporali. ideo mendacium illud magis ꝑticipat de intentionis bonitate que minuit culpā mēdacij. Qd̄ incurrisse legitur beata Anastasia q̄ de se scribit ad sanctū Grisogonuz. Sacrilegi iugū mariti suscepi cuius deo miserante thorū mentita infirmitate declinās. die noctuq̄ dñi Jesu ꝯplector vestigia. Nō tamē hoc inter fideles agendum est presertiz si thori recusati subtractō alteri cō iugum in maius verteret̄ ꝑiculū. vt patet alibi. ¶ Secundū aūt eo q̄ ammouet nocumentū ꝓfectus spūalis directe. maxime participat de intentōnis bonitate. et iō potissime diminuit rōnem culpe. Qd̄ incurrisse legitur rahel vxor Jacob q̄ furata est idola patris sui vt sic eum ab idolatria reuocaret. Que cum pater requireret positis sub stramentis supersedit ⁊ infirmitate mentita occultauit. Que idola hebreus tereaphin nominat Et dicūt hebrei q̄ est caput alicuius pueri primogeniti in sacrificiuz demonis interfecti. qd̄ prescisum salsa cōdiebatur et aromatib⁹. vt sic posset diu seruari. super linguā aūt eius in lamina aurea ponebatur nomē demonis et sic dabat eis respōsa. In omnibus igitur predictis est veniale peccatū. nisi forte sic tenderet in iuramentum vnius q̄ cederet in detrimentum alteri⁹. qꝛ sic esset mendacium perniciosum. de quo iam videbit̄. Si ergo querit aliquis. vtꝝ licet mentiri ꝓpter liberationē hominis a quocunq̄ periculo. Respondet doctor sanctus vbi supra q̄ non. sed licet veritatem occultare prouidenter sub aliqua simulatōne. vt dicit Aug⁹. sicut abrahā fecit. dicens saram esse sororem suā et dissimulauit eam esse vxorem suam. hoc etiaz habetur. xxij. q. ij. c. ne quis. Si quis forte non velit ad istam visibilem mortē hominem ꝓducere paratus esse debet veruz occultare falsum non dicere. vt neq̄ ꝓducat neq̄ mentiatur. neq̄ occidat animam suam pro corpore alterius. ¶ Secunduz mendacium est iocosum quod fit placendi cupiditate non animo fallendi in q̄ scz in

tenditur aliqua delectatio hominis et tale mendacium est veniale peccatum nisi forte charitati contrarietur per accidēs ratione scandali vel cuiuscunq; damni cōsequentis. Quia dum quis non veretur propter scandalū publice mentiri est mortale peccatum. Secundo potest esse mortale si mendacium procedat ex sola libidine mentiendi. quod ex habitu quibdam procedit. et sic potest esse mortale ex cōplacentia. cuius cōplacentie signum expressissimum est quando quis tantum alicui rei non prohibere adheret. vt etiā sentiat si esset prohibitum illud tamen se nō relicturum. vt patet in histrionibus qui verba sectant̄ ociosa. vt dicit sanct⁹ Thomas super scōm distinctōne. xxiij. in fine. Hinc dicit philosophus. iiij. ethicorū. q; mendax est. eo q; talis est scōm habitum ipso mendacio grauius. Sed quid de his sentiendū qui de se iactantes mendacia dicunt. ostendit doctor sanctus scōa scōe q. cxij. dicens. Q? iactantia proprie est aliquid q̄ homo se verbis extollit. scz aliquid de se dicendo quod est supra se. Et hoc cōtingit dupliciter. Uno modo cum loquitur de se. nō quidā supra id quod est in se. sed supra id quod de eo homines opinantur que iactanter profert cum dicētibus Deutro. xxxij. Manus nostra excelsa et non dominus fecit hec omnia quod est cōtra gloriam dei. Et Ezechiel. xxviij Elevatum est cor tuum et dixisti deus ego sum. Vel profert cōtra charitatem proximi cum se iactando prorumpit in tōtumelias aliorum. Luce. xviij. Non sum sicut ceteri homines raptores iniusti nec. et sic iudicatur mortale. Si vero non sit cōtra gloriam dei vel charitatem proximi. erit peccatum veniale. Secundo contingit esse peccatum scōm suam causam. vt sicut exterius verba sonant iactantiam. ita cor etiam affectu eam cōplectitur. Et si quidā procedat ex tali superbia vel inanis gloria que sit mortale peccatum tūc ipsa erit mortale alias erit veniale. Q? si fit propter appetitū lucri tunc pertinere videtur ad deceptionem proximi et damnum quod est mortale. nisi faciat propter tale lucrum ex quo alius non dampnificatur sicut mercatores se verbis extollunt vt eis credatur. Deniq; si de se loquitur iactanter supra id quod in se est scōm rei veritatem in hoc proprie cōsistit iactantia et est mortale. ¶ Tercium deniq; mēdacium dicitur pernicioſum quod fit in nocumentum alterius quocunq; modo. vel enim primo est cōtra homines et intēdit in nocumentum vnius non propter se si in vtilitatez alterius. sicut fieri solet in testimoniis falsis cuiuscunq; rei. et sic est mortale et tenetur ad restitutionem. Sic etiam quicunq; dicit verbo quod opere perficere non intendit. si cedit in deceptōnem alterius pernicioſam. mendaciū pernicioſum iudicatur. et est mortale. etiam si post aliter ꝓfiliatus perficiat de illa tamen fictione penitear. Vel est secundo cōtra homines et intendit in nocumentum vnius quod alteri nulli prosit. et hoc est grauius peccatum quia minus habet de intentione bonitatis. ¶ Et notandū q; vt dicitur. xxij. q. ij. c. Nec artificioso mēdacio nec simplici verbo oportet quemq; decipere. quia quomodolibet mentiri quis scilicet ad hoc vt decipiat aliam occidit animam propriam. Item ibidem. Cum humilitatis causa mentiris si nō eras peccator antecq; mentireris mentiendo efficieris quod dentcaueras. nam quomodo est humilitas vbi regnat falsitas. ¶ Est autez tercio mendaciū pernicioſuz qđ est in doctrina religionis qđ est pctm̄ grauissimuz. quia peccata cōtra deum sunt grauiora. Hoc enim mendacium non solum opponitur virtuti veritatis sed etiam virtuti fidei et religionis quod est grauissimum. etiam si sit circa aliquid cuius cognitio partim ad hominis scilicet ad perfectionem scientie et informationem morum. Tale nanq; mendacium inq̄tum refert damnū male opinionis. cōtrariatur

dilectōni ꝓximi q̄tum ad diuitias. mores
personā vel famā. et est mortale. qꝛ noce-
re ꝓximo mortale est. licet sit minus q̄ il
lud quod cōtrariat̄ dilectōi dei. Q. si da
mnum nō sequat̄ ex sola tñ intentōne fal-
lendi ꝑniciose peccatū mortale iudicatur
Que tria tangit sanct⁹ Tho. scda scde. q.
cx. Ad maiorē euidentiā dicit ibidem ꝙ
mendaciū ꝑt cōtrariari charitati triplici
ter. Primo ſm se scz in ip̄a falsa significa
tōne que si sit certa res diuinas ꝯtrariat̄
charitati dei. cuius veritatē tali mēdacio
corrumpit vel occultat. et sic est mortale
grauissimū. Si vero sit cōtra illud cuius
cognitio ꝑtinet ad hoīs bonū. scz ad ꝑfe-
ctionē scientie informationē vite ⁊ morū
sic cōtrariat̄ charitati ꝓximi. et est morta
le. Si deniq̄ sit circa illud de quo non re-
fert vtꝝ sic vel aliter agnoscat̄. sicut si fal
litur in aliquibus ꝑticularib⁹ ad se nō ꝑti
nētibus. et quia ꝓxim⁹ exinde nō damni-
ficatur est veniale peccatū. nisi ex nimia li
bidine ꝓcederet. Secūdo mendacium
cōtrariat̄ charitati rōe finis intenti. pu-
ta si dicit ad iniuriā ⁊ cōtumeliā qd̄ semꝑ
est mortale. vel dicit in nocumentū ꝓximi
q̄tum ad diuitias ꝑsonam vel famā et sic
iterū est mortale peccatū. Q. si finis ip̄e
nō est cōtrarius charitati nō est peccatū
mortale. Tercio mendaciū ꝯtrariatur
charitati ꝑ accidēs rōne scandali vel cu-
iuscūq̄ damni cōsequentis. licet hoc non
intēdebat. et hoc iterū est peccatū morta
le Ex his apparet q̄ seua bestia sit lingua
mēdax plurimos in corpore necās ⁊ infi-
nitos in aīa trucidās. nō acta fingit ꝑa-
cta verbis ꝑauget. eoq̄ mō facta vel ver
ba alioꝝ ꝓfert quo magis audientē offen-
dere possunt. Sic doech narrauit sauli sa
cerdotē abymelech ꝓ dauid cōsuluisse do
minū ⁊ interfecit eos. vt habetur. ij. Re-
gum. xxij.

Sermo. xlv. de multiplici periurio.

Et sermo vester. ē
est nō non. qd̄ autē his abundan-
tius est a malo est. Math. x. Cir-
ca iuramentū multipliciter errabāt iudei
credētes primo ꝙ solū iuramentū mēdax
esset ꝓhibitū. vt dicit̄ Leuit. xix. Nō ꝑiu
rabis noīe meo. Secūdo qꝛ ꝑcepit eis vt
redderent dño iuramenta sua ꝑ hoc putā
tes esse licitū iurare ꝑ dñm qd̄ ꝑmissnz est
ne ꝑ iuramentū creaturis exhiberet̄ reue
rētia. qꝛ cedit in reuerentiā eius ꝑ qd̄ iu-
ratur. Hoīes enī vt dicit̄ Hebre. vj. per
maiorē suā iurāt vt oīs cōtrouersie eorū
finis ad ꝯfirmationē est iuramentū. De⁹
autē qꝛ maiorē nō habuit iurauit ꝑ semet
ip̄m dicēs ⁊c. Cum igit̄ iudei ꝑ angelos
hierusalē templū et elemēta iurantes cre
aturas venerabant̄ honore diuino. ideo
dedit eis ꝑceptū nō ꝙ iurarēt sed si iu-
rarēt ꝙ solū nomē diuinū assumerēt. Vñ
xxx. q. j. c. Cōsidera ꝙ saluator nō ꝑ deū
iurare ꝓhibuerit sed celū et ꝑ terrā ꝑ iero
solimam et per caput. et hoc quasi paruu-
lis fuerat concessum in lege. vt quomodo
victimas deo immolabāt ne eas immola
rent idolis sic et iurare ꝑmitterent̄ in de-
um. non quia recte hoc facerent sed ꝙ me
lius esset deo illud exhibere q̄ demonijs.
Tercio qꝛ iurātes quas viles existima
bant ꝑ illa iuramēta credebāt non ꝯstrin-
gi. et euz ꝑ eas iurabant quasi nihil iuras
se putabant. quod falsum est. vt patebit.
Quarto credebāt ꝙ iuramentū illicitum
esset seruandū. vt dicit̄ Judicū. xj. ꝙ ie-
pte ex ꝓmissione dño facta immolauit fi-
liam suam. Et hi qui Actꝫ. xxiij. iurauerāt
se paululū interfecturos anteq̄ comede-
rent vel biberent ad quod se putabāt ob
ligatos quod falsum est. Quinto iuramē-
tū incautū qd̄ fit sine necessitate vl̄ euidē
ti vtilitate credebāt eē licitū. imo etiaz ꝑ
se bonū eo ꝙ d̄r Deut. x. dñm deū tuū tīe
bis. Sequit̄. Et ꝑ nomē illi⁹ iurabis sz hoc
patet esse falsum. qꝛ nomē tāte sanctitatꝫ
accipe sine causa importat irreuerentiaz
diuini noīs. Ad quoꝝ errorē eliminandū
ꝑcepit dñs Math. v. dicēs. Ego aūt di-
co vobis nō iurare omnino. id est ex qua-
cūq̄ causa sed ex rōnabili ⁊ necessaria tm̄
Negatio enī ꝑponit̄ ibi signo vniuersali
affirmatiuo quod equipollet suo cōtra-

dictorio. Unde nō oīs valet quidam nō
Ut igit̄ ostēdat quid faciendū sit subdit
verba ꝓposita dicens. Sit sermo ꝛc̄. vnū
quodq; dn̄s p̄dictoꝝ duplicās ostēdit. ꝙ
quisq̄s hoc opibus ꝓbat qđ ore affirmat.
et qđ verbis negat opib⁹ nō affirmat. ꝑfe
cte mandatū pn̄s adimplet et qđ abundā
tius his est a malo ē. De q̄ malo dicit̄. xxij
q. j. c. nō est cōtra. Quāuis iuramētū am
plius sit q̄ est est. vel nō nō. et ideo a ma-
lo. nō tn̄ a malo tuo sed infirmitatis ꝛ in-
credulitatis eoꝝ q̄ nō aliter mouent̄ ad fi
dem. Et infra c. Ita ergo. tu enī nō facis
malū q̄ bene vteris iuratōne. Et infra ca.
nō nobis. ꝙ ꝛ si iurare peccatū nō sit iura
mentū recipe malū sit sed nomīe mali. nō
malicia sed peccati pena intelligit̄. Et iō
b nō dicit̄ esse malū sed a malo Iuramentū
ergo licitū est et meritoriū qn̄ cū debitis
circūstantijs ꝑ ip̄m ꝓximo subuenit̄. Un̄
p̄s. Dn̄e q̄s habitabit in tabernaculo tuo
Sequit̄. q̄ iurat ꝓximo suo et nō decipit.
nō tn̄ est assuefaciendū ad iuramentū ꝓ-
pter ꝑiculū ꝑiurij. Est igit̄ iuramentū s̄m
se licitū et honestū debite vtētibus. vt di
cit doctor sanctus scđa scđe. q. lxxxix. nā
deū in testē assumere dicit̄ iurare. q̄ iure
introductū est vt qđ subinuocatōne diui
ni testimonij dicit̄ ꝓ vero habeat̄. Et sic
licitū est p̄mo ex origine. q̄ ē ex fide intro
ductū qua hoīes credūt habere deū infal
libilē veritatē velut oīm cōditorē vel ꝓui
sorem. Secūdo ex fine quia inducit̄ ad te
stificandū et certificandū ꝯ oīes ꝛ finien-
dum eoꝝ cōtrouersias. ut dicit̄ ad Heb.
vj. Sed in malū cedit alicui q̄ male vtitur
eo sine necessitate ꝛ cautela debita. Et fit
duobus modis. Primus est ꝑ simplicem
dei ꝯtestationē sicut cū quis dic̄ testis est
mihi deus vel corā deo loquit̄ vel ꝑ deuz
est. qđ idē est scđm Aug⁹. Secūdarie etiā
sumunt̄ aliq̄ creature inq̄tum in eis relu-
cet diuina veritas. sicut ꝑ euangeliū per
sanctos ꝛc̄. Q⁹ aūt Math. v. ꝓhibet do
minus iurare per creaturas intelligit̄ ita
ꝓhibitum ꝙ eis ꝓhibeatur reuerētia diui
na. sicut iudei ꝑ angelos et creaturas iu-
rabant. Et hoc supposito magis peccatū
est fallere iuramēto facto per increata vel
per superiores creaturas q̄ ꝑ inferiores
Tamē si quis per festucā iuraret falsum
periurus esset vt postea videbitur. Graui
us tn̄ est iurare per mēbra dei quādo su-
muntur illi in testē cū irreuerēcia quadā ꝛ
blasphemia Hinc enī precipit̄. xxij. q. j. c.
Si q̄s per capillū dei vel ꝑ caput iuraue-
rit. vel alio modo blasphemia cōtra deuz
vsus fuerit. si de ecclesiastico ordine ē de
ponatur. si laycus anathematizet̄. secus
tn̄ videtur si cum reuerentia ꝑ sanctū dei
verticē vl̄ silia iuraret Secund⁹ modus
ꝑ executionē fit. dn̄ scz quis se vel aliq̄d
ad se pertinēs ad penā obligat. nisi sit ve
ruz qđ dicit̄ sicut petrus cepit anathema
tizare et iurare quia nō nouisset hominē
et sic q̄tum in se est deum obligat ad hāc
penā inferendā. licz diuina bonitas suspē
dit vindictā vt expectet ad veniam. Ad
maiorē aūt euidentiā duo ponunt̄ species
iuramenti. Nā aliud est iuramentū asser-
toriū aliud ꝓmissoriū. Et in quolibet ho-
rum tres comites requirunt̄ qui ponunt̄
Iere. iiij. vbi dicit̄. iurabūt viuit dn̄s in
veritate et iusticia et iudicio. Quantum
igitur ad iuramentum assertorium requi
ritur primo veritas quantū ad iurantem
vt scz sciat firmiter verum esse quod iurat
alias si tantū credit non debet iurare de
scientia sed de credulitate. alioquin se ꝑi-
culo cōmittit falsitatis. quod est graue
peccatum eo ꝙ non adhibuit debitā cau
telam vt putet cum iudeis iuramentum
non esse quando per viles creaturas iu-
rant. Dicitur enim. xxij. q. v. capitulo. Ec
ce dico charitati vestre et qui per lapidē
iurat falsum periurus est. Unde hoc di-
co quia multi ꝛ ī hoc falluntur et putant.
quia nihil est per quod iurant non se crimi
ne teneri periurij. prorsus periurus es. se
quitur. non enim quando iuras tibi aut
lapidi sed proximo iuras. homini autē la
pidem sed nunquid non ante deum: nō te
audit lapis loquentem. sed punit deus te
fallentem. Principaliter ergo periuriū ē

quando deest veritas qꝛ finis iuramenti cõfirmatio dicti cui falsitas opponitur. et ideo falsitas directe euacuat finem iuramenti. Et vt dicit sanctus Tho. q. lxxxix ꝙ qui iocose ꝑiurat nõ euitat diuinã irreuerentiam sed quantũ ad aliquid magis auget et ideo nõ excusatur a mortali. Sꝫ qui ex lapsu lingue falsum iurat si ꝑcipit se iurare peccat mortaliter. siue sit solẽne iuramentũ siue simplex et ꝑcipue quando ꝑcipit esse falsum qđ iurat. Si vero nõ ꝑcipit se iurare sed ex lapsu lingue iuramentum labit̃. quia tũc quasi nesciẽs iurat. et nesciens nõ reputat̃ voluntari⁹. Ideo si sit falsum qđ iurat siue ꝑcipit esse siue nõ. dummõ nõ sit mendaciũ ꝑniciosum nõ dico ꝙ sit peccatũ mortale sed veniale. valde tñ cauendum est ꝓpter vicinitatez ad mortale. Hec doctor sanctus sup. iij. dist. xxxix. Deniq̃ adhuc tripliciter iuramentum cõtingi potest ſm eundẽ scđa scđe. q. lxxxix. Primũ cum falsuz apprehenditur vt verũ et tunc erit quid relatũ ad voluntatem materialiter quidẽ falsum. formaliter aũt verum si tñ prius debitã adhibuit diligentiã a culpa ꝑiurij excusatur Unde xxij. q. ij. homines falsum iurant vel cum fallunt vel cũ fallunt̃ putat homo esse verum qđ falsum est. temere iurat nõ tamen ex animo. iste periurat fallit̃ enim. et infra et quia interest quẽadmodũ verũ ꝓcedat ex animo. cum ream linguã non facit nisi
c rea mens. Quia ergo mens hui⁹ nõ erat rea nesciebat enim esse falsum quod iurauit. verum nec temere vel negligenter cuz magna diligẽtia videbatur sibi deprehẽdisse verũ qđ iurat falsum. ꝑiurij reus nequaq̃ est iudicandus. Secundo vero cuz verum apprehendit̃ vt falsum et iurat esse verum. tunc erit verum materialiter ⁊ falsum formaliter et iste plus efficitur ꝑiur⁹ qꝛ putat iurare falsum Unde ibidẽ in decretis. Da aliuz qui putat esse falsum qđ iurat esse verũ et forte verum est et hic cũ scelere iurat et periurus est. Tercio deniq̃ cum verum apprehendit̃ esse verũ et iurat esse falsum qđ scit esse verũ. tunc iuramentũ erit falsum materialiter ⁊ formaliter. ⁊ est ꝑfectũ ꝑiuriũ qđ peccatũ ꝑcipue si fit solenniter. grauius est q̃ homicidiũ vt ꝓbat doctor sanctus in quotlibet̃. dicens. ꝙ sicut apl̃s ait ad Hebre. vj. homines ꝑ maiorẽ sui iurant ⁊ oĩs cõtrouersie eoꝝ finis est iuramentũ. frustra aũt ĩ causa homicidij cõtrouersie finis esset iuramentũ si homicidiũ grauius esset q̃ ꝑiurium. presumeret̃ enĩ ꝙ qui maiorẽ culpam scꝫ homicidium cõmisit nõ vereretur minorem scꝫ ꝑiurij cõmittere. Unde ex hoc ipo ꝙ in causa cuiuslibet peccati defertur iuramentum manifeste ostendit̃ ꝙ ꝑiuriũ ꝓ maximo peccato haberi debet. Hinc ꝑcipitur. xxij. q. v. Si quis cõuictus fuerit alios ad falsa testimonia vel ꝑiuria attraxisse. vel quacunq̃ corruptõne sollicitasse ipe quidẽ vsq̃ ad exitum vite no cõmunicet. Hi vero qui eum ꝑiurio cõsensisse ꝓbantur postea ab omni testimonio sunt remouendi. et scđm legẽ infamia notabunt̃ Ec. ibidẽ ante c. ille qui ꝓuocat hoĩem ad iurationẽ et scit eũ falsum esse iuraturum vincit homicidiã. Glosa. id est mai⁹ damnum facit. qꝛ maius damnum est in amissione vnius anime q̃ mille corporũ nõ tñ plus peccat. ¶ Sciendum tamen ꝙ exigens iuramentum tanq̃ persona priuata si nescit alterum iuraturũ falsum Et ideo dicit. iura mihi vt ei fides sit non est peccatum. Si vero scit eum fecisse contrariũ eius quod iurat et cogit eum iurare homicida est. ille eniz se suo periurio interemit sed iste manum interficientis impressit. vt habetur expresse. xxij. q. v. ca. qui exigit. ¶ Secundo vero requiritur iusticia quo ad rem iuratam. vt scꝫ id qđ iuratur sit licitum et honestum. quod quantuz ad iuramentum assertoriũ intelligendum est reor ꝙ impium sit in assertionem proprij. perpetrati sceleris ip̃m dominum vel sanctos eius in testem certificatõnis cum execrabile sit deo et sanctis eius detestanda viciorum iactantia. quia potissime sapit diuinum cõtemptum et impiam iniusticiam. Si vero fieret tale iuramentum ad honorem diuinuz edificationẽ vel vtilitatẽ ꝓximi aut simili causa rõnabili. tũc

non saperet diuinum contemptũ. Tercio deniq; requiritur iudicium discretionis quo ad causam que inducit ad iurandum. Non enĩ sufficit ꝙ illud sit verũ qđ iuratur nec ꝙ sit licitum et honestum. sed etiam requiritur euidens necessitas vel vtilitas. Alioquin facit cõtra preceptum illud. Non assumes nomen dei tui inuanuz quod nimirum nomen eius potissimũ in lege veteri nulli licebat exprimere ꝓpter diuinaz reuerentiã nisi solo summo sacerdoti. et hoc in sanctuario. ĩ die ieiunij. in benedictõne sacerdotali in cuius ꝓlatione grandis fuit cura et timida reuerẽtia. vt patet supra. Secundo q̃tum ad iuramentum ꝓmissorium requiruntur hi tres comites. veritas iusticia et iudicium. Requiritur enĩ primo veritas vt scz illud exprimat verbis ꝓmissorijs qđ affectu plenario deliberauit in archano cordis. alioquin vt dicit̃ Eccle. xxiij. Vir multum iurans replebitur iniquitate et nõ discedet a domo illius plaga. et si frustrauerit id ẽ deceperit fratrem delictũ illi⁹ scz fratris super ip̃m erit. quia alter in patiẽtia purgabitur hic vero versutia vicijs inundabit. Et si dissimulauerit quasi per simulationem iurando falsum delinquit dupliciter. quia simulata equitas est duplex iniq̃tas Vnde et si post aliter cõsiliatus iuramentum ꝑficit per cõtrarium tamẽ iuramento voluntatẽ quã prius nequiter siluit detestabile crimen periurij cõmisit. Similiter etiam cum ex dolo iurantis nõ est eadem intentio iurantis et recipientis. tunc oportet seruari iuramentũ scđm intellectum eius cui iuramentum prestatur Si vero iurans dolum nõ adhibuit tunc solum obligatur ſm suam intentionẽ. vnde. xxij. q. v. c. quacunq; arte verboꝝ quis iuret dominus tamẽ qui cõscientie testis eũ. ita hoc accipit sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autẽ reus fit qui ⁊ nomen dei inuanũ sumit ⁊ ꝓximũ dolo capit Secundo requiritur iudiciũ discretõnis. vt scz illud qđ iurat sit in eius potestate ad perficiendum. alias enĩ ꝑiculo se amitteret incurrẽdi falsitatẽ. qđ si iurat illud facere quod nõ est in eius potestate deest iuramento iudiciũ discretõnis et periur⁹ efficitur etiam si talia coactus iurat. vnde obligatio iuramenti vel voti ꝑ coactõnem quantamcũq; (licet tollitur ꝓpter coactionem quantũ ad cogentẽ. qꝛ nõ meretur qui vim intulit ꝙ ei ꝓmissum seruet̃) Tamẽ obligatio qua quis deo ꝑ iuramẽtum obligatur vt impleat ꝙ ꝓpter nomẽ eius ꝓmisit nõ tollitur in foro cõscientie quia magis debet damnum temporale sustinere quodcunq; q̃ violare iuramentũ. potest tamẽ repetere in iudicio vel prelato denunciare nõ obstante si cõtrariũ iurauit. quia tale iuramentum vergit in deteriorem exitum esset enim cõtra iusticiã publicã. Romani enim pontifices ab huiusmodi iuramentis homines absoluerũt vt habetur extra de iureiurã. c. verũ. Nõ tamẽ quasi discernentes huiusmodi iuramenta nõ esse obligatoria. sed quasi hmõi obligatões ex iusta causa relaxantes. Si vero tempore quo iurauit fuit in eius potestate iuramentũ ꝓmissorium adimplere tempore cõgruo et de post ꝓpter euentuz aliquẽ factus est impotẽs. tũc videt̃ excusatus in foro cõsciẽtie licet facere teneat̃ qđ in se est. Sed vtrũ cui ꝓmittit̃ iuramẽtum illud relaxare p̃t. ostẽdit doctor sanctus scđa scđe. q. lxxxix. dicẽs ꝙ ꝓmissio sub iuramẽto p̃t fieri dupliciter Vno mõ quasi ꝑtinẽs ad vtilitatẽ ip̃ius cui ꝓmittitur puta si iurat se alteri seruiturũ vel pecuniã daturũ. et sic relaxare p̃t alter iuramentũ. Tũc enĩ intelligit̃ ei soluisse ꝓmissum cum facit de eo ſm ei⁹ voluntatẽ. Secundo ꝓmittit̃ illud qđ ꝑtinet ad honorẽ dei vel vtilitatẽ alioꝝ. puta si iuramento ꝓmittit alteri se religionẽ intraturuz vel opus aliqđ pietatis acturũ. ⁊ tũc ꝓmittẽtem absoluere nõ potest. qꝛ ꝓmissio nõ est facta ei tanq̃ principaliori sz deo. nisi fuerit interposita cõditio qua se in promissione subdidit arbitrio eius cui promittitur. Tercio requiritur iusticia scđm quaz licitũ sit illud obseruari ⁊ honestum ac vtile quod promittit. Alioquin iuramentum obseruari prohibetur. xxij. q. iiij. ca.

In malis promissis rescinde fidem et in turpi voto muta decretum quod incaute vouisti nō facias. impia est enim ꝓmissio que scelere adimpletur. Ad cuius euidentiam sciendum ꝙ aliquādo qui se iuramēto obligat ad faciendum id quod est per se illicitum et charitati cōtrarium vt cum iurat se ꝑpetraturum adulteriuz homicidium furtū ⁊c. Et tunc ipo facto periurus ē ⁊ falsitatē incurrit. qꝛ obligatus ē ad hoc quod cōtrarium faciat et est graue peccatum mortale. Q. si iuramentū ꝑficit adhuc mortaliter peccat. Si vero nō ꝑficit in hoc periuriū nō incurrit. quia tale erat quod sub iuramento cadere nō posset eo ꝙ ꝯtrariū erat vel dilectioni dei vel ꝓximi. Sicut si artifices iurant ꝙ certo tꝑe nō laborabunt vt ꝓpter raritatem carius vendant. vel ꝙ minori precio non operabuntur. vel carnifices ꝙ nō parabunt vltra certum numerū ⁊ similia iuramenta q̄ sunt manifeste peccatū vel maioris boni impeditiuū. nō obligant iuramento se cōstringentem. imo debet facere cōtrarium Sicut tamē habetur. xxij. q. iiij. c. innocēs Q. illicitū iuramentū seruari ꝓhibet nō est generaliter intelligendū. Aliquādo eī iuramento deest iusticia. veluti cum quispiam post votū castitatis. duxit vxorem iuramento firmans nunq̄ ab ea se discessurū qđ q̄uis illicituz sit quia iusticia sibi ꝓbat deesse cū autoritate augustī seruari precipit. hoc aūt si quis cōtendat p̄rogatiua cōingij nō ꝓpter religionem iusiurādi seruari. animaduertat gabaonitas ob solam religionē cōtra imperiū domini reseruatos. Cum igitur omne dñi p̄ceptum iustum sit ptz ei iusticiam deesse quod eiꝰ precepto ꝯtrarium inuenit. Ex quibus liquet ꝙ iuramentū q̄uis illicitum sic iurāti seruare. tamen ꝓpter bonum ꝓximi cui sub iuramento ꝓmissum est bonū suum adimpleri velit deus cum iniuria sui. dūmō alteri ꝓximo nō noceat. Aliquando vero quis se obligat iuramento nō facturū aliquid melius. Si ergo ad illud melius faciendum tenetur ex precepto. et tunc idē est iudicium cum casu precedenti. vnde prosequitur ibidem in decretis. Ex eo ꝙ iuratur tunc illicitum est iuramentū quādo id quod iuratur in sui natura viciosum est vitam adimens tꝑalem vel ꝑpetuam. vt adulterium ⁊c. vel reparari non permittens. vt cum inimico ad pacem nō redire indigenti tempore necessitatis misericorditer non subuenire. Ista quia ꝑspicuam in se habet iniusticiaz si iuramento firmētur tamē seruari non debent. Si vero nō tenetur ad illud melius faciendum qđ se non facturum iuramento firmauit vel se iurat aliquid facturum quod ex precepto fieri nō ꝓhibetur. peccat quidaz iurando et scđm quosdaz mortaliter. tum quia ponit obijcere spiritui sancto qui est boni ꝓpositi inspirator. tum propter irreuerentiam diuini nominis quod in testem sumitur perpetrande vel culpe venialis vel omittendi profectus. spiritualis non tamē peccat iuramentum seruando quantū ad tale bonum nō perficiendum ad quod nō obligatur. multo melius tamē facit iuramentum nō seruando hec patet ibidez in decretis vbi subdit dicens. Tunc etiam illicitum est iuramentum cum incircumspecte aliq̄d iuratur quo nec corporalis nec spiritualis vita adimitur sine quo vtraq̄ salus reparari et vita conseruari valet vt cum quis a parentibus coactus vt clericatus tonsuram vel religionis vestem recipiat se neutrum facturum iuramento firmauerit hoc quāuis a quibusdam videatur reprehensibile. quia opus charitatis se non facturum iuramento promisit nulla tamen autoritate seruari prohibetur. quia si nunq̄ illud perficiat nō tamē ideo minus salutem promereri valet. cuz nōnulli ex laicali habitu sanctissimi inueniantur. et deo dilecti ⁊c. Fit etiam aliquando iuramentum quod vergit in exitum deteriorem propter aliquid quod de nouo emersit quod fuit prius premeditatū. Sicut iurauit herodes puelle saltāti ⁊ h quidē p̄t eē licitū ī p̄ncipio intellectꝫ debitꝫ ꝯditōibꝰ sꝫ eiꝰ ꝯpletō fuit illicita vñcū

quis simpliciter iurat aliqd vel promittit tunc semper subintelliguntur debite cōditiones. sez si sit licitum honestum portabile siue moderatum, et multe alie ꝓditiones scōm Hostien. subintelliguntur. licet verbotenus nō exprimantur. nisi forte tēpore iuramenti vel ꝓmissionis quarū mente cōcepit. ¶ De iuramento deniqꝫ qō vergit in exitum deteriorē quis dispensatōe nō indiget. Si vero dubium est vtrū sit licitum vel illicitum ꝓficuū vel nociuum, aut simpliciter aut in aliquo casu, et tunc potest episcopus dispensare, vt dicit sanctus Thomas scōa scōe, q. lxxxix. Si autem manifeste cognoscitur esse licitum et vtile, tunc ibidem nō videtur habere locū dispensatio vel ꝓmutatio vbi aliquod melius occurrat faciendum ad cōmunē vtilitatez quod maxime pertinere videtur ad curam pape qui habet curam vniuersalis ecclesie. ¶ Sed vtrum homines alicuius vniuersitatis vel societatis iuramēta mutuo facta sibiꝫ inuicem relaxare possunt in questione est. Pro quo sciendū qꝫ si simul iurant de his que pertinent ad dei cultuz vel religionem aut pietatē aliquā perficiendam vt si mutuo iurant de lucro suo certam portionē dare fabrice ecclesie vel pauperibus, aut qꝫ simul ibunt vltra mare ꝓpter deum, vel qꝫ legēt duo psalteria ꝓ inuicem, tunc non possunt sibiꝫ inuicez remittere iramentum vel votum. Possunt q̄dam remittere mutuo qꝫ nō vadant simul vltra mare sed non possunt simul remittere quādo vadant. Nam ibidem duo iramenta sunt sez qꝫ vadant et qꝫ simul et de similibus idez est iudicium. Si vero est super re temporali quod absqꝫ iuramēto tenebantur facere quod iurāt, tunc nō possunt sibi remittere, vt si carnifices iurant qꝫ non vendant infectas carnes ꝓ sanis. Aut alij qꝫ nō sophisticabunt merces suas nē. Si vero nō tenebantur prius facere quod iurant et tunc obseruantia spectat tm̄ ad eorum cōmodum vel incōmodum, tunc iramentū remittere possunt. Si vero magis spectat ad aliorum cōmodum non possunt sibi remittere, vt si iurant simul qꝫ in mercibus. xx. solidorum nō accipiant vltra de lucro qꝫ vnum soliduz. vel qꝫ nō vendāt opera nisi de materia sic parata vel qꝫ non trahant pecias panni vltra tantum et sic de aliꝭ

¶ Dominica prima. xl. de triplici. xl. contritionis cōfessionis et satisfactionis. Sermo. xlvi.

Dm ieunasset. xl. diebus et. xl. noctibus postea esuriit. Math. iij. Sicut dicit beatus Aug⁹ ꝓ pectatis satisfacere est peccatorum causas id est occasiones excidere et eoꝝ suggestionibus aditum non prebere. Naz ad satisfactionem cōpletam duo requiruntē. sez emenda presens ꝓ culpa preterita. et quantū ad hoc dicit peccatorum causas excidere. qz nō potest ꝓ ꝓpetrata culpa melius emenda fieri qꝫ ea a se cum dolore et pena precidendo remouere. que cuz amore sequendo peccauit. Secundo requiritur firmum ꝓpositum viuendi futura et qꝫtum ad hoc dicit. et eoꝝ suggestionibus aditum non indulgere. Dicit tamē bonauentura super quartū. dis. xv. qꝫ duplices sunt cause vel occasiones peccatoꝝ. nam quedam sunt proxime sicut cena splendida ē occasio edacitatis. familiaritas carnalis est occasio luxurie perpetrande. Et tales necesse habet quis excidere si vult ō peccatis digne satisfacere. Quedaz sunt vere occasiones remote vt inuitatio ad bonam cenam. suspectam societatē. et tales nō possumus excidere. quia non est in nostra potestate sz efficaciter refutare nec aditum indulgere. ¶ Tria sunt igitur opera satisfactionis impletiua. sez elemosina ieiunium et oratio. Quod patet ex eo. qz radix peccati triplex inuenitur. vt dicitur ꝑ. Johannis. ij. sez cōcupiscentia carnis cui ieiunium opponitur. Per quod intelligitur omnis afflictio carnis. que cōsistit in vigilijs ieiunijs laboribus.

Secunda cōcupiscentia oculorū ad auariciam cui ꝑ remedio adhibetur, elemosina que cōtinet in se omne opus pietatis ꝓximis exhibendū siue spirituale siue corporale. Tercia vero superbia vite que curatur efficaci oratione. que illuminat ad se cognoscendū. dulcescit ad ꝓximum diligendum. ardescit ad deo inherendū et ꝑfruendum. Includit autē omnē actū ad deum relatum. et sic in his tribus omnis actus meritorius includitur quo digna satisfactio perficitur. id est legitime quadragesima celebratur. exemplo christi ꝺ quo verba ꝓposita scripta sunt. Cum ieiunasset. xl. diebus ⁊c. Sacramentū quadragesimalis obseruantie licet multis misterijs et figuris insignitū legitur. Tribus tamē ꝑcipue misterijs decoratum inuenit. et signis cōgruis prefiguratū. Nam in eo primum misterium in remissionis peccatorū relucet. quantū ad penitentes et incipiētes quod etiā triplici figura perficit. Reperitur enim quantū ad hoc triplex quadragesima penitentiū scz ad cōterendum cōfitendum et satisfaciendum. et ideo triformiter figurata. Naz quadragesima cōtritōnis figuratur in quadragesima inundationis diluuij. Genes. vij. De quo dicit magister in historijs. ꝙ postq̄ nutu diuino et angelorū mīsterio in archam vniuersa animantia ducta fuerant mense secundo. id est may. die id est luna. xvij. mēsis. rupti sunt fontes abyssi. id est maris. vel aque que sunt in visceribus terre ⁊ catharacte celi. Catharacte ꝓprie sunt meatus nili qui per septem ostia separatur. generaliter vero catharacte sunt quilibz meatus aquarum initiales. Hic aurē signant vias per quas emanantur pluuie. Et pluit sup terram. xl. diebus et. xl. noctibus. Eleuataq̄ est archa super omnes montes. quoniā aqua montib⁹ altior erat cubitus quindecim. A die quoq̄ prima q̄ noe archam ingressus est vsq̄ ad centum quinquaginta dies exaltate fuerāt aque que post hec ceperūt diminui ita ꝙ. xxvij die mensis septimi requieuit archa supra mōtes armenie. ac tandem prima die mēsis decimi apparuerunt cacumina montiū Ex quibus verbis liquet esse duo loca generatōnis aquarum et emanatōnis. Est enim locus supior in nubibus et inferior in terre visceribus. Sic in anima duplex distinguit̄ portio rōnis scz supior qua cōcipiuntur ⁊ cogitantur eterna. cuius operatio rigoratur in receptōne simplicis intelligentie a supiori luce deo. Secūda dicitur portio rōnis inferior qua scz cōcipiuntur inferiora vtpote pene inferni. miserie pñtis, seculi ⁊c. vtraq̄ ergo pars est locus generatōnis aquarū. quia supna peccata amisimus ⁊ penā meruimus. Fiat igitur inundatio cōpunctionis lachrimnauz ex cursu aquarū istarum ⁊ mundet̄ minor mundus. id est homo. Et bene dicitur inundatio diluuij totā terram operuisse. qz oportet cōpunctionē inundare ex omnibus peccatis per totā animā. Si enim in parte fit cōpunctio vt dicit Greg⁹. nō sufficit. quia multi lachrimas indesinenter fundunt qui tamen peccare nō desinunt. In quibus impletur illud ps. In diluuio aquarum multarū ad deum non approximabunt. Et sicut in inundatione figurali deleta est omnis caro super terram volucrum quadrupedū et reptiliū. Sic in hac inundatiōe spirituali deleri debet omnis affectio mundana siue ambitōnis per volucres aut cupiditatis ꝑ quadrupedia. vel carnalitatis ꝑ reptilia signata. Hoc ꝓfecto diluuium inundauit audientē ezechiam regez sibi mortem adesse et hoc ex parte inferiore cum dicebat. Vadam ad portas inferi. A parte vero supiori cum subiunxit. Non videbo dominū deum in terra viuentium. Deniq̄ hoc diluuiuz ꝑseuerare debet donec anima id est spiritualis archa requiescat super montes armenie. ¶ Quadragesima vero cōfessionis figuratur in quadragesima expectatōis an cessasset diluuium. Ad cuius euidentiam sciendum ꝙ vt dicit magister in historijs. ꝙ postq̄ apparuerunt cacumina montium expectauit Noe. xl. diebus et emisit

subuertētem gentem nostraz ⁊ prohiben-
tez tributa dari cesari: et dicentem se chri
stum regem esse. Similes autem illis iudi
candi sunt quoruz os iuxta ps. maledicti-
one ⁊ amaritudine plenuz est veloces pe.
e. ad effu. sanguinez. Quinto crucifixerūt
eum suis susurronib⁹. Dicit autem sanct⁹
Tho. vbi sup̄. Q⁹ susurro intendit amici-
ciam separe. ⁊ ideo talia profert de proxi
mo que possunt cōtra ip̄m mouere animū
audiētis quicq̄d sit illud: etiā si sit simplr
bonū. ⁊ tñ apparēs malū inq̄tuz displicet
ei cui dr. Et dr alio noīe bilinguis. qr niti
tur amiciciā inter duos ex vtraq̄ ꝑte rū-
pere. Et ideo duabus linguis vtit ad du-
os: vni dicens malū de alio. Unde susur-

riuz magis peccatum est q̃ detractio vel cõtumelia. quia melius est amari q̃ honorari. Unde dicitur Prouerbi. xxvj. Verba bilinguis quasi simplicia. et ip̃a perueniunt vsq; ad interiora ventris. i. mẽtis. p̃s. Molliti sunt sermones eius super oleum ⁊ ipsi sunt iacula. Sic̃ habet̃ Math. xxij. Venientes ad Jesum vt caperẽt eũ in sermone. mollitis sermonibus aiebant. Magister scimus quia verax es. et viam dei in veritate doces. ⁊ nõ est tibi cura de aliquo. Non eniz respicis personas hominum. Dic ergo nobis licet censum dari cesari: sicut iudei faciunt ⁊ male s̃m nostrum iudiciuz. ⁊ ergo corripiendi sunt a te q̃ veritatem ⁊ iusticiã diligis ⁊ doces execrãs omnez iniusticiã. O venenata lingua qui inquit loquũtur pacez cum ꝓximo suo. mala autem in cordibus eoruz. Hec enim fecerunt vt inuenirent vnde eum accusarẽt Hinc bene dicitur Eccl̃i. xxxviij. Susurro ⁊ bilinguis maledictus. multos enim turbauit pacem habẽtes. Sexto crucifixerunt eum suis derisionibus ⁊ illusionibus p̃sertim in passione sua. Derisio autez importat quãdam dehonoratiõem alterius que ludo vel ioco agitur. que si fit in alium ratione persone: sicut ratiõe defectus puerorum vel stultoruz: sic est leue vel veniale s̃m sanctum Tho. s̃a s̃e. Si v̄o talis derisio importat vilipensiõez. vt scilicz eum tam vilem estimet ꝙ de eius malo non sit curandum: sed quasi pro ludo habendum sicut illudebant christum indutũ veste alba: sic est peccatum mortale ⁊ grauius q̃ cõtumelia. quia contumelia videtur accipere malum seriose. illusor autem in ludũ. Et sic videtur maior esse cõtemptus ⁊ dehonoratio. Unde tanto grauius est peccatum: quãto maior reuerentia debet̃ persone que illudit̃. Ideo grauissimũ est peccatum illudere deum ⁊ ea que dei sunt. deinde parẽtes carnales vel sp̃uales. Unde filius Noe senior propter illusionem meruit maledictõnem. Tercio iustos. Unde Job. xij. deridetur iusti simplicitas. Que quidem derisio est valde nociua. quia per hoc homĩes retrahũtur a bene agendum.

Septimo crucifixerũt eum suis cõtumeliis. Est enim cõtumelia s̃m Thomã cum quis id quod est contra honorem alicuius deducit in noticiam eius et alioruz. quod si facit ad ipsum dehonorãdum est peccatum mortale: non minus q̃ furtum vel rapina Math. v. Qui dicit fratri suo fatuereus erit gehẽne ignis. Si v̄o profert propter correctõem vel aliqd̃ huiusmodi: tũc potest esse veniale. nisi adeo grauis sit ꝙ auferat honorem eius cõtra quem profertur. et est grauius quam detractio ceteris paribus inq̃tum maiorẽ habet cõtemptũ proximi. Hanc autem cõtumeliaz passus est in presenti euãgelio cum dicebãt. Samaritan⁹ es ⁊ demoniuz habes. Hinc ait domin⁹. Ego autem sum vermis ⁊ non homo. opprobriuz hoĩm et abiectio plebis.

Dominica palmaꝝ de processione ⁊ regis inthronisatione.

Ecce rex tuus veniet tibi mãsuetus Math. xxj. Beatus Berñ. in sermone quodã tẽporis huius ait. Hi sunt dies quos obseruare debetis. dies pleni pietatis ⁊ gratia quibus etiam sceleratoꝝ hominũ mentes ad penitentiã ꝓuocantur. Tanta siquidẽ est vis sacramentoꝝ eoꝝ q̃ dieb⁹ istis recolunt̃ vt posset q̃z ip̃a lapidea corda scindere ⁊ pect⁹ om̃e licz ferreũ emollire sufficiat Felix q̃ iaz exemplo dñico tract⁹ passiões corp̃is sui ⁊ aduersa q̃z prudẽter ordinare nouit. vt quicq̃d patit̃ ꝓpt̃ dei filiũ patiat̃ quaten⁹ ⁊ a corde tollat̃ murmuratio ⁊ ĩ ore verset̃ gr̃aꝝactio ⁊ vox laudis passiõib⁹ eius vt cũq; vicẽ tribuere q̃rẽs. Nã in tp̃e isto p̃s̃tim q̃tuor dies notabiles ad modũ venerant̃ ⁊ recolunt̃. Prima ẽ dies ꝓcessiõis in q̃ rex glorie gl̃iaz hũanã suscip̃e dignat⁹ est. ac cũ ingẽti tripudio iherosolimã iumẽto vect⁹ ĩtrare. Quã modeste tamen hãc ip̃am videtur gloriã suscepisse ad triumphalẽ occursum in asino veniẽs. nõ in curribus aut in eq̃s. Secunda est dies refectionis qua ante passionis suis curauit domesticis exhibere et in h̃ apparuit benignitas ⁊ humanitas saluato-

ris. qui cuz dilexisset suos in finem dilexit eos ⁊ ait. Desiderio desideraui hoc pasca manducare vobiscũ anteq̃ patiar. Nimirum cuz ip̃a refectio sit integra viriũ recuperatio spiritualiuz. Illa nanq̃ hostia sicut sola ꝓdesse potuit sic sola suffecit. Tercia sequit̃ dies passiõis: in qua sicut totuz hominez saluũ fecit: sic de se totũ fecit hostiaz salutarẽ: corpus exponẽs tantis supplicijs. Animũ autem affectui gemine cu-
b iusdam hũanissime cõpassionis super merore lamentantiũ mulierꝝ. sup desperatione ⁊ dispersione discipulorꝝ. super crudelitatem crucifigentiũ. sup magnitudine dietim peccantiũ. Quãta autem est dies requietõis ab omni labore quã sequit̃ desiderata resurrectio redeũte filio ad patrẽ vt accipiat regnũ ⁊ potestatẽ omnẽ in celo ⁊ ĩ terra. quoniã dñs excelsus ⁊ rex magnus sup omnẽ terrã: qui dissimulata potestate p̃fert mansuetudinez. Ecce inquit rex tuus ⁊c̃. Verba ꝓposita nos incitant ad christi venientis timorẽ: amorẽ: obedientiam: ⁊ reuerentiã. Timorẽ inq̃ qꝛ rex Malach. ij. Rex magnꝰ ego sum dicit dominus exercituũ. et nomen meuz honorabile in gentibus. Et iteruz ibidem. j. Filius honorat patrez ⁊ seruus dominũ. si ergo pater ego sum vbi est honor meus? ⁊ si dominꝰ ego sum vbi est timor meꝰ dicit dominus. Sed ve impijs. Nam iuxta verbũ sapientis Eccl̃s. viij. q̃a non cito profert̃ sentẽtia cõtra malos absq̃ timore filij hominũ perpetrãt mala. Amorez autẽ quia tuus: sicut dicit Berñ. Totus mihi datꝰ: totus in vsus meos expensus. Nam datus est nobis a patre ⁊ a seip̃o in exemplũ cõuersatõis. in preciũ redemptiõis. in viaticum ꝑegrinatõis. in premiũ remunerationis. que prudẽs lector dulci rumĩatione frequẽtabis. Obedientiaz ꝟo quia venit a patre missus artã obedientiã impleturus. Venit inq̃ accepturus regnuz: cui data est om̃is potestas in celo ⁊ in terra: cui merito obedire debemꝰ: quia venit in mãsuetudine. non vt iudicet munduz: sed vt mundus saluet̃ per ip̃m. ꝙ si nullus regi suo terreno ꝯtrarie p̃sumit vel eius mã-

data trãsgredi. Quis cõtraire p̃sumet ei qui dicit̃ terribilis rex magnus super omnem terraz. Licet eniz mansuetus in presenti venit: scriptuz est tamen in p̃s. de futuris. Quia reges eos in virga ferrea: et tanq̃ vas figuli ⁊c̃. Reuerentiam deniq̃ quia venit etiam pauper: iuxta illud Zacha. ix. Ipse pauper ⁊ ascendẽs super asinam. Nõ eniz incedebat equis faleratis: loricatoꝝ militu agminibus stipatus: sz humili vectus asello. ⁊ abiecta stipatꝰ familia: ne quis occursuz eius veritus declinaret. sed eius hũilitate dignissima cõspecta quam pro nobis assumpsit efficacius honoraret. Quid eniz magis honorandũ quã tanta ꝯdescensio vilitatis a rege glorie pro nobis suscepta vt nos exaltaret in sublimitate sua. Vnde diuina humilitas in maiestate glorie sue singulis angelis et sanctis intantũ se subiacet ꝙ videbit̃ seruus emptitiꝰ singuloruz. Nã iuxta ꝓmissum transiens ministrabit illis. O diuina dignatio super vilissimos sarcinulos. Ad- c
uentus igitur huiꝰ regis desideratus erit et gratus propter plura que perficit laude digna iuxta morem regum regnum suscipientium. ¶ Solent autem primo reges facere prandiuz generale cũctis amicis: sicut habet̃ Hester. ij. ꝙ rex Assuerus etiaz pro inthronisatiõe Hester regine fecit magnuz conuiuiũ optimatibus suis et vniuerso cetui ciuitatis regie. sicut habetur infra. Sic et christus perueniẽs ad ciuitatem regiam scilicet iherusalẽ: regnum acceptur⁹: corona coronãdus. non aurea sed spinea: cenam magnam preparauit. a qua nullus nisi ꝯtemnẽs excludit̃. tradẽs in cibũ ⁊ potũ corpus ⁊ sanguinez in memoriam sue passionis. An non magna cena vbi ꝓponitur panis vite. cibus angelorum. In qua inq̃ se tradit qui mundũ replet: ⁊ omnes quãtum ad sufficiẽtiam satiat. vbertatem p̃stans donoruz spiritus sancti ⁊ virtutũ omniũ: ac charitatis pinguedinẽ. Qui em̃ seip̃m donauit quõ non oĩa nobis cũ eo dõauit vt eo suffulta hũana infirmitas ad altiorez ꝑfectõem roboretur. vnde affectũ suũ plenius exp̃mens.

Desiderio inq̃t desideraui hoc pasca mã-
ducare vobiscuz. Introductio autẽ ꝓces
sionis hui⁹ ⁊ ĩmolatio passionis figurant̃
Exod. xij. in agno paschali qui iubet̃ deci-
ma die mensis ꝑmitolli. ⁊ reseruari ad im
molandũ vsq̃ in diem q̃rtũdecimũ. hic est
mensis aprilis. i. lunatio aprilis. q̃ in mar
cio sepe inchoat. de cui⁹ imolatõe videbi-
tur inferius. Secũdo solent cõdere nouas
leges. sicut fecit Darius nouus rex: vt di
citur Daniel. vj. Cõfirma sentẽtiã ⁊ scri-
be decretũ vt non ĩmutet̃ qd̃ statutuz est a
medis et persis: ne cuiq̃ liceat ꝑuaricari.
Sic christ⁹ ꝯdidit nouam legẽ de charita-
te habẽda: dicens. Mãdatũ nouũ do vo-
bis vt diligatis inuicẽ. Qd̃ mandatũ pre
uaricari non licz. qꝛ sicut Johãnes dicit
in Canon̄. Qui non diligit manet in mor
te. Hinc ait Grego. ꝙ christus nouus ho
mo venit in mundum: noua ꝑcepta edidit
mundo. Hoc autez ꝑceptũ bene nouũ dici
tur: ꝑsertim quo ad dilectõem inimicorũ.
Cum eniz in veteri lege ꝑceptuz erat: dili
ges amicũ ⁊ odio habebis inimicũ. Illud
nouũ superaddidit christus. Diligite ini-
micos vestros. benefacite his qui oderũt
vos. orate ꝓ ⁊c̃. Tercio solẽt facere no
uos milites de seruis patruz suoꝝ quos fi
deliores esse cognoscunt. Sic xp̃us cetuz
apostolicũ ꝯstituit esse milites duces ⁊ cẽ
turiones super exercitũ in bello spirituali
Vnde ⁊ in solatiũ sceleratorum latronez
ip̃m in dextra pendẽtem in militẽ cõsecra
uit sua familiaritate insignẽ: cuz dicebat.
Hodie mecũ eris in ꝑadiso. Quarto so
lent absoluere ĩcarceratos. sic̃ habet̃. iiij.
Reg̃. xxv. Subleuauit Euilmerodach rex
babilonis anno quo regnare ceꝑat caput
Joachim regis iuda de carcere. et locut⁹
est ei benigne. et posuit thronũ eius super
thronũ reguz qui erant cuz eo. Euilmero-
dach christũ signat. qui anno ꝑmo regni le
uauit caput Joachim qd̃ dñi ꝑparat⁹ in-
terp̃tatur: signãs ĩ lymbo patꝝ inclusos.
qꝛ parati erant q̃tuz ad meritũ cõgrui ad
recipiendũ efficatiã passionis xp̃i quibus
locutus est benigne: ponẽs thronũ huma-
ne nature suꝑ thronũ angeloꝝ. Vnd̃ Za-
cha. ix. Tu in sanguĩe testamẽti tui emisi-
sti vinctos de lacu in quo non erat aqua.
Quĩto largiri solẽt dona iuxta magni-
ficentiã principalẽ. vt enim refert Senec̃.
de bñficijs. Cum Alexãder magn⁹ cuidaz
daret ciuitatẽ elemosynã petenti: sed re-
spondẽti nõ ꝯuenire ciuitatez humili for-
tune sue: rñdit rex. Non q̃ro quid oporte
at te accipe: sed q̃d deceat me dare. Quã
tomagis summũ regẽ dare decet dona iu-
xta magnificẽtiã principalẽ. s. seip̃m. quo
danti nihil ꝑciosius: accipienti nihil vtili-
us. Naz donũ illud releuat animã ab om-
ni miseria criminalis delicti: recuꝑat om-
nem venustatem decoris amissi. viuificat
opera meritoria. instruit spõsalia copulat
summo regi. restituit amissa regna. Se
xto dare solent exulib⁹ licentiã repatrian-
di. Vnde habet̃. ij. Paral. xxix. et. xxx. ꝙ
Ezechias rex anno ꝑmo ⁊ mense primo re
gni sui aꝑuit valuas dom⁹ dñi que iaz diu
steterãt clause ne ĩmolarent dño sacrificia
⁊ adduxit sacerdotes ⁊ leuitas quib⁹ ait.
Sanctificamĩ ⁊ mũdate domũ dñi. vt pa
tet in textu. Misitq̃ dehinc ad omnez iu-
dam ⁊ israhel epistolas vt venirẽt in do-
muz dñi: ⁊ facerent phase dño. Nam ꝑhi-
biti erãt vsq̃ ad temp⁹ illud ne ascenderẽt
in templũ domĩ. Vnde sicut olim in mor-
te summi põtificis licuit om̃ibus repatri-
are Nume. xxxv. Postq̃ obierit summus
põtifex homicida reuertet̃ in terram suã.
Sic etiaz in morte christi factũ est vt dice
ret latroni pendẽti in dextra. Hodie me-
cum eris ⁊c̃. Quia nimiꝝ aꝑto latere xp̃i
amota est ignea rũphea ad introeũdũ pa-
radisuz celestem. Hinc etiam velũ templi
scissum est vt libere pateat introit⁹ in san-
cta sanctoꝝ qui nulli hominũ licebat ante
christi mortez ingredi: nisi summo pontifi
ci. Cũ igit̃ rex noster aduenĩẽs ꝑuulos lar-
gifluis his bñficijs ꝑuenire nõ desinit: me
rito verbis ꝓpositis ad nr̃az vtilitatẽ: cõ
solatõez: exultatõem: gl̃ificatõez adueni-
re ꝑhibet̃ cuz d̃r. Ecce rex tuus venit tibi
mãsuet⁹ Qd̃ nobis ꝯcedat idẽ Jesus ⁊c̃.

Expliciũt ꝑmones hyemales de tꝑe.

Incipit sermo. liij. De passiõe christi.

INspice ⁊ fac scdm exemplar qđ tibi monstratũ est in monte Exođ. xxv. Dicit Augusti. de vera religiõe q̄ non soluz quicq̄d christ⁹ in terris boni gessit: sed etiaz quicquid mali sustinuit: totũ disciplina moruz fuit. Unde dñica passio ꝑplectit in se pfectionem vniuersaz homini possibilẽ in hac vita. quia oĩa perfectõis opera que prius in euãgelio docuit in sua passione: pfectissime postmoduz adimpleuit. Si nanq̄ de virtutũ perfectiõe agitur quis vnq̄ christo in cruce nudo suspẽso pauperior? quis tantũ se exinaniuit ⁊ humiliauit obediẽs factus vsq̄ ad mortem crucis? quis vnq̄ exhibuit tantã charitatẽ ⁊ patientiã: cuz etiam p̄ inimicis animaz suam posuit. ⁊ p suis crucifixoribus tam efficaciter lachrymas ꝑcib⁹ erorauit. ⁊ sic de singulis dicendo sunt inducẽda per singula supererogationis opera. Non est qui faciat tantũ bonũ. non est vsq̄ ad vnũ. Cui⁹ nimiz exemplar iam inspiciendũ ⁊ imitandũ ꝓponitur. Nam postq̄ cõsumasset p̄mones suos ⁊ parabolas feria tercia ante passionẽ de decem virginib⁹ ⁊ homĩe peregre pficiscente: aliisq̄ multis. vt habetur Matth. xxv ꝑdixit eadem die discipulis passionez suam affuturã. ¶ Scitis inquit qz post biduum pasca fiet. i. dies solẽnis in quo pascalis agnus ad vesperaz occidẽdus erat xiiij. luna mẽsis p̄mi. xv. ꝺo lũa cũ egrediebant ꝺ egypto succedebat festiuitas azimoz que septem diebus colebat: licz vnũ ꝓ reliquo frequẽter ponitur ab euãgelistis. Nõ aũt dixit erit vel veniet ꝑ̄m Origenez: sed fiet. vt ostẽderet aliud pasca futurum q̄le nunq̄ factũ fuerat. Et filius hominis tradet eadẽ die vt crucifigat. Nõ dicit a quo: sed ímpsonaliter. qz deus pater eum tradidit ex misericordia: Judas ex auaricia: sacerdotes ex inuidia: Pilatus ex timore ⁊ fauore: diabol⁹ ex timore ⁊ rancore. qz vidit q̄ per doctrinaz suam genus humanũ trahebat ad penitentiaz:

¶ Tunc sequẽti die scz feria quarta ꝯgregati sunt p̄ncipes sacerdotũ qui iam cõceperãt erga christũ rancorem et odiũ: eo q̄ totus mũdus templũ ⁊ sacrificia relinquẽs ꝑ illum abijt. Et seniores populi qui dicebant iudices ordinarij. Nã a tpe Joysi. lxx. senes instituebant etate puecti. moꝛib⁹ maturi. scientia ꝑditi ad regimen totius populi. qui residebãt in iheruſalem. ⁊ ad eos fiebat recursus in ambiguis causis et difficilib⁹: quoz denũciatio ꝓ lege firma habebatur. Et ibi simul in atria Caypbe ꝯglobati: consiliũ fecerũt vt Jesum dolo tenerẽt ⁊ occiderẽt. ¶ Dicebãt autem nõ in die festo pascali iam instanti. ne forte tumult⁹ fieret ī populo qui ꝓpter solennitatẽ conuenerãt. quoz multi Jesuz veruz christum esse reputabãt: licet alij a sacerdotibus seducti magũ esse dicebant Et ideo timebãt eoz periculosaz seditionem ꝓpter qđ consulebãt mortem eius vsq̄ post festuz esse differendã. Qđ tamẽ cõsiliũ postea mutauerũt ꝛueniẽtes opoꝛtunitatez ipsum capiendi per Judã. Nã die sexta p̄cedente passionem christi licet hic recolitur: eo q̄ fuit occasio venditõis eius. ¶ Cũ esset Jesus in bethania in domo Symonis leprosi: sed iam a christo curati vbi fecerãt ei cenam. ⁊ ipse recũberet cum discipulis. Martha ꝺo ministrabat Et Lazarus erat vnus ex discũbentibus Accessit ad eũ Maria soꝛoꝛ Lazari: vas quoddã habẽs marmoꝛis candidi varijs coloꝛibus intercincti: qđ dicitur alabastꝛ vngenta potissime conseruãs incoꝛrupta. in quo fuit vngentũ nardi pistici pꝛecioſi. Nardus autem fruteꝛ est aromatica modicuz spinosa: calida ⁊ vehemẽtis odoꝛis cuius liquoꝛ fluens lachꝛyma dicit multũ ꝑciosa: vtpote plurimũ efficax ad medicinam. Fracto igitur alabastro liquoꝛẽ hũc effudit super caput ipsius recumbẽtis. q̄a multũ refrigeratiu⁹ ⁊ cõfoꝛtatiu⁹ erat. mẽbꝛa quassata vel fatigata ꝓ solidãs. Erat etiam odoꝛiferus vt tota domus implereꝛ tur ex odoꝛe vngenti. Soleut enim ibidez homĩes contra solis ⁊ aeris intemperiez: ac ad laboꝛis alleuiatõem vngenta coꝛpo

53

ribus adhibere. Et effudit sup caput ei⁹ sicut effunditur aqua rosacea propter refrigerium ⁊ odorez. Unde ⁊ pedes eius unxit eodem vngento. Quia dicit Augustinus de consensu euangelistarū. q̄ Matheus et Marcus domī caput vnguento illo perfusuz dicunt Johānes vo pedes. ostēditur non esse cōtrarium. sed accipiamus non solum caput: sed ⁊ pedes domini perfudisse. Nec quisq̄ credat domī pedes sic vngento p̄cioso perfusos a muliere vt luxuriosorum ⁊ altorū hominū perfundi solent. In oīnibus enī talibus non vsus rerum: sed libido vtentis est culpa. itaq̄ q̄ in alijs personis plerūq̄ flagitiuz est in diuina vel pphetica psona magne eiusdez rei signuz est. Hec Augustin⁹. Et quia huius mulieris erat religiosa deuotio ⁊ ineffabile studium. ideo sm Chrisosto. eidem christus cōdescendēs cōcessit super caput suum vngentuz illud effundi. Videntes autez discipuli indignati sunt. i. Judas. ponitur plurale p singulari. Et ideo Johānes dicit exp̄ssius. Dicit ergo vnus ex duodecim discipulis Judas scarioth qui erat eum traditur⁹: reputans vngentū perditum: eo q̄ non habebat apud se preciuz eius ad furandū sibi partez vel fere totū. Quare vngentū hoc non venit tricentis denarijs ⁊ datum est egenis. Dixit autez hoc non quia ad eum p̄tinebat de egenis: sed quia fur erat et loculos habebat: et ea que mittebantur portabat. Sciens ergo Jesus malignā Jude cogitationē ait illi. Quid molesti estis huic mulieri. q̄si diceret: sine causa. Opus enim bonū operata est in me: scilicz pietatis ⁊ deuotionis. et ideo non est vngenti perditio sicut vos putatis. Unde sicut deus pater odorem victime ⁊ fumuz in lege veteri patiebatur propter deuotiōem offerentiū: sic ⁊ Jesus mulierez deuote se vngentem sustinebat: vt dicit Chriso. Nam pauperes semper habetis vobiscū. ⁊ cum volueritis potestis illis benefacere. me autem non semper habebitis: eo modo quo potestis mihi exhibere corpalia exequia. licet sum vobiscum ad cōsumatiōem seculi per gratiā et sacramentalē p̄sentiā. Sinite ergo illaz vt in diem sepulture mee seruet illud. vbi signat se moriturū. ⁊ ad sepeliēdū aromatibus esse vngenduz. Et ideo Marie cui ad vnctionē mortui corporis multuz desideranti p̄uenire nō liceret: donatū est adhuc viuenti obsequiū illud impendere: qō post mortem celeri resurrectiōe p̄uenta adimplere nequiret. Et sic p̄uenit vngere corpus domī in sepulturā. Unde credendū ē q̄ edocta fuerat a spiritu sancto: cuius laudez psequit christus: dicēs. Amen dico vobis: vbicunq̄ p̄dicatuz fuerit euāgelium hoc in toto mundo: dicetur in memoriā laudis eius q̄ hec fecit tanq̄ factū virtuosuz. ¶ Tūc ergo feria quarta quādo p̄ncipes psiliū fecerūt de morte christi: videns Judas de vngēti p̄cio se fraudatum auaricia stimulante: dolere cepit. Quod sentiens diabolus ⁊ tempus aptū existimans intrauit in Judam. non impellens: sed ostiuz patulum īueniens cum omnium oblitus que viderat ad solam auariciam intuitū dirigebat: ⁊ felix damnū qō in effusione vngenti p̄tulisse dolebat: magistri traditiōe recup̄are disponebat. Tales enim auaricia passiōes generat. ac impios reddit. ac deum ignorare compellit.

¶ Abijt ergo sponte sua non vocatus nec requisitus ad cōsiliuz impietatis. nec certam postulat summā vt saltem lucrosa videretur p̄ditio: sed quasi vile tradēs mācipium in potestate posuit ementiuz quantum dare vellent: ⁊ ait. Quid vultis mihi dare ⁊ ego vobis eum tradā? occulte sine strepitu. Qui gauisi sunt valde. Et ex pacto p̄miserunt illi dare triginta argenteos. Et spospōdit Judas. extunc oportunitatem querens vt traderent illū sine turbis. quod impleuit nocte sequentis diei.

¶ Venit ergo prima dies azimorum que dicitur pasca. scilicz feria quinta que fuit vigilia pasce. ī qua īmolabatur agnus ad vesperam. ⁊ tunc deinceps tenabatur azimis panibus vesci septem diebus. vt p̄scribitur Exod. xij. ¶ Et misit Petrum et Johannem: dicēs. Euntes parate nobis pasca vt manducemus. Et quia christus

bospicium non habuit: sed necꝫ discipuli. aliꝰ enim Jesum ad illud duxissent: quia tugurium pauperuꝫ subintrare delectabatur. ¶ Dixerunt illi. Ubi vis paremus tibi agnū paschalem. Et ait ad eos. Introeuntibus vobis in ciuitatem occurret vobis homo amphorā aque baiolans: sequimini eum in domuꝫ in quam intrat. ⁊ dicetis pīfamilias: qui creditur occultus fuisse christi discipulus. quia ꝓpudit non solum de loco: sed etiam de agno. Sequitur Dicit tibi magister vbi est diuersoriū. vbi pasca cum discipulis meis manducem. et ipse vobis cenaculū ostendet grande stratum. et ibi parate. In eodem autem loco aut cenaculo post resurrectōnem propter metum iudeoruꝫ apostoli latuerunt et spiritū sanctuꝫ acceperunt. Audiant hec quibus edificandarū domoꝝ cura est. ⁊ agnoscant christum dominū vniuersoruꝫ non habuisse locum vbi caput suum reclinet. Cum igitur ignorabāt ad quem mitteretur: signuꝫ dedit eis sue diuinitatis ostensiuū. Non enim nomen patrisfamilias exprimere voluit: ne proditor nomīe cognito domuꝫ phariseis panderet: qui venientes illū cepissent priusꝫ expleta veteri pasca ⁊ cena: dominus discipulis spiritualia misteria tradidisset. ¶ Cum ergo facta esset hora qua iam stando scōm ritum legis agnuꝫ paschalē comederēt discubuit scōm modum cōmunem quosdam alios cibos: cuꝫ duodecim discipulis suis manducās. Nec quidem proditorē suum licet sibi cognitum ab hac cene familiaritate ꝓpellebat. vt quātuꝫ in se foret a malo concepto tam benigna cōmunicatōe reuocaret. Et ait discipulis suis. Desiderio desideraui hoc pascha legale manducare vobiscuꝫ. q̄a tunc finiuit vetus testamentuꝫ ⁊ inchoauit nouum quod sibi erat in desiderio. antecꝫ patiar. Cirillꝰ. Hoc ideo dicit. quia discipulus auarus ꝑditōis tempus explorabat. sed ne traderet eum ante festum pasce. non explicauerat dominus domuꝫ vel virum penes quez pascha perageret. cuius causam per hec verba ostendit. ¶ Sequitur. Amen dico vobis ꝙ ex hoc non manducabo illud donec impleat in regno dei. ¶ Jesus ergo cum dilexisset suos ab initio qui erant in mūdo: migraturus tamen ex hoc mundo ad patrem ꝙ vsꝫ ad finez diligeret eos mirabili ⁊ ineffabili modo signis euidentioribus declarauit. cum totꝰ eiferbuit in effusione sui ad amorem ⁊ salutem nostram in hac cena que tota redūdabat ineffabilibꝰ amoris iudicijs. Nam scōm Augustinuꝫ locuturꝰ euangelista de tanta domini humilitate: qui se ꝓclinauit ad abluendos etiam pedes sui traditoris prius etiam celsitudinem cōmendare voluit: dicens. Sciens Jesus quia oīa dedit ei pater in manꝰ. scilicet non solū proditorem: sed etiam impios persecutores: quos vnico nutu extinguere potuit. Sed in tantuꝫ dissimulās ac patientiaꝫ preferens quicquid eorum contra se malicia seuiret ad vsuꝫ pietatis ac vtilitatis nostre totum intorquere voluit. Sciens inquit ꝙ a deo exiuit et ad eum vadit: nec deum deserēs cum inde exiret. nec nos relinq̄ns cum rediret. Ipse tamen formaꝫ humilitatis amplectens. surgit a cena postꝫ omnes resederant vestimēta sua deponit. linteuꝫ pcingit. peluim implet. ostendēs ꝙ cum omni studio oportet humilitatis studia prosequi. Non enim manus: sed pedes discipulorum lauit. vt sic omnem tumorez superbie cōculcaret. O humilitas virtus christi quātum confundis superbiam nostre vanitatis. Accedat ⁊ hoc ad eius humilitatis augmentuꝫ que mansuetudinez semper comitem exigit. O. Jesus duriciam proditoris emollire volens obsequiis ab eo lotiōem hanc incipere dignatus est vt sibi primitus hanc humilitatem exhibendo eum a proditōe reuocaret: prout sentire videtur Crisogo. Theophilꝰ Cyprianus doctor et martyr: et Anselmꝰ. licet Augusti. et Beda dicunt eum ab apostolorum principe Petro scilicz lotionem incepisse. verunꝫ dulce pium et omni deuotione cōplectendū. O cor durum ⁊ omni duricia durius quod ad tantaꝫ humilitatem non emollitur. non cōfunditur. non humiliat. Conspice nūc o miser homūcio

conditionē vniuerse fabrice. regem eterne glorie. ac terribilem iudicem vniuersoꝝ ante pedes. etiaꝫ sui traditoris genua curuantem. pedes lauantes: tergentē: ⁊ oscu lantem: si dici liceat. quia nūlluꝫ humilitatis aut benignitatis officiuꝫ pretermisit. Obstupesce denicꝫ speculum totius humilitatis ⁊ mansuetudinis ⁊ disce. quia mitis est et humilis corde. ¶ Venit igitur ad Symonez qui stupenda ām̄iratione refugit obsequium: dicens. Domine tu: scilicet qui es filius dei viui. quez laudant angeli. adorant dominatiōes. tremunt potestates. lauas mihi misello peccatori vilissimo piscatori pedes. Vbi dicit Augustin⁹ Quid est tu: quid est mihi? cogitāda sunt potius q̄ dicenda. ne forte qō ex his verbis aliquatenus quidē digne cōcepit anima non explicet lingua. ¶ Respondit Jesus ⁊ dixit ei. Qō ego facio tu nescis modo ad quid facio. scies autem postea. Fecit enim hoc christus ad eruditionem humilitatis: sicut post exposuit. ⁊ ad innuendum q̄ mundicia pedum spiritualium qui sunt affectus mentis requiritur ad eucharistie perceptiōem. Petrus autem nec dominici facti territus altitudine: permittebat fieri: qō cur fieret ignorabat. quia vsqꝫ ad pedes suos lauandos humilem Jesum procumbentem sustinere non potuit. ¶ Et dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in eternuꝫ. Jesus ergo non respondit cur hoc faceret. sz minas imposuit: dicens. Si non lauero te non habebis partē mecum. quia ille nequaqꝫ persuasus fuisset. Nam audiens dominuꝫ respondentē. scies autem: postea non dixit doce me ergo vt permittam. sed quando cōminatus est illud Jesus qō maxime timebat Petrus: scilicꝫ ab eo separari tunc permisit. quia timore pariter ⁊ amore cōcussus proruit christum sibi negare consortium: q̄ vsqꝫ ad pedes suos hūiliari. Toto enim vite sue tempore deflebat hoc abissale humilitatis obsequiū. Nam refert de eo Clemens in itenerario q̄ cum deuotissime cōtinue quasi Petrus fleret ex memoria dilecti Jesu. interrogatus ab eo quare fleret: respondit. Quando recordor humilitatis ⁊ pietatis domini Jesu q̄ ad pedes meos abluendos fuerat inclinat⁹: lachrymas clemens cōtinere non valeo. Huius igitur exemplo tu fidelis christi discipule stude persequentiū vel odientium rabiem obsequijs delinire. humiliatōibus obuiare. ⁊ pietatis indicijs mitigare. ¶ Dicit ergo ei symon Petrus. Domine non tantum pedes: sed ⁊ manus ⁊ caput. Dicit ei Jesus. Qui lotus est ī baptismate in quo omnia crimina lauantur est totus mund⁹: Verūtamen cuꝫ rebus postea vtitur humanis vticꝫ terra calcatur. et ideo nō indiget nisi vt pedes lauet. quia affect⁹ humani sine quibus in hac mortalitate non vtitur: ⁊ ex eis quis humanis rebus afficitur: dominicis obsequijs abluendi sunt etiam in viris pfectis. Quia si dixerimus quia peccatum nō habemus: nosmetipos seducimus. Qui tamen legitimi mei discipuli estis: sola lotione pedū indigetis. Et sic vos mundi estis: sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. qui vticꝫ ex lotione propter ingratitudinem īmūdior fuit. ¶ Postcꝫ ergo lauit pedes eorum ⁊ accepit vestimenta sua: ⁊ recubuisset iterum dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister ⁊ domine ⁊ bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros domin⁹ ⁊ magister. ⁊ vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplū enim dedi vobis. vt quēadmodum ego feci vobis: ita ⁊ vos faciatis. Porro iterum cenantibus illis instituit christus corporis et sanguinis sui sacramentum quasi quoddā memoriale dulcifluum passionis eius. Quia nimiruꝫ vbi terminabatur figura: debuit ⁊ incipere veritas. ¶ Accepit ergo panem ⁊ gratias agens benedixit. In quo reliquit exemplum q̄ ante sumptionem huius sacramēti debet mens in deum eleuari. ¶ Et fregit. In quo scilicet ostendit liberalissimā sui expositionem. ¶ Deditcꝫ discipulis suis. Inter quos erat Judas: cui corpus ⁊ sanguinem cuꝫ alijs discipulis tradidit. vt dicit Dyonisi⁹ in libro de ecclesiastica

lerarchia. ⁊ Augustinus super Johannem: ⁊ Chrisostomus super Matheum. Nec ab huius participatione traditor est semotus. vt ostenderet dominꝰ nulla iniuria exasperatus in eo qui impietate
b voluntaria fuerat prescitus. Et ex hoc facto christus ecclesie reliquit exemplum ꝙ neminem a societate fideliuꝫ: vel a cõmunione corporis et sanguinis domini segregaret: nisi pro crimine manifesto. Verũtamen ve illi homini qui cum Juda christum tradunt membris peccatoribus: vt omnes peccatis notoriis intenti, bonis iniustis implicati, iniuriam illatam retinentes, ficte confitentes, aut verum emendatõnis ꝓpositum non habentes, nec occasiões vitiorum declinãtes, penitentiaꝫ iniũctam perficere obmittentes ⁊c. Et ait. Accipite ⁊ comedite. hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur in redemptiõem ⁊ refectionem. Sicut in figura parauit Abraham tribus angelis vitulum tenerrimũ Genes. xviij. in quo vt dicit Bonauentura consideratur dulcedo paterni amoris: qui per Abraham intelligitur. Hic enim vitulum tenerrimuꝫ. i. filium suuꝫ vnigenitum: scilicet sẽm carnem occidendo preparauit summe trinitati. que per tres viros intelligitur, licet pater ⁊ filius ab ipsa trinitate non distinguantur. In hoc igit̃ apparet ineffabilis dulcedo diuine bonitatis ꝙ ad iusticiã deo famescente propter nimiam benignitatem in suã humanitatem assumptã proprium reflexit indicium. Alioquin iusticie fames totam naturaꝫ humanã deuorasset, quia non erat qui illi appetitui satisfaceret, nec homo nec angelus: nisi tenerrimus iste vitulus quem tradidit inexpressibili afflictioni ⁊ cõtemptui: passioni ⁊ morti ad satisfaciendũ sibi pro filio prodigo: qui simul accedit ad cõuiuium cũ ipsa trinitate qui erat reus i morte. Et ex hinc effusa est diuine misericordie tam mellifua largitas que latronez vsqꝫ in finem in malicia perdurãtem vni co confessiõis oraculo suscepit in gratiam. ostendens plane ꝙ ira dei in mileri cordiam cõuersa est. Et accipiens calicem gratias egit et benedixit. deditqꝫ discipulis suis: dicẽs. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamẽti qui pro multis effundetur in remissionem peccatoruꝫ. Calix autem domini non est aqua sola. nec vinum solũ. sed vtrunqꝫ miscetur. Si ergo Melchisedech vinum ⁊ panez obtulit quid vult aque mixtio? Rationem audi. Percutit Moyses petram ⁊ fundebat vndã. Petra autem erat christus. et vnus militũ aperuit lancea latus eius. ⁊ exiuit continuo sanguis et aqua. Sanguis vt redimeret. aqua vt mũdaret. Ceteruꝫ vt ex tacite loquar aque multe multi populi. Dicit Johãnes in Apoc̃. Et quia nos oportꝫ semper in christo manere ⁊ christum in nobis: vt fiat vnũ corpus et vnꝰ spiritus. Vinuꝫ aqua mixtum offertur vt ostendatur ꝙ caput et membra christus ⁊ ecclesia. deus ⁊ anima vnum efficiunt. nõ quodlibet quidez vnum: sed id ipsum quod est deus. eo modo quez deifica beatitudo requirit. Preterea satis liquet ex p̃dictis discipulos corpꝰ christi non accepisse ieiunos. Nũquid tamẽ calumniandum est vniuerse ecclesie que tantum a ieiunis accipere precipit: nisi in articulo necessitatis. Sz spiritui sancto placuit vt in honorez tanti sacramẽti corpus dominicũ prius intraret in os christianuꝫ ꝙz cetera cibaria. Dominus autem vt efficacius alcitudinem huius misterij cõmendaret hoc vltimuꝫ amoris indicium cordibus discipuloruꝫ infigere voluit: a quibus ad passionẽ digressurus erat. quia nunqꝫ erat tãtus amor de corde nostro delendus. Nam que mutuo dicuntur vel aguntur ab inimicis in absceſſu magis memorie cõmendantur quia tunc affectus amicorum potissimũ inflammãtur ad inuicem. Unde prosequitur. Hoc facite in meam cõmemorationem. Ubi dicit Chriſ. ꝙ hoc fecit

55

christus nos ducēs ad maiꝰ amicicie fe dus. suamq; charitatem erga nos decla rans ⁊ prestans se non solum videre de siderantibus: sed ⁊ palpare ⁊ comedere ⁊ amplecti vt totuz affectum eoꝝ ex pleret. Igitur vt leones flammam spi rantes sic ab illa mensa discedimus ter ribiles effecti diabolo. Amplectere nūc o anima mea viscerosam illam dilectio nem qua maiozem ostendere non pote rat. Nam exquo corporaliter in passio ne precium pro nobis exsoluens recessu rus erat ad patrez: relinquere voluit su is corpus et sanguinem suum, vt vniret nos sibi vnione sacramēti qua strictioꝝ nō inuenit ī via. Hinc Bonauētura ve lut amirās ait. O q̄ admirabilis est tua dilectio dulcissime Jesu cum non possit ab omnibus separari. Nonne quia iam accessurus eras ad dexteram patris tui potestatez homini dimisisti vt te cuz ve lit habeat in altari. Et hanc potestatez anteq̄ mori inceps ei tribuisti: ne amit tere te timeret. Nec tibi suffecit ad ostē sionem ardentissimi amoris tui q̄ semel corpus ⁊ sanguinez tuum exponeres in precium nostre redemptōnis: nisi quoti die mūdaremur ī eo. Denicq; fidelis ani ma vide quod plus amiranduz ⁊ ample ctenduz est. quia sese pro nobis exponit manibus cuiuscunq; sacerdotis dumta xat catholici. ita q̄ nec pro cuiuscunq; malicia vel iniuria sibi illata possit eius presentia violari: quin semper ibi sit ri te factis que circa consecrationem fie ri debeant. Q. est ratio. quia licet cele brans tanto sacramento se fecerit indi gnum. noluit tamen christus q̄ eius im pediretur effectus in alīs fidelibus. eli gens se potius iniuriari ⁊ intantum spi ritualiter crucifigi: q̄ suos fideles tanti sacramenti fructu defraudari. O quan tum est hoc ineffabile diuinuz amoris in dicium. Hinc ergo videndum quomodo sit ad eius sumptionem accedendum ne tantis beneficijs inueniamur ingrati.

c Pro quo sciendus q̄ ad illud accede re debemus cum tota recollectione viri um vniuersarum. quia nimirum ibidem homo intimatur deo: ⁊ vnum cum eo ef ficitur. Sicut orauit ad patrez christus dicens. Pro pater vt sint vnum in no bis sicut ⁊ nos vnuz sumus. Et ideo tot meritis conamine dilectū sibi totaliter intimet sine euagatione. Quia scōm de cretum ideo sacerdos intrans ad secre ta misse digitorum extremitates lauat: vt per hoc ostendat q̄ nec extrema cogi tatio debet exterius vagare. Secun do recipi debet sine omni vitiozū inqui natione tam operum q̄ affectuum. Ni mirum in lege veteri mundos esse opoꝛ tebat qui panes propositōnis continge re debebant. In cuius etiaz signum in institutione sacramenti huius facta est lotio pedum inter discipulos a domino eo q̄ etiam pedes affectuum nostrorum purificati esse debent. quia profecto mū dissima caro christi nobis ad manducā dum traditur. Unde ait apostol⁹. j. Co rinth. xj. Probet autez seipsum homo: ⁊ sic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. Cuius causam subdit dicens. Qui enim manducat ⁊ bibit indigne: iudicium si bi manducat et bibit. In cuius figura percussus est Oza cum tetigisset archaz domini: q̄ nocte illa accesserat ad vxo rem: vt dicunt aliqui. Tercio recipi debet non cum pompa seculari: sed cum omni humilitate animi accedatur ad su mendum vel etiam ad consecrandū quā tum ad sacerdotes sacratissimi xp̄i coꝛ pus vnitum diuine persone per verba q̄ non licet angelo loqui vel alicui creatu re: scōm Dyonisium nisi tantuz homini diuino. Et quo pensandum est cum quā ta humilitate ac humiliatiōe. ⁊ quasi cū desperatione de proprijs meritis acce dere debeant semper gerentes in coꝛde Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo sa nabitur anima mea. In cuius signuz in institutione huius sacramenti facta est illoꝝ nobilium sacerdotum institutio

vt intelligas nullū accedere debere ad sumendum vel celebrandum: nisi perfectionis apostolice amicum et imitatorem. Alioquin enim dicit christus. Ecce manus tradentis me mecum est in mensa. ¶ Quarto debet recipi cum plenissima charitate pariter ad deum et ad omnem proximum, quia sacramentum hoc est memoriale puri amoris et dilectionis: in quo deus seipsum cōfert ad omnem familiaritatem. Et ideo diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos, vt nullus motus rancoris proximi vos excludat a familiaritate et amicicia dei. In cuius signum Jesus in cena pectus illud diuinum Johanni prebuit ad reclinandum caput suum, vt aduertatis q̄ familiarem seipsum exhibet his qui cum omnimoda pace cordis et tranquillitate mentis illum in sacramento recipiunt. ¶ Sequitur. Verū tamen manus tradentis me mecū est in mensa. Ecce fratres lugubre spectaculum christus Jude corpus et sanguinem suum conferebat: quod Judas iam venditum tradere disponebat vt haberet per illud remissionem peccatorum. Si tamen impius existere desiniſſet. Sed videns eum Jesus in malo firmatum: nimio dolore et compassiōe motus turbatus est spiritu: et ait. ¶ Amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me. In quo verbo conscientiaz proditoris sibi demonstrabat notam. Nec tamen aspera et aperta Judaz increpatōe confundens: sed leui tacitaq̄ commotione conueniens: vt facilius corrigeret plenitudo quē nulla deformasset abiectio. ¶ Aspiciebant ergo discipuli ad inuicem: hesitantes de quo talia diceret. Nam licet huius mali sibi cōsciī non erant. tamen timebāt nec sibīpsis confidebāt. quia ex his omnibus que christus Jesus dominus noster docuerat humanam naturam: semper ad malū esse conuertibilem agnoscebant: ac susceptibilez appetitus contrariorum his que prius affecrabat. ¶ Hinc cōtristari valde quasi sibi timentes ceperunt singuli dicere Nunquid ego sum domine. Quibus dominus respondens ac apcius redargutione reum queniens: licet nomen eius non exprimens: ait. Qui intingit mecum manū in parapside hic me tradet. Vnde ceteris pre tristicia manū retrahentib⁹: solus Judas temeritate qua traditurus erat Jesum manum mittit in parapsidem, vt sic audacia presumptuosa bonam conscientiam mentiretur. ¶ Hinc dominus adiecit illi comminatoriam admonitōnem dicens. Filius quidem vadit: scilicet ad passionē sicut scriptum est de illo. Ve autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Vnde super illud Hieronim⁹. Sz et hodie et in sempiternum ve illi qui ad mensam domini malignus accedit. etenim ille in exemplum Jude filium hominis tradit. non quidē peccatoribus iudeis: sed peccatorib⁹ membris. Bonum ei erat si natus non fuisz. quia melius esset simpliciter non esse q̄ semper malum esse. Hinc damnati querēt mortem et fugiet mors ab eis. ¶ Tunc Judas propter aliorum interrogatōnem versuto consilio tandem interrogauit ne notā singularitatis incurreret et cōcilium pditōis celaret: dicens. ¶ Nunquid ego sum rabbi. Cui licet dominus respondere poterat. argentum pactus es accipere et adhuc audes interrogare. Sua tamen mansuetudine dissimulabat: et ait. ¶ Tu dixisti: non ego. vt adhuc locus penitentie concederet dū non aptius manifestaretur Lucas. Ceperunt querere inter se quis essz ex eis qui hoc facturus esset. ¶ Facta autem et cōtentio inter eos quis q̄s eoz esset maior. Vnde Augustinus in sexta sermone ad fratres de heremo dicit. Sed

quare hoc? nisi quia arbitrati sunt omnes ille qui maior est vt domĩari possit magistrum prodere ꝓcurat. Al qui tamen de Petro suspicabãtur. quia plus ⁊ plura se facturuz promiserat pro magistro: suspicantes ꝙ ficto totiens loqueret̃ Tu es filius dei. Sed quia Petrus innocentem se sciebat: innuit Johanni ⁊c̃. Hec Augustinus. ¶ Omnibus ergo trementib⁹ ⁊ ipso vertice Petro formidante: solus Johannes velut delicatus tanq̃ ceteris plus dilectus ĩ sinu Jesu recubuit a crimine se volens alienum ostendere. Petrus ꝟo licet ob amorem domini ceteris semper impetuosius egisse legitur. nunc tamen non est locutus eo ꝙ prius a domino fuerat increpatus: sed mediante Johãne discere volens innuit ei signo. deinde nutu minime contentus: ait illi. Quere quis est de quo dicit. Tunc Johãnes superascendit de sinu Jesu ⁊ incumbens super pect⁹ eius: ait. ¶ Domĩe quis est? Respondit Jesus. Ille est cui panem intinctum porrexero. Et cum intinxisset panem dedit Jude symonis scariothis. Et post buccellã sathanas qui solum prius ĩmisit in cor eius vt Jesum traderet: nunc eum ingressus est ad possidendum corporaliter propter eius obstinationem ⁊ ingratitudinẽ. nobis innuens quia maiorem damnationem recipit qui amicum se fingens inimic⁹ accedit ad mensam domini. Et continuo exiuit. quia sathanas ingressus Judaz cum Jesu permanere non sinebat. Nõ enim est cõuentio christi ad belial. Augustinus. Intrauit prius sathanas affectu et voluntate. nunc autem affectu ⁊ opere. Tamen bona fuit buccella. sed aliquãdo bona obsunt ⁊ mala prosunt vt sacramentuz ⁊ buccella Jude: temptatio carnis Paulo. Ecce fratres q̃nta fuerat auaricie cecitas. quanta cordis duricia: cum nec familiaritate conuiuij: nec humilitate obsequij: nec suauitate colloquij: nec ꝯminatiõe futuri supplicij a concepta malicia poterat reuocari. O q̃ multos Judas scd̃m Ambrosium adhuc implet sathanas. qui videntur amici domini accedunt ⁊ accipiunt illud amoris dotalicium. Sed ve miseris ingratis qui post acceptam buccellam: inimici christi cõuincuntur. Nam amicis suis omnia nota fecit christus. mundum contemnere. carnem domare. diabolũ cum suis temptationibus vincere. Sed hi cum proditore ante sermonem dominicum exeuntes ad concupiscentias suas plerunq̃ turpi⁹ recidiuãt in omne flagitium. quia propter eorum ingratitudinem post buccellam ingreditur sathanas: assumens septem spiritus nequiores se. ¶ Cum igitur exisset Judas: ait Jesus vndecim. Filioli mei adhuc modicum tempus vobiscuz sum. Queritz me ⁊ sicut dixi iudeis quo ego vado vos non potestis venire. Vobis autem dico: non potestis me modo sequi. sequimini autez postea. ¶ Dicit ei Petrus. Quare te non possuz modo sequi. animã meam ponam pro te. Respõdit Jesus. Animã tuaz pro me pones. quasi diceret scd̃m Augustinuz. Ita ne facies pro me qd̃ nondũ ego feci pro te. preire petes qui sequi nõ potes. Quid tantum presumis? Audi quid facturus sis. ¶ Amen dico tibi. non cantabit gallus donec ter me neges. Et qui mihi promittis mortem tuaz ter negabis vitam tuam. Et ymno dicto scilicet grati arũactionis. audiant hoc quicunq̃ veluti porci manducãtes discunt cuz ebrietate surgere. vel non curant gr̃as agere. Audiant inq̃ qui vltimam orationẽ in sacris misterijs nõ expectãt. quia vltima oratio misse illius ymni signũ est. ¶ Exierunt in montem oliuaruz. i. versus montem oliueti. quia locus captionis eius in pede illius situs erat. et hoc scd̃m consuetudinez. quia cum discipulis suis ad orandũ illic sepe ierat vel cõ

uenerat. ¶ Tunc ait illis Jesus. Omnes vos scandalū patiemini ī me in ista nocte. i. ruinam in peccatuz recedentes a me propter humanuz timorem. Scriptum est enim Zacha. xiij. percutiā pastorem. i. christum. ⁊ dispergentur oues .i. discipuli timore fugiētes. Sed ad eorum cōsolatōem statim adiunxit. Post ꝫ autem resurrexero precedam vos in galileam. ¶ Respondens autem Petrus ait illi. q̄a ceteris erat feruentior. Et si oēs scādalizati fuerint in te ego nunq̄ scandalizabor. Non mētiebatur Petrus: sed loquebatur presumptuose propter quod ceteris grauiꝰ permittebaꝫ cadere. Quid dicis o Petre? Propheta dixit dispergentur oues. ⁊ quod dictum est christus confirmauit. ⁊ tu dicis nequaq̄. Quando enim dixit vnus vestrum me traditurus est: timebas ne tu traditor esses: licet nihil tibi cōsciꝰ eras. Nunc autem eo dicente. vos omnes scandalizabimini ꝙ tradicis. ¶ Ait illi Jesus. Amen dico tibi quia tu hodie in hac nocte p̄usq̄ bis gallus dederit vocem: ter me es negaturus. Petrꝰ autem cum intellexerit dominuz pre timore mortis eum se predixisse negaturꝫ ait illi. Et si oportuerit me mori tecuz nō te negabo. Similiter ⁊ omnes discipuli dixerunt. quia per ardorem mentis ꝑ tunc non timuerunt damnum mortis. Sed vana fuit presumptio humana sine protectiōe diuina. Hinc discimꝰ magnum documentū ꝙ non sufficit desiderium hominis: nisi quis potiatur auxilio creatoris. Tunc venit Jesus in villam que dicitur gethzemani sitam trāstorrentem cedron in pedemontis oliueti: vbi erat ortus aptus contemplationi in quez introiuit ipse ⁊ discipuli eius Et ait discipulis eius orto Sedete hic: ¶ Et assumpto Petro et duobus filijs zebedei qui tres erant christo magis familiares Petrus propter feruorem fidei Johannes propter p̄rogatiuam castitatis. Jacobus propter primū martyrium. Cepit contristari ⁊ mestus esse vt sic ostenderet veritatez humane nature. que tristicia fuit maxima. quia subdit. ¶ Tristis est anima mea vsq̄ ad mortem. Nam eius tristicia tantum intensa erat quātum esse poterat ex parte sensitiua per animam signata in qua sunt passiōes. Pro quo sciendū ꝙ anxietas animi ē passio causata ex apprehensiōe mali magni de proximo imminentis impossibilis ad euadendum. Christus ergo p̄uidebat mortem acerbissimaz sibi de proximo īminentez. q̄a sciebat hoc a deo patre fuisse determiatum. de cuius determiatione non poterat declinare. quia nō poterat peccare. Et ex illa morte christus in sensualitate pressuram patiebaꝫ maxime anxietatis. quia naturale est homī timere mortem: nolente anima diuidi a corpe propter eam que ex principio est a cōditore imposita naturalē familiaritatez. Porro licet hec tristicia fuit naturalis. nihilominus tamē erat volūtaria ⁊ rōnalis Nec tñ ꝓpter volūtariā sustinentiā eiꝰ fm ratōez sensitiua ps eius alleuiabaꝫ a tali anxietate sic̄ fieri assolet in nobis q̄ ex p̄teplatōe seu ꝓmptitudine voluntatis q̄ est in superiore p̄te aīe alleuiaꝫ dolor sensitiue. sz in xp̄o volēte p̄fectu ꝓmptitudo volūtatis q̄ fuit in superiore pte aīe nō fuit influētia in inferiorē ptem vt sic esset ibi dolor maximꝰ sensitiue ptis ad nāz redemptōez. ¶ Sequit. Sustinete hic ⁊ vigilate mecū. Et ꝓgressus pusillū q̄tū est iactꝰ lapidis: p̄cidit ī faciē suā sup terrā ⁊ orauit. Abba p̄. oīa tibi possibilia sūt: trāsfer calicē hūc a me. q̄si diceret. O p̄ tibi placuit mittere filiū vt p̄ iniuria nobis facta satisfactōem ī naīa assumpta. ⁊ statī cū voluisti dixi. Ecce veō. ī capite libri scp̄tū ē ō me vt facerē volūtatē tuā deꝰ meꝰ volui. ⁊ legē tuā in medio cordis mei. pauꝫ fui ⁊ ī laboribꝰ a iuuētute: ī fame ⁊ siti: ī frigore

et nuditate in ieiunijs multis. in vigili
is supra moduz. feci pater qđ mādasti.
paratus sum et que restant adimplere.
Verūtamen penalitatem hanc taz ma
gnam: tam amaram: tam duram: si fie
ri poterit a me tolle que mihi parata ē
ab aduersarijs meis. qui ꝓ eo vt me di
ligerent persequūtur me. Postulat in
q̄ dominus noster Jesus christus a se
transferri calicem. non quidem timore
patiendi: sed misericordia prioris po
puli. ne scilicet ab illo bibat calicem ꝓ
pinatum: qui excusationem ignorantie
habere non poterat: cuz illum in libris
suis quotidie legebat̄: instruebatur: et
vaticinabatur. Rursum videns vtili
tatem quanta totius mundi per passio
nem eius esset futura: subiecit. Ve
rūtamen non sic̄ ego volo: sed sicut tu.
quasi diceret. Si sine quorūdam perdi
tione salus multoruz introduci non po
test: quantum ad iusticiam tamen non
transeat. Et venit ad discipulos su
os ⁊ inuenit eos dormientes. ⁊ ait Pe
tro. qui ceteris se cōstantiorem promit
tebat. Symō dormis. nō potuisti vna
hora vigilare mecuz qui hortabamini
mori pro me. vigilate et orate ne intre
tis in temptationem. Impossibile est
autem humanam naturam non tempta
ri. Et ideo non dicit ne tēptemini: sed
ne intretis in temptationem. id est ne
temptatio vos superet. Spirit⁹ qui
dez promptus est. caro autez infirma.
Nam in eo mirabilis cōflictus erat sen
sualitatis ⁊ rationis. quia sensualitas
naturaliter mortem abhorrens refugi
ebat. ratio vero diuine uoluntati ꝑ om
nia se subdere volens: mortem pro hu
mana salute zelabat. quia diuina virtu
te quelibet pars agere permittebatur
⁊ pati quod sibi proprium erat. Unde
sicut infirmus in vite suscipit amaram
potionem: vtpote gustui suo penalem.
libenter tamen illam suscipit propter
infirmitatis liberationem. Sic christ⁹
quantum ad sensualitatem mortem in
stantez indicibili pauore formidans li
benter declinassz. qꝛ verus homo erat.
Sed quia sciebat per eam humanuz ge
nus esse liberandum libenter sustinuit.
nec tamē appetitus sensitiuus in eo di
uine voluntati fuit cōtrarius: cum ait.
Pater si possibile est transfer a me ca
licem hunc. Pro quo sciendum pro
ut Richardus sup̄ terciuz: distin. xvij.
ꝙ in christo fuit voluntas diuina q̄ do
minium habuit ⁊ per illaz regebatur in
illos voluntas humana. nec voluntas
eius hūana in aliquo discordauit a vo
luntate diuina. tam in volito (quia vo
lebat quicquid sciebat velle diuinā vo
luntatē) q̄ in forma volēdi. quia quic
quid volebat: ex charitate volebat si
cut deus volebat eam velle. Natura
lis autem voluntas rationis in christo
etiam non discordauit a voluntate de
liberatiua. quia formalis ratō sub qua
voluntas naturalis refugiebat mortez
fuit ꝙ inquātum scđm se erat quoddaz
malum nature. Voluntas autem deli
beratiua volebat mortez inquātuz ap
prehendebatur vt vtilis ad redempti
onem humani generis scđm ordinatio
nem diuinam. Non ergo discordabant
quia quod volebat volūtas naturalis
in christo: voluntas deliberatiua vole
bat eam velle. quia volebat ꝙ scđm su
um naturalem motū moueretur: vt sic
christus in tristicia plus augeretur. Si
militer et appetitus sensitiuus in chri
sto non discordabat a voluntate ratio
nis deliberatiua. quia id quod appete
bat ⁊ refugiebat ad imperiuz volunta
tis appetebat vel refugiebat. nec per
motum suum appetituz voluntatis de
liberatiue in aliquo retardabat. Hinc
christus orabat pro se ad excludenduz
a se defectus penales: que scilicet ora
tio fuit exp̄ssiua appetit⁹ sensitiui. in q̄
nimiꝝ orōne rō fuit aduocata sensuali
tis q̄ ꝑ modū aduocati desideriū ⁊ cau

sam sensualitatis expressit. Oratio tamen non erat exaudita. quia ipa voluntas deliberatiua nolebat q̄ fieret quicquid sensualitas appetebat. Nihilominus tamē orabat vt humane nature veritatem ostenderet. et vt homo si scōm naturalem passionē horret pericula: nō tamen diffidat nec desperet. ¶ Iteruz secundo abijt & orauit eundem sermonē dicens vt nobis perseuerantiam orationis cōmendaret. Et venit iterum & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. & ignorabant quid responderent ei. Jesus autez abijt tercio & orauit. ¶ Hanc autem orationem sicut orauit tribus vicibus: sic etiā in tribus locis per iactum lapidis ab inuicez distantibus. sicut ante temptatus fuerat in tribus locis. Nam ecclesiaruz vestigia longo post tempore fidelibus apparuerunt que in locis illis facte fuerāt Et sicut in duabus primis orationibus vberrime fleuit: sic i oratione tercia cū posit⁹ esset in agonia carnis & spūs prolixius orabat ¶ Factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. Unde firmiter est tenendum istas guttas sudorem verum & naturalez sanguinem fuisse: & de purissima carne christi. licet non naturali modo profusum. quia contra naturam est sudare sanguinem: vt dicit Beda. Et sic oportet dicere de aqua & sanguīe de latere christi iaz mortui pfluentibus q̄ erat verus sanguis & aqua vera: licet de mortuo corpore fluxerunt miraculose. Hic autem sudor sicut est signum omnez superans ratiōem sic agōia doloris eius que figurabatur illo sudore comphensionem superat omnis creature. licet aliquo modo dispositiue timor & amor bellātes in corde Jesu sudoris huius causa fuerunt. ¶ Nam primo christus suam sensualitatez sinebat inexpssibili timore horrore et dolore concuti. ex quo nimiruz humor sanguineus fuit ad interiora reduct⁹. sup quez timorem reſciendum fortissimus & inestimabilis amor mire immēsitatis malleus repercutiens: & ipsum timorez excludens omnes poros corporis Jesu & venas resoluisse videtur: vt sic de toto corpore suo benedicto fluerēt gutte sanguinis decurrentis in terram. Sicut enim scōm phicos ītrinseca causa sudoris est calor naturalis humidum vaporem dissoluens: sic etiaz sudoris huius superna turalis causa esse potuit ardor excessiui amoris de corpore christi redundans in totum corp⁹ suum qui soluebat illud humidum vaporosum. Nimiruz cum ex amoris vehementia quidem naturaliter sudare. & intensissimo calore excoqui et deorrere inquātum ad ipsam naturaz videantur. q̄ tamen illud humidum sanguis erat & in tanta copia defluebat miraculosum fuerat. Unde Bernardus. Jesus non soluz oculis: sed quasi membris omnibus fleuisse videtur per totuz corpus eius: quod etiam ecclesia lachrymis illius purgaretur. Tanta, pinde fuerat cordis illius angustia. quia angel⁹ illi apparuisse dicitur visione corporali in hūana specie confortans eam per modum ferentis: quod factū fuit non taz propter christum q̄ ad confirmandaz fidem discipulorū. Denicq̄ ad nostram instructōem christus in oratione sua quinq̄ nobis reliquit imitanda. Primuz est vt in oratione separemur ab omni creato & mente inhereamus deo. quia ab octo apostolis auulsus est quātum est iactus lapidis. Deinde etiā a trib⁹ specialiter cuz orare vellet. Unde legit solus ascē disse in montē orare patrem suuz in abscondito. Secunduz est humilitatis exhibitio. Quia procidit in faciem suam. Quis? Deus & homo christus Jesus filius dei viui. O humilitas virtus christi. qua non solum flexis genibus: sed in terram vultu demisso patrez exorauit p nobis: vt nos sīlia facere doceret. Obiam sunt q̄ deambulatorie pingui cerui ce et extēto collo taz pompatice preces multiplicant quos vix ad genuflexionez

inducit sacramentalis presentia christi Terciū est orationis perseuerātia. quia trib⁹ orauit vicib⁹. Vñ fm Hubertinuz in ista hebdomada librū ieiun⁹ pdicās redibat ad bethaniaz modicum sumpturus cibum in domo benedicte Magdalene. ⁊ nocte stabat in mōte oliueti pernoctans in oratiōe dei: vt dicit Lucas. Hinc ex frequentia visitandi locū orandi gratia sciebat ⁊ Judas locum. quia Jesus illic frequenter conuenerat cum discipulis. Celarius in sermone. Quid indigebat christ⁹ vt taliter supplicaret? Non ille inēē indigebat. sz exemplo suo nobis oratōis remedia ꝓparabat Orat misericordiā ⁊ nō orat miseria. orat charitas ⁊ non humiliatur iniquitas. pstratus in terra. orat medicus ⁊ non inclinatur egrotus. orat iudex ⁊ desiderat parcere ⁊ non orat reus vt indulgentiā mereatur accipere. Quod aperte designatur per apostolos quos veniens semp inuenit dormientes. Vnde Celarius ibidem ait ad dominuz. Quotiens pie Jesu ⁊ quotiēs redis ad nos ⁊ inuenis dormientes. suscitas ⁊ iteruz abis. secundo ⁊ tercio eundem sermonez dicens. ⁊ iterum ac tercio nos somn⁹ occupat. nec vigilare valemus nisi nobiscum manseris in perpetuū. Quartum est orationis intentio. Nam intentione tanta christus orauit q̄ pro eius impetratōne sudorez sanguineuz emitteret. Et pie credendū est q̄ raro ꝓ peccatorib⁹ orauit: nisi cuz lachrymaruz abundātia miserias eorū amplissimo quodam miseratus affectu. Nos autem nec verbis oratōis intendimus. nec deo cui oramus a deo volentes exaudiri qui prepedientib⁹ distractionibus. nec a nobis audiri potest dicente domīo. Populus hic labijs me honorat. cor autem eorum longe est a me. Tu autez sponsa christi si fructuose vis orationibus insistere. stude cor tuum in oratione tanto deuotōnis spiritu ⁊ ardore. luccēdere q̄ pro eius amore sanguinem tuuz effundere nō verearis: sed affectes vt calescente spiritu tot⁹ sanguis in corpore quasi spiritui dulciter alludens se promptum exhibeat ad sudandum. Sic enim amor diuinus in corde christi dum dominaretur super timorem humanuz: totus eius sanguis exhilaratus est. cōmouebatur q̄si pnus affluere ex vi amoris impellētis: ac si non expectaret tempus quo effunderetur. Quintū est libera subiectio volūtatis. Licet enim christus pre passionis angustia sanguinē sudauerit. libere tamen voluntatez suam voluntati paterne subm.sit. Et quod inceperat deuote perfecit. vt ⁊ nos in omni pressura doloris. paupertatis. aduersitatis. infirmitatis. temptatōnis. persecutōnis. ⁊ desolationis ad tutissimuz orationis refugiuz eius exemplo currentes: nostram voluntatē diuino beneplacito submittamus. dicentes. Fiat voluntas tua sicut ī celo ⁊ in terra. Sequitur.

¶ Et venit ad discipulos suos et inuenit eos dormientes. ⁊ ait illis. Dormite iam ⁊ quiescite. Postea sciens Judam appropinquare dixit eis. Sufficit. surgite eamus obuiam eis. In quo ostendit eius captionem fuisse voluntariam. Nihil enim in eo coactum consideratur sed omnia voluntaria fuerunt. Doleus enim. esuriuit ⁊ sitiuit. ⁊ cōtristatus est ⁊ timuit. captus ⁊ sustinuit. Et subdit.

¶ Ecce qui me tradet prope est. Adhuc eo loquēte venit Judas scarioth vnus ex duodecim. Multū enim angebat christo dolorē q̄ a suo discipulo ⁊ vno ex duodecim electis de toto mundo tradebatur vt vile mancipium. Si inquit inimicus meus maledixisset mihi sustinuissez vtiq; tē. Et cum eo turba multa cuz gladijs ⁊ fustibus: lanternis ⁊ faucibus ⁊ armis missi a principibus sacerdotuz ⁊ senioribus populi: ne forte alīq̄ credentes in christum eripere eum vellent. Traditor autem ne loco christi Jacobum minorem caperent qui similis illi in facie. ꝓpter qō frater domini nūcupat: dederat eis signū: dicēs. Quēcunq; osculat⁹

fuero ipse est tenete eū. ⁊ ducite euz caute
Origenes autem super hunc locum dicit.
¶ Dignum est querere cum scdm faciem no-
tus erat omnibus in iudea cur quasi non
cognoscentibus eius effigiem dedit eis si-
gnuz. venit autem talis traditio de eo ad
nos ꝙ non soluz due forme in eo fuerunt.
vna scdm quam omnes eum videbant. al-
tera scdm quam trāsfiguratus est in mon-
te thabor. scdm quā etiam vnicuiqꝫ: scdm
quod fuerat dignus se ostendebat. Sicut
de manna scriptuz est quod habebat sapo-
rem ad omnez, vsum cōuenientem. Unde
scdm Hieronimū eiectis de templo appa-
ruit quidam fulgor terrificus de vultu illi-
us egrediens. Et ab scondens se ab inimi-
cis exiuit de templo. ita tamen ꝙ a disci-
pulis videbatur. Nam inimici acrisia per-
cussi vident sicut tēpore Helizei ⁊ Loth.
cuius ianuā inuenire non poterant. Hinc
dominus discipulos antecedens ⁊ inimi-
cis occurrens non agnoscebatur. nec ipse
Judas agnoscebat eum visu vel auditu.
quod indiciuz fuit diuine potentie. Dicit
autem Chrisosto. ꝙ hoc fecit Jesus: ostē-
dens quoniaz non solū comp̄hendere eum
non potuissent: sed nec videre nisi ip̄e con-
cederet. ¶ Dixit ergo Jesus. Quez que-
ritis. Responderūt ei. Jesum nazarenū.
Dicit eis. Ego sum. Stabat autem Ju-
das qui tradebat eum cum ip̄is. Cum er-
go dixit eis ego sum: abierunt retrorsum.
⁊ terrore nimio percussi ceciderunt in ter-
ram. Et Judas cum eis. Erat enim vox
ista leuissima tante virtutis vt omnes ve-
lut mortui caderent resupini. Quod ideo
fecit Jesus: vt per hoc in eo diuinam po-
tentiam agnoscētes materiam cōuersio-
nis assumerent et a concepta malicia de-
sisterent. Hic clamat Augustin⁹. Quid iu-
dicaturus faciet qui iudicādus hoc fecit?
quid regnaturus poterit qui moritur⁹ hoc
potuit? ¶ Jesus autez se loco non moue-
bat donec omnes surgerent. Iterum er-
go eos interrogauit. Quez queritis. Il-
li autem tantam virtutem non veriti: sed
in malicia excecati et obdurati dixerunt.
Jesum nazarenuz. Quos videns ad taz
terrificum tonitruū vocis sue: necdum cō-
uersos ad capiendum sponte se tradidit:
dicens. Dixi vobis quia ego suz. Si ergo
me q̄ritis sinite hos abire. Et tunc se per-
misit agnosci. Accessit ergo Judas tan-
q̄ꝫ domesticus: sed fur erat. salutauit tan-
q̄ꝫ discipulus: sed insidiator erat. oscula-
tus est euz tanq̄ꝫ amic⁹: sed inimicus erat
Dicitur autem moris fuisse domini Jesu
quādo discipulos suos emittebat in oscu-
lum pacis et amoris recipere redeuntes.
Hinc Judas illis osculuz pacis in signū
dedit detestande proditōnis. O quot exe-
cratores Jude sequaces: cum adhuc in-
uenit Jesus in ecclesia dei qui cum psal.
loquūtur pacem cum ꝓximo suo. mala au-
tem in cordibus eorum. qui inq̄ꝫ sacramen-
tum eucharistie tradituri sunt peccatori-
bus membris. ¶ Accessit ergo Judas ⁊
osculatus est Jesum: dicens. Aue rabbi.
Quem Jesus dignāter suscepit ad oscu-
lum. vt scdm Bedaz plus afficeret prodi-
torem cum amoris officium non negaret.
Cui iunxit amoris verbum: dicens. Ami-
ce ad quid venisti? quasi diceret. Quāuis
o Juda traditione tua me tantuz offende-
ris paratus sum: tamen adhuc te recipere
in amiciciaz pristinā. Amice inq̄ꝫ ad quid
venisti: simulatōem improperās. Hoc enī
nomine neminez bonorū in scripturis ap-
pellatum agnoscimus. sed ad malum dici-
tur. amice quomō huc intrasti. amice non
facio tibi iniuriam. quasi diceret. Amici-
ciam ostēdis ⁊ insidiarū. Noui quare ve-
neris. amicuz fingis cum ꝓditor sis. Quē
adhuc obstinatum intelligens cōminatio-
nis adiunxit verbum: dicens. Juda oscu-
lo. i. amoris signo tradis filium hominis.
Nam salutare amplexari ⁊ osculari amici-
cie signa sunt. Quib⁹ verbis ſm Ambro.
q̄si amātis affectu corripuit ꝓditorem. ⁊
ido ꝓpriū nomē apposuit ſm Chriſ. ꝙ ma-
gis dolētis erat ⁊ reuocātis q̄ꝫ ad iraz ꝓ-
uocātis. Que aūt traditio figurata fuit ī
Joab ⁊ Amasa: quē Joab salutās mēte
dolosa fratrem vocabat: dicēs. Salue mi
frater. dextera manu mentum illius acci-
piens ⁊ ipsuz deosculans. Verūtamen si-

nistra manu gladiuz educens in vltionem fratris insidiose ꝑimebat. Quid enim dextera manus? nisi amoris ⁊ pacis ostēsio: quasi blanda salutatio. Quid vero sinistra nisi occulta insidiatio. ¶ Tunc accesserunt ministri vt caperent Jesum. Videntes autem hi qui circa ipm erant quid facturum erat: dixerunt. Domīe si percutimus in gladio. Symon ergo Petrus moram respōsionis non ferens habēs gladium eduxit eum. ⁊ percussit seruum principis qui magis ad capienduz se ingerebat. ⁊ abscidit ei auriculā eius. Respondit autez Jesus. Sinite vsqꝫ huc. Et ait Petro Mitte gladium tuuz in vaginam. Voluit enim dominus ꝙ Petrus exhiberet inimicis patientiā non vindictaz. ne seruus dei armis: sed oratōnibus pugnare presumeret. Hinc dicit Ambrosi⁹. Arma mea sunt lachryme ⁊ oratōnes. aliter non possum nec debeo resistere. Omnes enim qui acceperint gladium: gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrez meum ⁊ exhibebit mihi modo pro duodecim apostolis plusqꝫ duodecim legiones angelorum. quorum vnus in vna nocte de exercitu senacherib interfecit centum septuagintaduo milia hominū. Calicem quez dedit mihi pater non bibam illuz: quomodo ergo implebuntur scripture? quia scdm illas sic oportet fieri. Preterea domin⁹ vt dicit Beda nunqꝫ sue pietatis obliuiscit cum etiaz hostes suos vulnerari non patitur. Et cum tetigisset auriculaz eius sanauit illuz. Illi iusto mortē parant. iste persequētium vulnera sanat: vt amorem inimicoruz effectu ostendat. Sed maledict⁹ eorū furor ⁊ cecitas. quia pertinaciter in malo perseuerabāt. Quibus ait domin⁹. Tanqꝫ ad latronem existis cum gladijs et fustibus comꝑhendere me: cū quotidie vobiscum fuerim in templo ⁊ non extēdistis manus in me. sed hec est hora vestra ⁊ potestas tenebrarū. Tunc cohors et tribun⁹ ⁊ ministri iudeorum accesserunt ⁊ manus iniecerunt in Jesuz tanqꝫ leones ferocissimi in agnum dei mansuetissimuz. vt dicit Bonauētura. Tanta crudelitate caput illius ⁊ corpus sine misericordia seuere nimis percutiētes. ⁊ truculenti lictores innocentes manus mitissimi Jesu strictissime ligātes vinculis. pro eo ꝙ traditor suus dixerat ꝙ eū caute ducerēt. ⁊ ad instar latronuz traxerunt illum ad victimaz. O quis dolor discipulorū corda penetrauit: cum viderunt dulcissimū magistruz quasi malefactorem duci ad mortem. cum impiissimus Judas penitentia ductus tanta postmoduz ex hoc fuerat amaritudine replet⁹: vt dicit Bonauētura ꝙ maluit mori qꝫ viuere. Vidētes ḡ tantā ī magr̄o exerceri crudelitatem: nimio terrore territi fugerunt omnes ⁊ absconderūt se. Naz a parte mōtis syon in valle iosaphat descēdendo sunt cauerne eoꝝ. vbi tempe passionis latuerūt. Adolescens autem quidā sequebat̄ eum amictus syndone super nudo quem quidē fuisse dicunt de domo in q̄ pasca māducauerāt qui fuit amict⁹ linea veste sup nuduz corpus. qꝛ vestez aliam non habebat. ⁊ tenuerunt eum. Ac ille relicto syndone nud⁹ ꝓfugit ab eis. ¶ Petr⁹ vero ex deuotōe seq̄bat̄ eū qꝫuis a longe ꝓpter timorē. Et ali⁹ discipul⁹ q̄ se occultat hūilitatis gr̄a ſm Chris. Et teniz hec magnaz rectitudinē enarrat. qm̄ om̄ib⁹ fugiētibus ipe sequit̄: sed ꝑponit sibi Petꝝ suijpsius coact⁹ meminisse. vt discas qꝛ terci⁹ alijs narrat ea q̄ facta sunt ī atrio q̄si p̄sens existens. Discipul⁹ aūt ille erat not⁹ pontifici ⁊ ītroiuit cū Jesu in atriū pōtificis. Petrus vero stabat ad ostiū foris. Exiuit ḡ discipul⁹ ille q̄ erat not⁹ pōtifici. ⁊ dixit ostiarie rogādo eaz vt Petꝝ intrare ꝑmitteret. Et introduxit Petrū in atriū. Et ingressus ītro accēso igne ī medio atrij dōrsuz. i. infra locuz in q̄ xp̄us illudebat̄. Circūsedentibusqꝫ ministris sedebat ī medio eoꝝ vt videret finē. Et accedēs ācilla ostiaria cū vidisset Petꝝ sedentē ad lumē et calefacientē se dixit ad eū. Nunq̄d ⁊ tu ex discipulis es homīs isti⁹. At ille timēs et tremēs negauit corā oīb⁹ dicēs. Mulier non sum. neqꝫ scio neqꝫ noui quid dicis. Vbi dicit Chrisost. Quid dicis o Petre Nonne prius dixisti. et si oportuerit me

mori tecum animaz meam ponam pro te.
Quid igit̃ factũ est. quia nec ostiarie fers
interrogatõem. nõ erat miles qui interro
gabat: iz ostiaria vilis. neqꝫ dixit seducto
ris discipul⁹ es: sed hominis hui⁹: qd̃ mi
serentis erat. Sed idcirco diuina proui
dentia permisit vt primus ipse laberetur
quo erga peccantes duriorem sententiã
proprij casus intuitu temparet. Idcirco
nanqꝫ non angelis arbitror cõmissam sa
cerdotij potestatẽ: ne cum ipsi minime pec
carent in peccatoribus sine misericordia
vindicarent. Vide nunc quãtum pericu
lum et malaz est societati male cõmisceri.
Petrus qui in apostoloruz collegio cõstã
tiam fidei ꝓmiserat in consilio malignan
tium positus ad leuem ancille vocem dul
cem magistꝝ negat. Sic ꝓfecto multi in ec
clesia cõstituti: ꝑdicatiõibus intenti: pec
tora percutiẽtes. crebro gementes pecca
ta cõmissa confiteri: ⁊ execrari videntur.
qui paulo post in cõuiuijs ac prauis socie
tatibus cõstituti: celerius in omne flagiti
um defluũt. Sic Dyna corrumpit̃ videre
desiderans mulieres regionis illius. Sic
cor Salomonis sapiẽtissimi multigenarũ
adhesione mulierum ita deprauatũ est ꝙ
post tantã susceptam a deo gratiã ꝙ eum
filium nomĩaret: dicens. Ego ero illi in pa
trem. ⁊ ip̃e erit mihi in filiuz. ceca amoris
amentia idola muta ⁊ surda adoraret. de.
um veruz licet agnitum despiciens. ne su
as delicias cõtristaret. Hic quoqꝫ cõside
randum est quãtum fuerit ministrorũ cru
delitas: cuz solo auditu Petrus adeo tre
meret ꝙ illum in ancillule voce negaret.

Exeunte autem illo ianuam. i. se ad exi
tuz disponẽte. quia adhuc erat apud ignẽ
sed timens ne perciperetur exire volebat.
Rursum videbat eum alia ancilla timidũ
statimqꝫ accusauit eum: ⁊ ait circũstanti
bus. Et hic cum Jesu nazareno erat. Di
xerunt ergo ei. Nũquid ⁊ tu ex discipulis
eius es? Tunc Petrus plus timens quaz
prius negauit cum iuramẽto. quia non no
ui hominez quem dicitis. Et sic negationi
periuriuz addidit. Deinde facto interual
lo quasi hore vnius cum tam subito exire
non audebat: ne velut suspectus notare
tur. multis tamen cõcurrentibus accusa
tur propter noticiã lingue. Dicebãt enim
Petro. Vere ⁊ tu ex illis es. Nam ⁊ gal
lileus es? quia loquela tua manifestum te
facit. Et alius quidez ex seruis pontificis
cognatus eius. cui⁹ abscidit Petrus au
riculam: dixit. Nonne ego vidi te in orto
cum illo. Petrus igitur adhuc magis ti
mens iterum cepit anathematizare et iu
rare quia non nouisset hominẽ. Hic veri
ficatur illud Gregorij. Peccatum quod
penitẽtia non diluit: mox suo pondere ad
aliud trahit. Vnde Raban⁹ dicit. ꝙ mo
ra in peccato dat incremẽtum scelerũ. Ni
mirũ cum ⁊ iterata culpa suo demerito di
uersis circumstãtijs grauat̃. Nam in Pe
tro grauatur culpa scd̃m processum nega
tiõis. quia ꝑmo simpliciter negauit. Se
cundo negationi periuriuz addidit. Ter
cio v̄o periurio propriam anathematiza
tionem vel maledictõem adiecit. Hec au
tem anathematizatio iuratõnem signat:
que fit per execratõnis ⁊ maledictõis sui
ipsius imprecatiõem. scilicz cum quis im
precat̃ sibi maluz pene. vel obligat se ma
ledicto si ita sit sicut imponitur ei. vel non
sit verum quod dixit. Sic Petrus obliga
uit se maledictõni: si cognouisset hominẽ.
Ecce quomodo dolor internus dulcissimi
Jesu semꝑ augebat̃ qui plus dolebat de
negatione Petri q̃ꝫ de proprijs iniurijs.
Et statim gallus cantauit secundo. Et cõ
uersus domin⁹ respexit Petrũ. Vide cle
mentiam saluatoris quasi ceteris oblitus
Petri negantis saluti dumtaxat intende
re videtur. Sed quomodo respexit domi
nus Petrum: cum dicit euãgelista. cum se
debat Petrus intra atrium deorsum per
hoc innuens ꝙ illa cum domĩo intus age
bantur. nec soluz in interioribus: sed in su
perioribus. et ideo videtur illa respectio
diuinitus facta. sic̃ ait p̃s. Respice ĩ me ⁊
miserere mei. Et illo respectu recordat⁹ ẽ
Petr⁹ v̄bi qd̃ dixerat ei Jesus. Priusq̃ꝫ
cantet gall⁹ bis: ter me negabis. Et egres
sus foras fleuit amare. Leo papa. Felices
inq̃t o apl̃e sunt lacrime tue q̃ ad diluẽdaz

culpam negatõis habuere virtutẽ baptismatis. Cetez fm Bern. fozas egreditur ne denuo christuz negare cõpellat. Quia dicit Beda q nociua sunt sane eloqa perfidozuz. quia Petrus inter iudeos hominem se nosse negauit. quẽ inter discipulos dei filium cõfessus fuerat. nec ibidem donec egrederet penitentiaz agere poterat. Egressus autem fugit in foueã que postea gallicãt9 dicebat̃ 7 fleuit amare. i. examaritudine cozdis. Vnde legitur in itinerario Clemẽtis q extũc beatus Petr9 traxit in cõsuetudinẽ vt singulis noctib9 surgens a primo gallozcantu vsq ad hozaz matutinam staret in oratiõe flens iugiter pro ista negatione. ita q facies eius exfletu 7 fluxu lachrymaz exusta videbat̃. semper in sinu sudariũ pozrãs quo crebzo fluentes lachrymas detergebat. quia quotiens gallum cantantẽ audiebat: totiẽs negatõez christi recolebat amarissime flens tam pro peccato negatõnis: q̃ pro dulcedine diuini amozis. Quia fm Chrisosto. flebat non propter penã: sed quia delictũ negauerat: quod ei quolibet supplicio molestius erat. O felix respectus diuin9: quo scilicet auersos reuocat. cecos illuminat. tepidos inflãmat. aridos irrigat. Eisdez enim oculis Zacheuz in arboze sicomozũ aspicere dignatus est. qui festinãs descendit 7 excepit illũ gaudẽs. Similiter 7 magdalenã: vt quidam volunt intuitu cozporali quãdoq̃ pteriens aspicere dignatus est. quo respectu de cetero tam efficaciter intus mouebat̃. tum scelerũ suozum cõtritione. tum etiam impsso respicientis amore q iam effecta fidelis xpi discipula quiescere non valebat donec ad pedes illi9 pcidens et osculis demulcens. lachrymis rigans. 7 crinibus tergens audiret verbuz dignatiue recõciliatiõis: dicente domio.
r Dimittũtur ei peccata multa: quoniã dilexit multũ. Deniq̃ pie credendũ est 7 iudam pietatis oculis respexisse. cum penitentia ductus retulit. xxx. argenteos. licz illi non pfuit ad salutez ppter propriã indurationẽ 7 excecationẽ. sicut hodie multis non prodest respectus ille diuin9 cũ ad penitentiã quãdoq̃ stimulãtur. nihilominus tamen ad peccata pristina recidiuantes. Ceteruz vt historiã reteram9. ministri tenẽtes Jesum duxerũt euz ad Annam. Primũ eo q habitabat in via. quia socer erat Cayphe qui fuit pontifex anni illius. Annas autẽ fuit pontifex anni pzecedentis. quia per vices pontificio fungebantur. Et ideo Annas ab euãgelista põtifex nomiatur. Et interrogauit eum Annas de discipulis 7 de doctrina eius. Dominus autem de discipulis. ptunc nihil boni dicere potuit. quia pncipaliozem ex eis statim euz in p̃sentia negantẽ audiuit. Et ideo ad secundũ quesitum tantũmodo respõdit dicens. Ego palã locutus sum mũdo. ego semper docui in synagoga 7 templo quo oẽs iudei cõueniunt. 7 in occulto locutus sum nihil. Quod eniz seozsum loquebat̃ non in occulto loquebat̃. Quis enim in occulti loqui dicat̃ qui cozã tot hominibus loquitur. p̃sertim cum hoc loquitur paucis q̃ q̃ eos velit innotescere multis. Quid me interrogas? quasi diceret. Tu me de meis interrogas. interroga inimicos meos qui insidiãtur mihi. quozũ testimoniũ subire/paratus sum. quod erit tibi magis credibile q̃ testimoniuz proprium. Sunt enim hec verba cõfidentis in coruz veritate que dicta fuerant. que nec ab inimicis veraciter ac iuste criminari poterant. Vnde sequitur. Interroga eos qui me audierũt quid locutus suz ipsis. Ecce hi sciunt que dixerim ego. Hec cuz dixisset assistens vnus ministrozũ quem aliqui dicunt fuisse Malchuz. cuius auriculã sanauerat. qui beneficijs acceptis ingrat9 maliuolos repsentat pro beneficijs exhibitis mala rependẽtes. dabat alapham Jesu. dicens. Sic respõdes põtifici. Quasi notasset eum de stulta interrogatõe. Respõdit Jesus. Si male locutus sum perhibe testimoniũ de malo. quasi diceret. Si peruersam docui in synagogis certifica sacerdotum principez. Si recte docui ita vt 7 vos ministri miraremini dicẽtes. nunq̃ sic locutus est homo. Quid me nũc cedis. Vbi dic̃ Augustin9. Quid ista respõsiõe

verius? quid mãsuetius? quid iustius? Si quis eniz nostrum acceperit alapam non ne vellet percutientẽ igne celesti cõsumi: aut debiscẽte terra sorberi: aut corruptuz demonio volutari? Quid hoz per potentiam iuberi non potuisset per quez factus est mundus: nisi patientiã nos docere maluisset qua vincit mundus? ¶ Dic tamen notandum est q̃ christus cõtra perfectionem illaz euãgelicam fecisse videt. si quis te percusserit in vna maxilla p̃be ei z aliã quia statim ꝓcutientem se correxit. Dicẽdum est q̃ illud christi mandatũ et alia q̃plura que ponũtur ibidem nõ dantur absolute: sicut dicit Aug⁹. sed magis fm preparatõnem animi. scilicet vt habeat animuz ad hoc paratum dum expedire viderit ad diuinũ honorem z ecclesie vtilitatẽ Nam aliquãdo expedit iniuriãtes corripere ad ipsoruz z alioz instructõem: sicut hic fecit christus. Nam aliquãdo cõuenit z facto resistere ne malis det occasio mali faciendi. ¶ Et misit eum Annas ligatum quasi morte dignũ ad Cayphã pontificez ad quem examinatio christi principalr pertinebat. vbi ofies sacerdotes z scribe z seniores cõuenerant. Nam ipsi examinabãt causas ad ritum iudeoz spectantes. z postea miserunt ad p̃sidez cesaris causas inscriptas: cui iudiciũ sanguinis z sentẽtia diffinitiua reseruabat. ¶ Cum ergo principes sacerdotũ et omne conciliuz contra Jesum verum testimoniũ non inuenerũt querebãt falsum testimoniũ aduersus illũ vt eum morti traderent. z coram Pilato tanq̃ morte dignũ accusare possent nec inueniebant. Multi eniz falsum testimoniũ dicebant aduersus eum: z cõuenientia testimonia non erant. verũ tamen maliuolũ affectum eoruz tantuz ponderauit deus q̃ christus Pilato diceret. Propterea qui tradidit me tibi maius peccatũ habet: scilicet q̃ tu qui me iniuste ꝺdemnabis. quia tu ex timore falsum dabis iudiciũ: illi ex liuore falsuz testimoniũ. Tales sunt omnes qui in iudicio falsum ferunt testimonium: Nõ nimiruz ex tribus habet esse mortale peccatum. Primo. q̃ testes non admittũtur nisi iurati. Secundo q̃ violat iusticiã qõ semper est mortale peccatum. Tercio q̃ dicit mendaciũ ꝓnicioſum: qõ est etiaz mortale peccatum. Hinc dicit in decretis xj. q. iij. c. vnicuiq̃. Qui veritatez pro pecunia negat: vel falsum testimoniũ cõtra aliquẽ dicit: deum negare vel vendere putatur. Quãtomagis qui ꝓ inuidiam id facit. Quare merito ꝓcipit. xxij. q. v. ca. Si quis cõuict⁹ fuerit alios ad testimonia. vt piuria attraxisse vel quacunq̃ corruptione sollicitasse: ipe quidem vsq̃ ad exitum vite non cõuincet. hic vo qui eum piurio consensisse probant: postea ab omni testimonio sunt remouendi. z fm legẽ infamia notabuntur. ¶ Nouissime vo venerunt duo falsi testes qui falsum testimoniũ ferebant aduersus eum dicẽtes. Quonia nos audiuim⁹ eum dicentẽ. ego dissoluam templuz dei hoc manufactũ: z post triduũ aliud non manufactum reedificabo. Et non erat cõueniẽs testimoniũ illud. ¶ Surgẽs autem princeps sacerdotũ ex impatiẽtia de tribunali. quia non inueniebãt vñ possent christũ iuste cõdemnare. z stans i medium interrogauit Jesum: dicens. Non respõdes quicq̃ ad ea que tibi obijciũtur ab his. Jesus nihil respõdit. q̃ non erat responsiõe dignã. et vt impleret illd̃ Ysa. liij. Quasi agnus coram tondẽte se sic obmutescet. z non aperuit os suũ. ¶ Kursuz autem princeps sacerdotũ quasi furibundus: eo q̃ accusatõis causam inuenire nõ poterat: ait illi. Adiuro te per deum viuũ vt dicas nobis si es christus filius dei viui. Jesus autem ꝓpter reuerentiã diuini nominis iuocati: z vt suis daret exemplũ q̃ omnis christian⁹ nomen dei z fidem veram imꝑterrite cõfiteri debet. respondit illi. Tu dixisti: scilicz veritatem. quia ego sum filius dei. Verũtamẽ dico vobis ammodo videbitis filiũ hominis sedentem a dextris virtutis dei z venientem in nubibus celi. Quia sic ab illis in extremo iudicio videbitur qui eum iniuste cõdemnauerunt vt illos z iuste iudicet. ¶ Tunc princeps sacerdotuz scidit vestimenta sua dicens. Blasphemauit. Vos enim erat iu-

deis scindere vestimenta in signū doloris ⁊ detestatōis criminis cum audiebāt vel videbāt aliq̄d blasphemie fieri diuini nominis: qō hic imponit christo. Cum ergo scidisset vestimenta sua non fert sentētiam a seipō: sed eam ab alijs exquirēs auditores ꝓponit. ⁊ cogens eos per violentiam ad eam perferēdam in christi mortez: ait. Quid adhuc egemus testibus. Ecce nunc audistis blasphemiaz. quid vobis videtur. At illi respondērūt: dicētes. Reus est mortis. Ecce quomō ipsi sunt accusantes. ipi discutientes. ipsi sententiā ꝓferentes. Tūc exspuerūt in faciez eius tanq̄ in hominē pestiferū ⁊ morte dignū. Nos enim iudeorum erat super huiusmodi spura ꝓcere in signum maxime cōtemptus. Hinc ferunt Hur fratrez Aaron ad radicem montis synai sputis suffocatuz a filijs israbel: vt dicit magister ī historijs. eo q̄ in vitulis aureis cōflandis illis resistere voluit. Vnde in lege veteri. si pater alicuius puelle sputa missz in faciem ei⁹: intantū reddebatur abominabilis vniuersis q̄ ad minus septē diebus illam esse segregatam oportebat a cōmunione hominum. Hinc dom⁹ ad Moysen cum oraret pro sorore sua iam facta leprosa respōdit. Si pater eius spuisset in faciem illius nōne septem saltez diebus debuisset rubore perfundi. separet̄ ita septem dieb⁹ ⁊c. vt patz Nume. xij. Quid ergo vituperosius? quid abominabilius q̄ in illam conspui gratiosissimaz. in quam desiderant angeli ꝓspicere faciem. vtpote plenam gratiarū ⁊ desirataz cunctis gentibus? Et dicit Hathe⁹ notanter expuerūt: quasi nō simpliciter saliuam spuētes: sed etiam excreationes fetidissimas in eius faciem ꝓficientes. ita q̄ facies illa benedicta taz abominabilis videbat̄ ex sputo mixto sanguine ex violentia verberuz effuso quasi leprosa fuissz. ꝑsertim postea cū flagellorz ictibus erat dilacerata. vt implerēt illud Ysa. Vidimus eum ⁊ non erat aspectus. ⁊ nos putauim⁹ eū quasi leprosum percussuz a deo ⁊ humiliatum. Siccine fm Hiero. in faciem christi conspuūt qui cōscientiā suaz fedis cogitatiōibus affectiōibus ⁊ actionibus polluūt. Nam cōscientiā christus inhabitat in qua dei facies. i. imago relucet

Et palmas ei in faciez dederūt. in qua sunt omnes sensus ⁊ spiritus ⁊ mēbra tenera et facile lesibilia. Et ideo verisimile est q̄ ex tali percussiōe per os ⁊ nares copiose sanguis effluebat: licet ab euangelistis nō exprimit. O scelus horrendū quo faciem tam amabilez ⁊ formosam tā crudeliter plagis affecerūt. Jesus aūt quid? Faciem meā non auerti ab increpātibus ⁊ cōspuentibus in me. Et velauerunt faciem eius ⁊ colaphis euz ceciderūt: vt fm quosdam faciem eius gloriosam ⁊ gratiosam non viderēt: ne forte moverent̄ ad pietatem. multos enim aspectus illius amabilis ad dilectiōem suā ꝓuocaut. vel certe visum eius sustinere non valebāt. quia nec oculi eorum excecati faciē Moysi poterant intueri: nisi velamen super faciem eius poneret̄. Et ecce plusq̄ Moyses hic cuius facies sine ꝓgatione glorioſior erat licet gloria eius esset ab intus ⁊ nube carnis adhuc mortalis obtecta. Aliq̄ tamen virtus occultate glorie in facie illi⁹ resplēduit: iudeorum oculis ita reverberās q̄ faciem illam equo animo tolerare nō possent. Tunc quidā percutiebant faciem illaz benedictam. quidā collum eius sanctissimū. quidā etiā caput eius tremendum ⁊ dicebāt. Prophetiza nobis christe quis est qui te percussit? Quod eidem dicit in cōtumeliaz. quasi dicerent. Tu es falsus ꝓpheta. aks enim ꝓtumelias illas ꝓuidisses Attende q̄ euāgelista cum summa diligētia ea que videtur exprobratissima exponit. nihil occultans aut verecundans: sed maximā gloriam existimās. dom⁹ atorem orbis terre pro nobis talia sustinere. Hoc ergo legam⁹ quotidie. hoc nostre menti vi sceroſius ingeram⁹. ⁊ in his iugiter gloriemur. Figura christi sic velati preceſſit in Sampsone. qui fez amore meretricis Dalide fuit sua fortitudine spoliatus. ab inimicis captiuat⁹. oculoz lumine priuatus ⁊ illusione multiplici fatigat⁹. Sic christ⁹ amore peccatricis aīe cui dicit ꝓ ꝓpheta.

Tu aũt fornicata es cũ amatoribus multis. tamen reuertere ad me ⁊ ego suscipiãte. Pro hac inq̃ fortitudine spoliat⁹ est cum persequẽtes solo nutu perdere potuisset: sed ꝓpter eã mundãdam ⁊ in spõsaz suã ꝯsecrandã patiẽter se sustinuit captiuari. lumĩe priuari. ⁊ multipliciter illudi. vt in se vindictam suscipet quam indigna ꝓmeruit. Vbi est vicissitudo dilectiõis et fructus tantoꝝ beneficioꝝ o ingrata anima mea? Deniq̃ vt dicit Marc⁹ ⁊ alia multa blasphemãtes in euz dicebãt. haut dubiuz quin ⁊ faciebant. Nam ſm Bern̄: alij manu euersa percutiebãt mellifluũ os eius. alij euellebant sanctissimã eius barbam. alij per venerabiles crines ip̄m tam acriter trahebãt ꝙ cutis cũ crinib⁹ adhereret. ⁊ sicut estimo dominũ celi ⁊ terre ĩter pedes suos cõculcabant. O Jesu ad quoꝝ manus deuenisti? quãta est patiẽtia tua? quãta eoꝝ inclementia. Sed velit nolit vincit patiẽtia maliciam. amor inuidiam. pietas crudelitatẽ. Tandem ergo sacerdotes ⁊ scribe cum senioribus fatigati cum cetera multitudine recesserũt ad quietem Jesum in carcerẽ ibidem subtus solarium retrudẽtes. cuius diu postmoduz apparuerũt vestigia: ligantes illũ ad quãdam columnã lapideam. cui⁹ pars adhuc apparet rome ĩ ecclesia sancte Praxedis grisei coloris: varij tamẽ. Nam lapis ip̄e ad albedinẽ tendẽs maculis sub nigris respersus videt̃. Et sic dereliquerũt eũ mercennarijs ⁊ garcõibus ad illudenduz: vbi rectus ad columnã tota nocte ꝑstitit vsq̃ mane. ligatus amore poti⁹ q̃ fune. nec solum afflictus fatigatiõe ⁊ frigore. sed quasi canes rabidi et irritati ad ouiculam innocentem discerpendaz. sic impij a demonibus ⁊ inuidie stimulis incitati circũsteterũt mille modis iniuriãtes ⁊ illudentes vt vel sic illum ad impatiẽtiaz ꝓuocarẽt. Christus autem quasi fidelissim⁹ sponsus patienter ⁊ verecunde tanq̃ in culpa deꝑhensus vultu in terram dimisso cum indicibili mansuetudine ⁊ amore sponsam suã recuperatur⁹ ĩmobiliter ꝑseuerat. Mane autem facto cõuenerunt omnes sacerdotes ⁊ seniores populi cum scribis ⁊ vniuerso cõcilio aduersus Jesum vt euz morti traderent. Consiliũ autez inierũt. quia ex testimonijs p̄habitis non habuerũt aliquid vnde posset accusari coram Pilato sicut reus mortis. Et duxerunt illũ ad cõcilium: dicẽtes. Si tu es christus dic nobis. Et ait illis. Si dixero vobis nõ creditis mihi. si autez interrogauero nõ respõdebitis mihi. neq̃ dimittetis. Ex hoc autem erit filius homĩs sedens ad dexteram virtutis dei. Dixerũt autẽ omnes. Tu es g̃ filius dei. Qui ait. Vos dicitis qꝛ ego sum. At illi dixerunt. Quid adhuc desideramus testimoniũ. ipsi eniz audiuimus de ore eius. Et surgens omnis multitudo eorum vinctuz Jesum adduxerũt. Et scd̃m Bern̄. manibus post tergũ strictissime ligatis ⁊ cathena: vt dicit̃ in collo eius que postea ꝑegrinis ostendebat̃ in iherusalem qui ex magna deuotõe in ea colla sua mittebant. Et hoc intelligendũ est in nouẽ ductionibus domĩ Jesu que facte legunt̃ in eius passione. Paulus autem apostol⁹ memor tam opprobriosarũ ductionũ domini Jesu melius se reputabat ornatũ: vt dic̃ Chriso. Cathenis ferreis ligat⁹ q̃ si regiis cultibus fuisset redimit⁹. In augmẽtũ etiam doloris christi dulcissima mater ei⁹ filiuz captum audiens ⁊ ad eum indicibili cordis angustia ꝓperans in tanta pressura meroris ⁊ cõfusionis illum sequebatur q̃cũq̃ ducebat̃ ꝙ vehementiaz doloris eã velut impotentẽ reddebat ad ambulandũ sed vis amoris impellebat ad imitanduz. Nimirũ cum hee ductiones tam crudeles erant ⁊ plene opprobrijs ꝙ licet volũtarie preibat ad suppliciuz cum cathena tñ eum trahebant. pedib⁹ trucidabãt. fustibus et manibus impellebãt. lutum et lapides in eum ꝓijciebant. maledicebãt ⁊ irridebãt.

Tunc videns Judas qui tradidit euz ꝙ damnatus esset. Nam cõsuetudo iudeorum erat vt quẽ reum mortis adiudicassent vinctũ presidi traderẽt vt sit per hoc eum preses ad dictum morti intelligeret.

Videns ergo Judas eum sic ligatum ⁊ ꝑ hoc intelligens ꝙ dãnatus esset peni-

tentia ductus est licet infructuosa. qꝛ sine spe venie. tum ꝓpter magnitudinē scelerꝫ quo christum in mortez tradidit: cui⁹ tantam sanctitatē expertus fuerat. tum etiā quia damnatōem suaz a christo audierat quem ꝓphetā verissimū sciebat. tum etiā quia tempus merēdi in eo transijt. Unde dicit Bonauētura super. ij. dist. vij. ꝙ homo postq̄ tempus merendi ab ordinatōe diuina sibi p̄fixum in vitijs obstinat⁹ transijt: quātumcūq̄ doluerit nō potest bonaz reacquirere voluntatez. Unde peccatum Jude in principio nō abstulit impossibilitatem ad iusticiā: ⁊ tamē sine peccati additōe ⁊ inuocatiōe solo tempore merendi transeūte: factū est irremissibile. Cui⁹ ratio est quia deus cuz non faciat cōtra suā dispositōem: non offert gratiā que p̄ueniat voluntatē ⁊ formaz ad penitentiā. ⁊ sic remanet voluntas in impenitētia sempiterna ⁊ per cōsequēs in culpa. Nec tamē ꝓpter hoc a bono cessandū est. quia resipiscere ad penitentiā signū est penitentie tēpus nondū trāsisse. ¶ Judas igit̄ in hac penitētia licet infructuosa retulit triginta argenteos: dicens. Peccaui: tradens sanguinē iustū. Si ergo Judas restituit pecuniā male cōquesitā: quomō nunc vsurarius retinet vsurā. symoniac⁹ p̄bendā. vel alter quisq̄ rem alienā male acquisitā vel iniuste. cuz nihilomin⁹ hic sperat veniam ⁊ post mortē vitam eternā? Hec inq̄t fecisti ⁊ tacui. existimasti inique ꝙ ero tui similis ⁊c̄. Nimiꝝ cum Judas retulit penitentiā confessus est culpā. ostendit penitentiā: nec tamē meruit veniam. quia magnitudo sceleris impulit eum in desperationem. Sicut eniz Cayn fratricida crudelis: verū tamen mentita est iniquitas sibi. cum om̄is iniquitas hūana respectū infinite misericordie diuine est velut minima aque guttula ad īmēsitatē amplissimi maris: a qua Judas miser desipiens ⁊ desperans abijt ⁊ laqueo se suspendit. Officiuz eniz desperatōis est sibijp̄i manus plerūq̄ crudeles inijcere. Et in hoc scd̄m Hiero. Judas plus peccauit. quia ī traditōe directe peccauit cōtra christi humanitatē: ⁊ in desperatōe contra eius diuinitatē: scilicet cōtra infinietatē diuīe misericordie. Vide nunc q̄ detestanda sit auaricia: que laqueus est diaboli: quo miseros suspēdit auaros. Felix qui dicere potest cum psal. Quoniā ip̄e liberauit me de laqueo venātium. Quia quos hic a laq̄o liberat: postmodū etiam a verbo aspero ꝓtegit. Ab illo inq̄ verbo. Ite maledicti. ¶ At illi dixerunt. Quid ad nos: tu videris? quasi ⁊ ipsi a traditōe iusti sanguinis essent īmunes. Proinde Judas argenteos in templum ꝓiecit. Et principes sacerdotū acceptis argenteis dixerūt. Non licz eos mittere in carbonā. i. locuz in quo ponebātur oblationes pro reꝑatiōe templi ⁊ alijs necessarijs. O detestabilis sacerdotuz excecatio qui christi occasionē velut sacrificium reputabāt cum tamē venditōis illius preciū nephariū ⁊ ad vsuz templi indignū iudicabāt. liquātes culicē ⁊ camelū glutientes. ¶ Consilio aūt inito emerūt ex illis agrū figuli in sepulturā peregrinoꝝ ꝓpter hoc ager ille vocatus est lingua eorū acheldemach. hoc est ager sanguinis vsq̄ in hodiernū diem. Tunc impletū est illud qd̄ dictū est per ꝓphetam: scilicz Zacha. xj. licz sentētia est aliq̄liter mutata. Et acceperūt triginta argenteos preciū appreciati. i. christi. q̄ue appreciauerunt a filijs israhel. et dederūt eos in agrū figuli sicut cōstituit mihi dn̄s: ¶ Et duxerunt illum ad Pilatū in pretoriū. cui scilicz sentētia diffinitiua reseruabat̄. Et ip̄i nō intrauerunt in pretoriū ne obseruatōes suas violarent: ⁊ cōtaminarent̄ ex ingressu ad hominem gentilē. quia reputabāt īmundos se fieri si domū intrassent alienigene iudicis. Pretorio cōtaminari timebāt liquātes culicem ⁊c̄. Sed manducarēt pascha non agnū paschalē. quia iam comederāt: sed azimos panes quos per septē dies paschales manducabāt. Dies eniz agere ceperant azimoꝝ in quib⁹ illis erat cōtaminatio in alienigene habitaculū intrare. Licet enim dies in qua comedebat̄ agn⁹ proprie pasca dicebat̄. inueniūtur tamen dies azimoꝝ sequētes pascha noīari in q̄b⁹

nihil fermentatū in domibus eoꝝ inueniri debuit. ¶ Exiuit ergo Pilatus ad eos foras ⁊ dixit. Quā accusatōem affertis erga hominē hunc. Habetur enīz in legibus romanoꝝ ꝙ nemo ꝑdemnaret: nisi priꝰ accusaretur ⁊ accusatus haberet locum defendendi. Cum ergo videbat eum ligatuz in signū damnatōis: ideo de causa querebat vt sic audita causa ſm modū romanū ꝓcederet. Principes autem sacerdotū et scribe suas accusatiōes sciētes esse falsas ad primū quesitum Pilati nullam accusationem specificarūt: sed rñderūt ei: dicentes. ¶ Si non esset hic malefactor: quē sciebat in lege ꝓcepit dñs interfici nos q̄ tāte sumus religiositatis. auctoritatis. veritatis. ⁊ iusticie. non tradidissem⁹ eum tibi vinctū quasi morte dignuz. quasi dicerent. Simplici verbo sine aliqua inquisitione nobis merito credi deberet: qui illuz examinauim⁹ et morte dignū inuenimus. Pilatus ergo putās eos accusatōem subticere: quoniā in eoꝝ legibus aliquid commisisset: ꝓ quo ſm legem eoꝝ verberib⁹ puniēdus esset recusauit causam ⁊ iudicium ad ipos remisit: dicēs. ¶ Accipite euz vos ⁊ ſm legem vrām iudicate. Dixerunt ꝯ iudei. Nobis non licet interficere quēq̄. quia iudiciuz sanguinis iudici romano reseruabat. vt sermo Jesu impleret quez dixit. Filius hominis tradetur gentib⁹ ad illudendū ⁊ flagellandū ⁊ crucifigendū: signās qua morte esset moriturꝰ. Tunc Pilatus intelligēs ꝙ non legalē penam: sed interfectōez christi peterent: causam condignā mortis audire voluit. ¶ Ceperūt eum igitur accusare in tribus specificādo dicentes. Hunc inuenim⁹ subuertentē gentem nostrā ⁊ ꝓhibentē tributa dari cesari. ⁊ dicentē se esse christū regem. Q̄ aūt subuertebat gentē a cultura legis falsum erat: eo ꝙ ecōtrario Jesus docuerat: dicens. Non veni soluere legē: sed implere. Contra secundū etiā dixerat. Reddite cesari q̄ sunt cesaris ⁊ dei q̄ sunt deo. Denicz terciū erat falsuz. qz cū volebāt euz turbe regez ꝓstituere: declinabat ab eis ⁊ abscōdit se. ¶ Introiuit ergo Pilatus itez in pretoriū qō erat in domo sua: vt tibi magꝭ pacifice christū examīaret extra tumultū iudeoꝝ qui non audebāt intrare pretoriū ne cōtaminarent. ¶ Et interrogauit Jesum: dicens. Tu es rex iudeoꝝ. quasi diceret. Est hoc vez ꝙ velis tibi vsurpare regnuz. Scōm Theophilū autē hec interrogauit in ꝓemptū obiecti criminis ⁊ accusatiōem iudeoꝝ: q̄si subsanādo dicat. Tu pauper vilis ⁊ nudus hominū cui nullus adiutor accusaris ꝙ ad regni ambitiōem aspiras ad qō opus est multoꝝ adiutoriū ⁊ sumptuū. ¶ Rñdit Jesus. A temetipo hoc dicis: an alij tibi dixerūt de me. q̄si diceret. Cōcepisti hanc opinionē de me per temetipm. Rñdit Pilat⁹. Nunq̄d ego iudeus sum. q̄si diceret. Ex me non concepi qz nō sum iude⁹. ⁊ sic ex libris iudaicis inuestigare non possuz. Sed gens tua ⁊ pōtifices ad quos ꝓtinet iuestigare talia tradiderūt te mihi super hoc te accusantes. quid feciſti? Rñdit Jesus. Regnū meuz non est de hoc mūdo: sicut suspicaris. Si ex hoc mūdo esset regnū meū: ministri mei vtiq̄ decertarēt vt non traderer iudeis. nunc autem regnū meū non est hinc. Et sic satisfecit ad questionē bene dicēdo ꝙ non q̄rebat regnū tempale inter iudeos. Sed qz ꝓcessit se fore regē cōcludit. Nunc aūt regnū meum non est hinc. q̄ntū scz ad ista tempalia querēda. Intelligēs igit Pilatus esse se regez alicui⁹ regni de quo romani se nō intromitterēt hoc magis determinate scire cupiens: ait. ¶ Ergo rex es tu. Rñdit Jesus. Tu dicis: scilicz veritatez qz rex sum ego. Et hui⁹ regni ꝓditionē declarans: subdit. Ego in hoc nat⁹ sum tēporaliter. ⁊ ad hoc veni in mundū carnē assumens vt testimoniū ꝓhibeā veritati: scilicet docēdo ⁊ radicādo veritatē in cordibus fideliū. Omīs qui est ex veritate prima que deus est non solū ꝓcreatiōem: sed etiā ꝓimitatōem ⁊ subiectōem. audit vocem meā corde credēdo ⁊ opere obediendo. ⁊ in talib⁹ est regnū meum qō alioꝝ regnū nō impedit seu dominiū. ¶ Dicit iterum Pilat⁹. Quid est veritas. Intellexit enim ꝙ hoc in generali dominiuz aliqō

existens extra cōmunem moduz hominū. ⁊ ideo querit de illa veritate: cui⁹ virtute ⁊ participatōne efficiunt̄ hoīes de regno christi. Et hoc est verum si intelligat̄ de increata veritate que filio appropriat̄. Nō veritas per quā homīes efficiunt̄ in psenti de regno christi est q̄dā impssio ⁊ participatio diuine veritatis. Omis ergo qui est ex veritate audit vocez meā. i. obedit. Cōmendat enim in hoc grām suam. q3 fm ppositum quosdā vocat. Nam si naturā cogitem⁹ in qua creati sumus: quis nō est ex veritate cum omnis veritas ipsa creauit? Sed non omnes sunt quib⁹ vt obediant veritati ex ipa veritate prestat̄. Naz hoc donū non omnibus ex veritate collatū est. q3 dilexerūt homīes magis tenebras q̄z lucem. Cui⁹ questiōis rnsionez Pilat⁹ non expectauit. q3 de regno spūali nō fuit. ⁊ iam percepit christi innocentiā ⁊ iudeoz maliciā. ⁊ ideo pcedere voluit ad ei⁹ liberatōem. ¶ Et cum hoc dixisset iteruz exiuit ad iudeos: dicēs. Nihil inuenio causse in hoc homīe. Tunc accusabāt euz summi sacerdotes in multis. Et cuz accusaretur non rndit. ¶ Tunc dicit ei Pilatus. Non rndes quicq̄. vides in q̄ntum te aculant. Jesus aut̄ non rndit ei ad vllum verbū. ita vt miraret̄ preses vehementer. Dignuz enim ei magno miraculo videbat̄ q̄ exhibitus christ⁹ ad crimīale iudiciū imperturbabilis staret ante mort̄ qui aput omnes homīes terribilis estimat̄. ¶ Tandem aut̄ inualescebāt illi: dicētes. Commouit vniuersum populū docens per vniuersaz iudeā ⁊ incipiēs a galilea vsq̄huc. Pilatus aut̄ audiēs galileaz: interrogauit si homo galile⁹ esset. Et vt cognouit q̄ de herodis pot estate esset remisit eum ad herodē qui iherosolimis erat illis diebus ppter solēnitatē. q3 credebat q̄ herodes libenter homīez liberaret. q3 erat de terra sua maxime innocentē. ¶ Qui viso Jesu gauisus est. q3 ex multo tpe cupiebat videre Jesum. scz a decollatōe Johānis: cuz incepit Jesus publice p̄dicare. non tamē ppter deuotōem: sed ppter curiositatem. quoniā audierat multa de eo, et sperabat aliq̄ signū videri ab eo. ¶ Interrogauit autem illuz multis sermonib⁹: ⁊ ipe nihil illi rndebat. quia dignus nō erat: eo q̄ potius quereret curiositatē q̄z veritatez. ¶ Stabāt aūt principes sacerdotū ⁊ scribe cōstanter accusantes euz. Jesus autē stans cora eis tanq̄ agnus mansuet⁹ vultu in terra dimisso velut indeprehensus. nec signū aliq̄ voluit ostēdere. nec verbū excusatōis depromere: ne forsan ex p honoraretur ab Herode: vel liberaret̄. Quem Herodes fatuū reputans sprexit cū exercitu suo. ⁊ indutū alba veste remisit ad Pilatuz vt eū honoraret sicut ei prius detulerat. Et ex reuerētia sibi mutuo facta: facti sunt amici. Nā antea inimici erant ad inuicē, ppter galileos quos occiderat Pilatus miscēs sanguinē eoz cum sacrificijs Dicit enim magister in historiis q⁹ magus quidā de galilea dixit se filiū dei. qui cum multos seduxisset. ⁊ in montē garisim secum duxisset: inde se ꝓmittens ascensurū in celū sacrificabāt tanq̄ filio dei. Pilatus ergo superueniēs cum armis interfecit eum ⁊ omnes sacrificātes: ne maior seditio fieret. ¶ Porro cum ab Herode ducebat̄ indutus alba veste: tunc cū incredibili despectiōe, cōfusione, crudelitate impellebatur vndiq̄. Naz insurgētes in eū vniuersi cum dies esset. ⁊ subsannātes irrogabant ei cōuitia multa q̄ cuncta placito vultu fixis ī terrā luminib⁹ incedēs patientissime sustinebat. Unde pedes illius sanctissimi pacē euāgelizātis in vijs illis petrosis ⁊ aspis vulnerabant̄. eo q̄ cū impetu ⁊ impulsu nudis incedentē pedibus duxerūt ⁊ reduxerunt de vna parte vie in aliam partē retrudentes. Ex hoc enim ⁊ sacra illius vestigia sanguinolēta reddebantur. sicq̄ currēs p spinas ⁊ tribulos ouez perditam requirebat. Voluit aut̄ ad diuersos iudices ⁊ in diuersa loca Jesus duci. vt posteris suis exemplū relinq̄ret patientie sue cōstantie humilitatis: quos a fratrib⁹ ⁊ cognatis regib⁹ ⁊ principibus tradendos p̄sciebat. Nā simile quid legit̄ in Jacob. de duabus mulierib⁹ que circūscidebāt infantes suos quib⁹ ad vbera suspē q

sis in eaz cõtumeliã per ciuitatẽ circũducte tandem cum infantibus per muz sunt ꝓcipitate. Denicz hic attẽde diabolũ disiuncta vbicz ꝙiungentẽ: scz Pilatũ ⁊ Herodem vt christi pagat necem. Nam disiunctos impietatis federe ꝙiũgere solet.

Pilat⁹ ergo ꝙuocatis ꝓncipib⁹ sacerdotum ⁊ magistratib⁹ ⁊ plebe: dixit ad illos. Obtulistis mihi hũc hominẽ ꝙsi auertentẽ populũ ⁊ ecce ego coꝝ vobis interrogans nullaz in eo inuenio causaz ex his in quib⁹ eũ accusatis. sed necz Herodes. Nam remisi vos ad illũ ⁊ nihil dignũ morte actũ est ei. Letez qz angel⁹ dñi in nocte paschali saluauit hebreos ⁊ ꝓcussit ꝓmogenita egyptioz. ideo in memoria hui⁹ bñficij mos erat iudeis ꝙ in solẽnitate paschali saluabãt vnum morte obnoxiũ: ⁊ aliqs ad mortẽ damnatos interficiebãt ad repsentandũ saluatorem iudeoz ⁊ interfectionem egyptioz. quã cõsuetudinẽ etiam ab imperatoz romanorũ officio impetrauerant ꝓseruari. Nõ Pilatus recolẽs ad bficiendũz ꝓius allegat innocentiã christi: dicẽs. Ego in eo nullã inuenio causaz. Deinde subinfert eoz ꝙsuetudinẽ: dicens

Est aũt ꝙsuetudo vobis vt vnũ dimittam vobis in pascha. vultis ergo dimittã vobis regem iudeoz? Non dixit qz peccauit ⁊ dignus est morte: donate eũ festo. sz primo excusans eũ ex supabundãti rogat vt si nollent eum vt innocẽtem dimittere: saltẽ vt obnoxiũ festo donarẽt. Scõm aliam autẽ euangelistã ꝓposuit illis optõem ꝙ eligerẽt Jesuz vel Barrabã ⁊ nullum aliũ. quia non credebat ꝙ eligerent Barrabã sedicioſuz ⁊ pessimũ q̃ dicit insignis ex famositate sui criminis. Sz intantũ iudei christũ oderãt ꝙ ne christus supueniret hominez pessimũ liberare ꝑeligerent.

Principes aũt sacerdotũ ⁊ seniores cõcitauerũt turbam vt peterent Barrabã: Jesum vo perderent. Exclamauit g̃ vniuersa turba: dicens. Tolle hunc ⁊ dimitte nobis Barrabã. Iterez ergo Pilatus locutus est ad illos volẽs dimittere Jesuz. qz sciebat ꝙ per inuidiaz solam tradidissent eũ. qz desertis sacrificijs tot⁹ mund⁹ post eum abijt. Quid ergo vultis faciã regi iudeoz. At illi rñderũt: dicẽtes. Crucifige crucifige euz. In quo multiplicauerunt impietatis sue mensurã. non solũ homicidã postulãtes ad vitã: sed iustũ etiaz ad mortẽ. ⁊ mortẽ crucẽ turpissimã ⁊ acerbissimã. eo ꝙ in ligno pendẽtes ꝓfixis clauis manibus ⁊ pedibus morte ꝓlata necabanť. nõ ꝙ longã eius vitã eligebãt: sz ne doloz citius finiret ipam mortẽ ꝓtẽ debãt. Pilat⁹ autẽ tercio dicebat eis. Quid enĩ mali fecit iste. nullã causaz mortis inuenio in eo. Corripiã ergo illũ ⁊ dimittã. At illi magis clamabãt ⁊ instabãt vocib⁹ magnis postulãtes vt crucifigeretur. Tunc Pilatus ex eoz clamore ꝓsiderãs ꝙ nullo modo poterat dimittere Jesum omino libez. Appꝛehẽdit euz ⁊ flagellauit tanq̃ regnare volentẽ: sed nõ potentem. vt sic inuidie iudeoruz satisfaceret. ⁊ iudei sanguine Jesu satiati videntes punitũ vltra ꝓdignũ a petitõe sua desisterẽt

Ligatus est igiť innocẽs Jesus ad columnã rubei coloris rendẽtis ad nigredinem. cui⁹ maioꝛ pars est in ecclesia mõtis syon ⁊ dñici cruoris cernẽtib⁹ vsq̃ hodie vestigia certa mõstrat. vt dicit Beda super Lucã. Quẽ a quatuoꝛ militib⁹ sub invicem succedẽtib⁹ acerrime flagellari ꝓcepit. tam in anteriore parte coꝛpis q̃m in posteriore. ⁊ illud sanctissimũ coꝛp⁹ ac pectus dei capax flagellis secuerũt. ita ꝙ cutis illa tenerrima nodis flagelloꝛ cũ carne ⁊ sanguine adhereret. sic ꝙ a plãta pedis vsq̃ ad verticẽ capitis nõ est in eo sanitas. Et vt dicit Bonauẽtura. Supaddit⁹ vuln⁹ sup̃ vulnus: luoꝛ super luoꝛẽ: fractura super fracturã. reiterať ⁊ spissatur quousq̃ tam toꝛtoꝛib⁹ q̃m spectatoꝛib⁹ fatigatis solui iubeť. Et ideo licz cuidã reuelatum erat deuote ꝓsone ꝙ christus. v. milia. cccc. ⁊. lxxv. vulnera susceꝑit. credẽdum est tamẽ ea multifoꝛmiter fuisse multiplicata. ⁊ nouis semꝑ ictib⁹ ingemiata. Quia si vt ꝓcipit Deutro. xxiij. Pro mẽsura peccati modus erat plagaz. Christ⁹ qui pro innumerabilib⁹ peccatis flagella suscepit innumerabilia vulnera pariformiter

acceptasse creditur. Dō innuens Ysaias .j. ait. A planta pedis vsq; ad verticem nō est in eo sanitas. Aug⁹. tamen in sermone quodam sentire videtur. q; in flagellatiōe christus iacuit ante Pilatuz. Et vtrunq; potuit esse, vt prius iacens virgis cederetur: deinde ligatus ad columnaz flagellis licet ab euāgelistis non distinguāt. vel q; post datam sententiaz mortis flagellaretur ꝑm decreta romanorū: vt post videbitur. aut virgis cederetur. quia sepe pro eodez ponūtur. Vnde dicit Augus. Ecce iaz dominus aptatur ad verbera. ecce iaz cedit. rumpit sanctam cutem violentia flagellorum. ⁊ repetitis ictibus crudelia verbera scapulaz terga cōscindunt. Prochdolor iacet extensus ante hominē deus. ⁊ supplicium patitur rei in quo nullus peccati vestigium potuit inueniri. O q̄lamentabile spectaculum erat istud oculis dolorosissime matris. Legitur enim in libro celestiū reuelationū. q; beata virgo ad ꝓmū ictuz flagelli cecidit quasi mortua. Cunq; paululum resumpsisset spiritum vidit virgineam carnez filij tam crudeliter plagis vulnerari q; locus vbi pedes filij sui stabant totus sanguine defluēte repleretur. Incessus etiaz suus post flagellationez ex vestigijs sanguinolētus cognosceretur. Hic exclamat Bonauētura: dicens. O tu homo perdite totius cōfusionis contritiōisq; huius existens causa: quomō non in fletum prumpis? Ecce innocētissim⁹ agnus vt a te sententia iusta damnatiōis eriperet iniusto pro te elegit iudicio cōdemnari: que non rapuit pro te soluens. ⁊ tu anima mea nequā ⁊ impia nec deuotōnis exsoluis gratitudinem. nec compassiōis rependis affectū. Quid ad hec dicturi sunt qui mollibus assueti tegumīnibus indumētis lectis alijsq; corporis necessarijs. nec quidem hoc cogitare volunt quinīmo vermium escam vngentis deliniunt ⁊ depingunt: ac speciebus bene olentibus se preparant ad capiendas animas. vt vbicunq; veniant flagrātiaz odoris respergant. In delicijs alacres. i penitētia desides. paradisum alteruz in terra sibi fabricare conant: vt de delicijs ad delicias transferantur. Falleris semper falleris: ait Hieronim⁹. Denicq; figura huius flagellatōis precessit in flagellatōne Hieremie. quem Fassur flagellauit: vt habetur ibidem. xx. Figura vo ligati Jesu Achior representat in Judith. vj. Hic enim ligatus fuerat ad arborem propter veritatem quam Oloferni dixerat. Christ⁹ ad colūnaz propter veritatem quam iudeis ꝓdicauerat. Achior quia noluit Oloferni loqui placētia. Christus quia reꝓhendit iudeorum vitia. Post flagellationez autem illius quidam impijssimi suggerebāt Pilato: dicentes. Domine hic se regem fecit: vestiamus ⁊ coronem⁹ eū more regio. Annuit Pilatus vt sic iudei magis satiati sanguinem iusti videntes eum punitum vltra condignum a petitione mortis eius desisterent.

¶ Milites ergo suscipientes Jesum duxerunt eum in atrium pretorij: vt illi magis illuderent in loco patenti. ⁊ congregauerunt ad euz vniuersam cohortē. Et exuentes eum iterum coram multitudine vestimentis suis clamidem rubeaz turpem ⁊ veterem ei circumdederūt in similitudine purpure qua reges vtebātur: vt sic omnibus derisui appareat. sic ⁊ antea fecit Herodes alba veste deludens eum. Deinde plectentes coronam de spinis ad similitudinē corone regie: que fertur fuisse de iuncis marinis. quorum aculei sunt adeo duri ⁊ sic penetratiui q; manibus lictoz minime poterant tractari. sed lignis ⁊ lapidibus eam tam valide capiti suo tremendo imprimebant. Dō scōm Bernardū caput illud diuinum densitate spinarum illarum vsq; ad cerebrum fuerat transfixum. ita vt sanguis de capite copiose fluēs. frōtem genas ⁊ collum perfunderet ita abunde q; riuuli per girum defluentes pene sibi visum et auditum obruerent. quam illi pro diademate regio tam penaliter in cōtemptū imposuerunt. Et sic in corona spinea scōm Bedam nostrorum susceptio peccatorum ostenditur. Tandem vo pro regali sceptro dederunt arundinem in manu eius. per hoc signantes reguum quod

sibi vsurpasse videbatur esse vacuuz ⁊ in-
firmũ. His igitur adhibitis genuflexo an
te eum illudebant ei: dicentes. ¶ Aue rex
iudeorum. quasi dicerent. Regnare volu-
isti nec potuisti. Et sic eorum illusio iudeo
rum accusatõni correspõdebat. Et quidã
expuentes in eum sicut in personam con-
temptibilẽ: acceperunt arundinem de ma
nu eius ⁊ percutiebant caput eius ratio-
ne cõtemptus ⁊ etiam infligendi doloris
cuz ex tali percussiõe aculei corone spinee
capiti illius fortius infigebantur. Et post
q̃ illuserũt ei in omnibus que supra dicta
sunt: exijt iterum Pilatus foras et dixit
eis. ¶ Ecce adduco eum foras postq̃ di-
ligenter euz examinaui ⁊ flagellaui ad sa
tisfaciendum vobis. vt cognoscatis quia
in eo nullam inuenio causam. ¶ Exijt er-
go Jesus portans coronã spineam ⁊ pur
pureum vestimentum cum arundineo sce-
ptro. scdm Augustinuz. non clarus impe-
rio: sed plenus opprobrio. spinis pũctus.
sputis illusus. flagellis cesus. Et dixit eis
¶ Ecce homo. miserabilior omnibus ho-
minibus. multis repletus miserijs. Qua-
si diceret scdm Augustinuz. Si regi inui-
detis iam parcite. quia deiectuz videtis.
Sferuet ignominia: frigescat inuidia. Quã
nimirum ostensionem christi sacerdos re-
presentat in eleuatione sanctissimi sacra-
menti: quod est illud dulcissimuz memori-
ale dominice passiõis: dicẽte domĩo. Hec
quotienscũq̃ feceritis: in mei memoriam
facietz. Quasi diceret sacerdos. Ecce ho-
mo. Et reduc ad memoriam illius diligen
tiam ⁊ fidelitatem ad salutẽ tuam: ac pro
priam negligentiaz ad emendatõnem tu-
am. ĩmo propriam industriam ad perditi
onem tuam. Ecce inquit homo o superbe:
ingrate: terra ⁊ cinis: vilis homũcio. quia
deus est pro te tantis illusus opprobrijs.
omniuz virorum factus nouissimus. vt di
ceret. Ego sum vermis ⁊ non homo. Et si
homo per naturam: tamen opprobriuz ho
minum ⁊ abiectio plebis. O altissimum ⁊
nouissimuz. o humilem ⁊ sublimẽ. o oppro
brium hominuz ⁊ gaudium angelorũ. Il
le spinis coronatus est. ve cũctis qui post

tã clarꝝ humilitatis exemplum superbe fe
runtur in altum. qui compti crine crispan
ti in contumeliam coronati Jesu non ve
rẽtur incedere. Coronemus inquiũt nos
rosis anteq̃ marcescant. Quibus pro cri
spante crine caluicium. pro roseolo ferto
cassis enea reseruatur. Cur enĩ non recor
dantur illius diuini et sanctissimi capitis
quod angelicis tremendum spiritib⁹ pro
nostra vanitate purganda tanta confusi-
one deijcitur: et tam crudeliter spinarum
infixione quassatur. Sed quid iuxta pro-
pheticum contemptum de vaccis samarie
proferam. Dicit enim Amos. iiij. ca. Au-
dite verbum domini vacce pingues qui e-
stis in monte samarie. qui calumniaz faci-
tis egenis. et confringitis pauperes. qui
dicitis dominis vestris: afferte ⁊ bibem⁹
ĩmo spoliate: diripite: exactionate. iniuste
congregate vt eis vtamur in superfluita-
te: in superbia ⁊ abusione. Hee nãq̃ in cõ
temptum opificis. ad complacendum ho-
minibus cornua quedam monstruosa mo
re pecudum pretendunt. nescio cuius in-
stinctu videntur edocte. Vnum tamen sci
re velim. an figmenti hui⁹ detestabilis or-
natus exemplar a figuris demonũ vel be-
stiarum assumpserit exordium. Scio equi
dem q̃ sicut natura suffragante pecudes
ornantur his insignijs: sic ⁊ demones de-
pinguntur eisdez monstruositatibus. Vi
ri vero earum in vesaniam versi motu re-
trogrado rostratorum calciamentorũ ab
usionem assumere. Alij vero q̃plures taz
vestimentorum q̃ colorum curiositate cir
cumdati: in propriam damnatõnem mise
rie vanitati iugiter aggaudent ⁊ letant̃.
Inter quos tamen genus quoddam im-
pietatis detestande surrexit ad instar pa
uonis: caudis incedens longissimis. ⁊ pul
uerez excitans quocunq̃ transierit. velut
deniq̃ redam diabolo parans qua veha-
tur ad ecclesiam vel ad alia loca. Sicut re
fert Cesarius de quodaz plebano deuoto
⁊ honesto. qui dum aqua benedicta popu
lum aspergente videns matronaz ad osti-
um ecclesie venientem: ⁊ varijs monilib⁹
⁊ ornamentis ⁊ depictã. sup̃ cui⁹ caudam

longissimam multitudinez demonem resi
dere conspexit. qui parui erant vt glires
nigri vt ethiopes. ore cachinantes. mani
bus plaudentes. et sicut pisces in sagena cō
clusi saltantes. qui ipam q̄drigā foras ex
pectare fecit. plebē aduocauit. demones
ne fugerēt cōiurauit. et vt omnes viderēt
oratiōib⁹ obtinuit. Intelligēs mulier ob
vestimētoz superbiā a demonib⁹ sic derisui
se habitā domū redijt. vestimēta mutauit
et multis hec visio hūilitatis occasio fuit.
Viri aūt ecōtra decurtati vsq; ad nates
turpiter incedūt: qō tempe Dauid maxi
ma confusio fuit. Vm⁹ igitur abūdantia al
terius inopiā suppleat. et in vtroq; raz de
testandā cōfusionē rescindat. Quedā de
niq; vniuersis abominatōibus detestabili
oze et demonū martyres extractis crini
bus venustatē obnubilātibus faciem suā
succo purpurisso vel cerusa et scibio depin
gere et linire: maculisq; peregrinū colorē
subīducere conant. piceo tandē colore de
monū misterio ōturpāde. Cur ñ respiciūt
in faciē christi sui sputis illitā et sanguine
cōsperssam. quoz cōmixtiōe sordidata qua
si leprosa videbatur. O dignatio diuīa. o
p̄sumptio hūana. o diuīna largitudo et hu
mana ingratitudo. Ecce inq; homo o deli
cati milites negligentia torpentes. ad ar
dua pusillanimes. et ad sensualia fortes.
Qui vt dicit Amos. vj. Dormitis ī lectis
eburneis. et lasciuitis in stratis vēris. q̄ co
meditis agnū de grege. et vitulos de me
dio armēti. qui canitis ad vocē psalterij:
bibentes in fialis vinū. et optimo vngēto
delibuti. et nihil patiebam̄ super cōtritōe
Joseph. His eniz cōminat eternū ve. cū
īmediate p̄mittit: dicens. Ve qui opulēti
estis in syon etc. Ecce rex tuus quanto stu
dio labore et erūna tam viuēs q̄ moriens
saluti tue medicinā parēs infatigabiliter
pseuerat. nec decz sub spinato capite cor
pus gerere delicio sum. Sequūtur enim il
lud qui sunt ex p̄te ei⁹ ppter qō hec est ap
plausio cōmunis omniū saluandoruz. Isti
sunt qui venerūt ex magna tribulatiōe: et
lauerūt stolas suas in sanguine agni. Ce
teris ño reseruatur illa sententia. Quan
tum glorificauit se et in delicijs fuit: tantū
date illi tormentū et luctū. quia multa fla
gella peccatoris. Ecce homo. Et tu aua
re qui cōgregas contra te denssum et lutuz
in contumeliaz dei: et pernicie tui iniuriaz
primi. Tu causa primaria traditōis chri
sti. tu alter Judas in iniusticijs lucraris
nummuz. et vendis christuz in mendacijs.
periurijs. deceptiōibus. infidelitatib⁹. in
minore mensura: pondere: et regula. Ecce
homo qui pro salute tua exul a patria nō
habuit vbi caput suū reclinaret. suis spo
liatus vestibus. alienis indutus. et tandē
totus nudus crucifixus. O paupertas q̄n
ta es in homine deo. qui nec tota vita sua
habuit: nisi vestimenta vilia. et qualia taz
pauperis matris filiuz habere decuit qui
bus ad strictissimā necessitatē dumtaxat
vtebatur. Vere dicere poterat. Ego au
tem mendicus sum et pauper. Deniq; et tu
inuide celestior vniuersis quid ad instar
scabronis aliorum infortunijs quasi ster
coribus pasceris. Ecce homo et erubesce:
quinimo valide cōtremisce. quia tua cru
delitas sola causa mortis extitit. Tu cau
sa crucifixionis Jesu. qua tam crudelissi
ma q̄ turpissima morte in eum desseuisti.
Auaricia penitente in persecutōnis furia
perseuerasti. nullam execrans iniuriam.
nullam iniusticiam. nullam violentiā. Tu
fomentum inferni. nutrimentum diaboli.
tu damnatoruz exercicium: et eternuz sup
plicium. O peccatum horribile quod pre
omnibus domin⁹ omnipotens detestatur
dum adsq; diuinum odium derivatur.
quasi contra propriaz naturam diuine pi
etatis et charitatis a diabolo singulari
ter adinuentum. Quid ni detestetur illud
quo plasma suum perdidit quo primū fra
tricidium in mundo cōmissum. et illud de
testabile crimen venditionis Joseph ad
inuentū. quo deniq; Saul primus rex isra
hel agitatur et possidē a sathana vt Da
uid innoxiuz interficeret. Et quid dicam.
nonne hec est singularis illa bestia come
dens carnes plurimas: que etiam mundū
cōturbat et decipit vniuersum. et tam infi
nitos perimens emittit ad inferos? Dis

audire rugitum illius? Cum vidissent Jesum iudices et ministri clamauerũt horribiliter: dicentes. Crucifige euz. Agnoscẽtes enim q̃ per talẽ illusionẽ vellet eũ Pilatus dimittere: tanq̃ innudissimi nec opprobrio q̃renti. nec Pilati excusatõe quierati clamabãt: ꝛ alios ad clamandũ incitabãt. oñdentes q̃ nulla pena sufficeret illis: nisi vt morte turpissima moreret. Dixit eis Pilatus indignando ꝛ irridendo. ¶ Accipite eũ vos ꝛ crucifigite. Non esset habebãt potestatem aliquẽ iudicandi ad mortem. quasi diceret. Si potestatẽ habetis iudicandi quenq̃ ad mortẽ sine causa hoc ageretis: sed non ego. Nã in eo causam damnatõis nõ inuenio. Videntes ergo iudei q̃ non acquiesceret eoz clamoribus: alias ratões adducere ceperũt. dicẽtes eum egisse cõtra legem dei ꝛ imperatoris ¶ Nos legez habem⁹ inquiũt a deo datam: ꝛ sm legem debet mori. Precipit enim Leuit. xxiiij. q̃ blasphemi occidant. quale crimẽ sibi imponebãt. qz se filiũ dei fecit. ¶ Cum igitur Pilatus audiuit hunc sermonem magis timuit ne forte verus esset filius dei: et factum enorme fecisset illum flagellando. Et ingressus est p̃torĩũ iterũ vt hui⁹ rei veritatẽ inquireret. et dixit ad Jesum. ¶ Unde es tu? querẽs scz de origine diuĩa sm veritatẽ. Jesus aũt qz Pilat⁹ adhuc gentil erat ꝛ idolatra filij generationẽ in diuinis nõ capiẽs: rñsuz nõ dedit ei. Admirãs ergo Pilat⁹ de eius taciturnitate cũ esset in puncto liberatõis vt damnatõis: ait. ¶ Mihi non loq̃ris. neſcis qz potestatem habeo crucifigere te. ꝛ potestatẽ habeo dimittere te. Rñdit Jesus. Nõ haberes potestatẽ aduersus me vllã nisi tibi datũ eẽt desup: a p̃cipib⁹ romanoz. Et ex hoc arguit eius peccatũ. qz non accepat potestatẽ ꝺ demnãdi innocentes: sed magis liberãdi. Sed qz Pilat⁹ nõ fecit hoc ex ĩuidia: sed ex timore mot⁹ ostẽdit christ⁹ peccatũ eius esse minus q̃ Jude. qui motus fuit ex cupiditate. ꝛ iudeoz qui mori fuerunt ex inuidia ꝛ rancore: dicens. ¶ Propterea qui tradidit me tibi: magis peccatũ habet. Nihil enim refert q̃tum ad intentõem culpe hoĩem occidere lingua vel gladio. Dicit enim p̃s. Lingua eoz gladius accutus. Et loquit ad literam de iudeis clamãtib⁹ Crucifige. Super quo dicit Aug⁹. Noli attendere inermes manus. sed os armatũ. Inde gladi⁹ p̃cessit quo christ⁹ occideret. Acuerũt cõtra euz vt gladiũ linguas suas. Et exinde querebat Pilatus dimittere eũ. qđ videtes iudei crimen in eũ rebellionis cõtra cesarem retorq̃re parabãt: dicentes. ¶ Si hunc dimittis non es amicus cesaris. omnis enim qui se regẽ facit cõtradicit cesari. Et sic secundã accusatõem opponebãt. eum scz egisse cõtra legẽ cesaris. ꝛ sic non esset amicus cesaris amorẽ eius non zelãdo. ¶ Pilatus aũt cum audisset hos sm̃ones adduxit foras Jesuz. ꝛ sedit p tribunali iudicatur⁹. quia prius oĩa p̃cesserant sine forma iudicij. ¶ Tũc misit ad euz vroz sua: dicens. Nihil tibi ꝛ iusto illi. i. nõ intromittas te de morte eius. Multa enim passa sum p̃ visuz p̃pter illũ. Diabol⁹ enim intelligẽs se spolia sua p̃pter christũ amissurum. sicut primo per mulierem mortem intulerat: sic modo per mulierez vult christum de manibus iudeorũ liberare. ne per eius mortẽ mortis amittat impiuz. ¶ Dicit ergo iudeis Pilatus. Ecce rex vester Quasi diceret. mirũ certe q̃ hũc hominẽ abiectuz ac ad omnia ludibria ꝛ tormẽta sic patientẽ dicitis vsurpare sibi velle nomen regium. Illi autem videtes eum vt canes rabidi clamabãt. ¶ Tolle tolle crucifige eum. quasi dicerent. Non differas ferre mortis sententiã. quia grauis est nobis ad videndum. Multi autem de populo moti fleuerũt vberrime tam iniustã innocentis oppressionez. Nam vt dicitur in euangelio Nicodemi intuit⁹ preses populuz vt plures eoz vidit lacrimãtes: dixit. Non omnis multitudo vult eũ mori ¶ Dicit eis Pilatus. Regem vestrum crucifigam. q̃si diceret. Ex quo eum regnare formidatis et de hoc iam fama fuit: erit vobis magna verecũdia si morte moriatur tã abiecta. Unde etiaz ꝛ ipse postea scripsit titulum crucis ad eorũ verecundiam.

Responderũt põtifices. Non habem⁹ regem: nisi cesarẽ. obligãtes se ꝓpter mortem christi ꝓcurandã perpetue romanoꝝ seruituti. Et ideo timuit Pilat⁹: ne si hoc refutaret accusaret̃ apud cesarem. Videns ergo Pilat⁹ ꝙ nihil ꝓficeret: ostendendo christi innocẽtiã. sed magis tumultus populi in cõtrariuz fieret. accepta aq̃ lauit manus suas coram omnib⁹: dicens. Innocẽs ego suz a sanguine iusti huius. vos videritis. quasi diceret. Ego quidez innocentẽ liberare volui: sz qꝛ seditio oritur ⁊ ꝯtra cesarẽ rebellionis mihi crimen impingit̃. ideo ꝓtestor coram deo ⁊ man⁹ meas coram vobis lauo, quasi innocẽs. et de morte christi nolo vllam habere culpã. qđ autem facio ꝯtra iusticiã ⁊ ratõem coactus facio. vos videritis. Ego suz legis minister. ⁊ vox vestra iusti sanguinez fundit. Hec autẽ ideo fecit vt iudei totũ peccatum acciperẽt supra se ⁊ ipse ĩmunis esset a peccato. sed hoc nõ sufficit ad omnimodã eius excusatõem. quia cum esset iudex ex officio tenebat̃ seruare iusticiam. ⁊ ideo grauiter peccauit ꝯtrariuz faciendo ꝓpter timorẽ inordinatũ qui suam ꝑualẽtiam habuit ex trib⁹: sicut in iudicibus iniquis assolet. Primuz erat amor officij qđ ab imꝑatore cõcessum amittere timebat. Secundũ erat fauor iudaici populi quem seruare volebat. Terciũ erat cupiditas ꝓmissi ꝑcij quo ꝓuari nolebat. Unde ⁊ nostri iudices ⁊ rectores frequẽter precibus ⁊ fauorib⁹ vel intercessorib⁹ iudiciariã sibi vendicãt potestatẽ. Cui⁹ gratia? quo fine? ꝓfecto vt cum potestatẽ habuerint super alios benefici vocent̃. ⁊ sic laudet̃ peccator in desiderijs anime sue. Sicqꝫ se ceteris ꝑferentes sub manu terreni principis nescio quã genuitatẽ se false gloriantur adeptos. cuz solũ deo seruire regnare est. Hinc velut alter Pilatus ꝑdictis tribus innitẽtes venũdati sunt vt faciũt maluz. Primo fauorib⁹ principũ ꝓpter quos aliquãdo iudicia ferunt iniusta vi pauperem oꝓprimẽtes. Quia dicit Beda super Prouer. li. ij. Qui aliter causam pauperꝫ aliter potẽtis: aliter sodalis aliter ignoti audit: statera liberat vtiqꝫ ĩiusta. Sic ad fauorez Jezabel adductis falsis testibus lapidat⁹ est Naboth. sed a dño crudeliter vindicatus. q̃tum ad primuz. Sic ⁊ Joseph ꝓpter fauorem impudice dñe iniuste carceri mãcipatus est. q̃tum ad secundũ. Deniqꝫ cũ sine ꝑcio vt in plurib⁹ officia nequiũt adipisci student poti⁹ marsupijs implendis q̃ innocentũ causis defendẽdis. Et facto clamare vident̃. quid vultis mihi dare ⁊ ego eum vobis tradã? christuz q̃ veritas est ⁊ iusticia. Veritatẽ eniz vendunt aut illã propter munera defendẽdo qđ gratis facere debuerãt. aut qđ pei⁹ est illã ꝑuertendo. Sic Abimelech ad regnuz aspirãs. lxxij. fratres super lapidẽ vnuz ⁊ Athalia regnare volens reguz filios occidit. Unde vix vn⁹ de viginti eoꝝ qui tam impudẽter ad officia iudiciaria aspirãdo se ingerũt prece vel ꝑcio fauorib⁹ vl̃ intercessoribus ea ꝓsequit̃ ſm iusticiã meraz ⁊ ꝓpriam salutẽ. Excecant̃ enĩ vel bono delectabili vt Dauid Uriaz interficiens. ⁊ iudices Susannã ꝯdemnãtes. Aut bono honesto. vt Abimelech. Aut bono vtili. vt Saul gabaonitas interficiẽs vt eoꝝ ĩuaderet possessiones. et Jezabel Naboth. Plerimqꝫ in trib⁹ ꝑdictis simul excedũt. Et his specialiter attribuit̃ illud Apoca. Ve ve ve habitãtib⁹ in terra. quia descẽdit ad vos diabol⁹. Nam triplicẽ gehennam ꝯsequũtur hmõi. Primaz acquirent ꝓprijs meritis. quia tales frequẽter innumeris peccatis ĩuoluti sunt. Secundã de meritis amicoꝝ quos suo falso iudicio cõsilio vel auxilio bonis iniustis ditauerũt: ⁊ in suis violẽtijs ꝯfouerũt. Terciã autẽ iniurijs ⁊ violẽtijs pauperũ quos vel ipsi oꝓpresserũt: vel oꝓprimẽtibus refugiũ fuerunt. Nam qui iniuriat̃ alteri per quantũcunqꝫ violentiã vel iniusticiaz in corpe fama vel reb⁹ tꝑalib⁹ ⁊ similib⁹ sibi ꝑi dãnatõem illoꝝ acquiret. Et sup hec oĩa tenet̃ oĩb⁹ oĩm iniustoꝝ facere restitutionez. Multo nãqꝫ min⁹ peccat fur vl̃ raptor q̃ iniust⁹ iudex alios iniusto suo iudicio spolians. Et rñdens vniuersus ꝓpl̃us dixit. Sanguis ei⁹ sup nos ⁊ sup filios nostros.

Ecce in quãtam vesaniaz excreuit execrã
da inuidea ꝙ nec sibijp̃i ꝑceret bestia cru-
delis expetens in se vindictam innocẽtis
sanguinis vt mortez acceleret saluatoris
Hec enim adhuc in quibusdã tanto liuo-
re viget vt cum damno ꝓprio alioꝝ infor-
tunia non vereat̃ expetere. Et hec imp̃ca
tio perseuerat vsqꝫ hodie super filios eoꝝ
Nam in singulis lunatõibus vt dicit̃ flu-
xum sanguinis patiũtur. quia ꝑcussit eos
domin⁹ in posteriora: ⁊ opprobriũ sempi-
ternum dedit illis. Suntqꝫ vagi ⁊ profu-
gi ⁊ in omnib⁹ etiam gentibus despecti.
¶ Tunc Pilatus populo satisfacere vo-
lens adiudicauit fieri petitionẽ eorũ: que
tamen fuerat forma sentẽtie. non exprimi
tur ab euãgelistis. Scribitur autẽ in euã-
gelio Nicodemi ꝙ ꝓtulit sentẽtiã sub his
verbis. Gens tua cõprobauit te regem.
ꝓpterea precipio te christum primuz fla-
gellari scd̃m principuz decreta. deinde in
cruce leuari. ⁊ tũc potuit esse ꝙ virgis ce
debatur. Nã dicit apostol⁹ de seip̃o. Qui
quies q̃dragenas vnus minus accepi. qui
nãqꝫ interficiẽdus erat. xl. ictus recipie-
bat. Alij ꝟo plus vel minus ſm culpe exi-
gentiam ⁊ illos iudicantiũ ⁊ inferentiũ fa
uorem. Ad cuius sentẽtie prolatõem gla
dius Symeonis pertrãsijt cor ⁊ animam
dulcissime matris. ¶ Et dimisit illis Bar
rabam qui ꝓpter homicidiũ ⁊ seditionem
missus erat in carcerẽ quem petebãt. Je
sum ꝟo flagellis cesum tradidit volunta-
ti eoꝝ. Quem suscipiẽtes denuo ceperunt
illudere. quia ex nimia inuidia quidam ex
pura nequicia: quidã ex principũ ⁊ magi-
stratuũ complacẽtia. cunctis que prius il
latis iniurijs iterũ affecerũt. Vide nũc o
anima mea Jesuz sacerdotem magnũ sor
didis indutuz vestibus. omnia nãqꝫ pon-
tificalia suscepit in propriã contumeliaz:
cuz sacrificiũ illud sacratissimũ perficeret
que pontifices nostri suscipiũt ad honorẽ
Nam amictũ suscepit cum a ministris co-
ram pontifice velatus facie fuit. Albã ꝟo
cum a ministris Herodis alba veste delu-
sus fuit. Casulã autem cuz milites circũ-
dederũt purpureũ vestimẽtũ. Et ne quid
deesset stolã ⁊ cingulũ accepit cum ad co-
lumnã flagellãdus ligatus fuit. Manipu
lum ꝟo quãdo fune manus eius ligauerũt
Sed hunc soluerũt cuz arundinẽ in dexte
ra eius posuerũt. ⁊ sic funis ille depẽdẽs
in sinistra remãsit. Coronam deniqꝫ susce
pit pro mitra. arundinẽ pro baculo pasto-
rali. Cirothecas ⁊ sandalia cum manus ⁊
pedes fuerunt sanguine rubricati. In ar-
gumentũ etiã vulneꝝ christi sandalia de-
super habent aperturas cũ rubeo panno:
⁊ cirothece monile rotundũ habens aliq̃d
rubro ad designandũ christi stigmata que
cuncta pontifex gestat in memoriã passi-
onis christi. Que igitur vt dicit Chriso.
erit nobis cura de reliquo: si contumelias
ab aliquo patimur postq̃ christ⁹ hec pas-
sus est? Etenim que fiebãt in christo vlti-
mus cõtumelie termin⁹ erant. nec vna par
ticula tantũ: sed vniuersuz corpus iniuri-
as patiebat̃. Sed vt nullũ genus mortis
homini recte viuẽti metuendũ esset: illius
hominis cruce ostẽdendũ fuit. Nihil eniz
erat inter omnia genera mortis illo gene-
re execrabili⁹. ¶ Exuerũt ergo illũ purpu
ra. Nec modica contumelia fuit tam sepe
christũ exui ⁊ tandez nudũ crucifigi. Licz
enĩ non fuit natus ex illa radice Ade infe-
cta q̃ nuditas necessaria facta est erubesci
bilis. Quia tñ infirmitates nr̃as ipse su-
scepit absqꝫ pctõ ⁊ ig̃rãtia denudari eru-
buit. ⁊ tãto pl⁹ alijs: q̃nto pudicꝫ ꝟginib⁹
pudicicia sua ceterꝫ erat ĩcõꝑabil̃. Et ĩdu
erunt euz vestimẽtis suis. vt cum duceret̃
ad mortẽ in veste propria magis agnosce
retur. Et baiulãs sibi crucem: quã illi im-
posuerunt. Cum eniz lignũ crucis vt pro-
phanũ vitabant. nec ipsuz tangere quidẽ
sustinebãt. ideo Jesu quasi damnato por
tanduz imposuerũt. qd̃ tamen de latroni
bus non legitur. Vnde dicit glosa. Por-
tat crucem suã Jesus grande ludibrium.
impijs grãde misteriũ. pijs q̃si in sceptro
regni gloriãtib⁹. Vñ ſm magr̃m ĩ histori
is opinio fuit crucẽ. xv. pedes habuisse in
lõgitudĩe. Dic̃ aũt Aug̃. ꝙ hic ĩplet̃ illud
Ysa. Cui⁹ p̃ncipatũ sup̃ hũeꝝ ei⁹: Prĩcipa
tus em̃ xp̃i crux ei⁹ est: ꝓpter qd̃ ſm apl̃m

domin⁹ illum exaltauit. Et sicut in signuz dignitatis alij baculū: alij mitrā portant. sic ⁊ deus crucē. Et si iniq̄tas ī uenies nō aliter in nobis regnare Jesum nisi per asperitates: qua fit vt deliciosi crucis inimici iudicātur. Hic adimplet̄ figura Ysaac obedientis ad patris iussum ligna pro sui īmolatione portātis. Liga inquit pater manus nequādo insurgāt in impugnatione. Extendit christus man⁹ ⁊ pedes ad clauoꝝ diram infixionez. Ysaac dimisso īmolatur aries cornibus herens inter vepres. natura diuīa manet impassibilis. et mactatur hūanitas manens inter peccatoris spinas. Cum ergo nimis grauis essz crux ad portandū vni soli: p̄sertim Jesu: iaz debilitato varijs fatigatōibus: ita vt exhaustis pene viribus: subtus crucē curuus ⁊ vehemēter anxius: nutansq̄ procederet. impletū est illud ꝓpheticuz. Laborare me fecistis in iniq̄tatib⁹ vestris. Mater autez illius mestissima volens sequi filium: sed non valens pre cōfusione populi qui eam p̄currendo retrudebāt ⁊ tardabant. Tandez cōcepto consilio cuz sororibus ⁊ alijs ꝑ viam cōpendij abiacetis platee diuertebat. Cum ergo venisset obuiaz filio suo ⁊ eum spinato corpore cruentata facie ⁊ depresso corpe sub crucis mole vltra vires tam īmisericorditer fatigari cōspiceret ad tam crudele ⁊ turpissimū crucis suppliciū pre incōtinentia doloris velut eranimis in terrā decidit. Naz vt scribit Hubertin⁹ se legisse in quadā historia non spernēda cum Maria in cursu vie filium obuiū cōspexisset. ⁊ ex conditōibus faciei ip̄ius anxietates cordis sui ⁊ oppressionem duri oneris intellexisset: sincopasse dicit̄ in p̄sentia filij pre dolore. ¶ Quod Jesus cōspiciens plenus pietate: crucez quā de laboribus matris in corde portabat. licet posset sicut semꝑ fecerat suū occultare dolorem quibusdā signis dolorosis ⁊ palloribus in facie p̄tensis velut angustiatus ⁊ totus gladiatus super lapidē ibi positū quasi ex defectu debilis resedit In cui⁹ signuz ibi fabricata fuerat ecclesia que vocata fuit sancta Maria de spasmo. Hec ille. ¶ Quod vidētes impijssimi tam crudeliter pugnis ⁊ fustibus vt procederet ipsuz impetebāt donec oēs hiscerentur: perturbati ꝙ plus penalitatis irrogare non poterāt ⁊ vilitatis nesciebāt. Timentes autem ne sentētia lata forte reuocaretur: aut al's eius mors impediret̄: angariauerūt Symonez quēdam cirenensem vt tolleret ⁊ portaret crucem cuz Jesu scd̄m euangeliuz Nicodemi. Preterea figuraz huius penose ductōis Eleazarus tenuisse videtur. qui volūtarie preibat ad suppliciuz: vt habetur. ij. Machabeoruz. Et cum duceret̄ ad mortem ait ad dominum. Tu domīe qui omniū habes scientiam. tu scis quia cū a morte liberari possez duros corporis sustineo labores. s̄m animaz v̄o propter amorē tuuz libenter hec patior. Que verba christo perfecte cōueniunt. In quibus ⁊ tria cōfitet̄ qui mortem illius amabilem reddūt. Primo potentiam eius diuinam cum dicit. Tu scis qꝛ cū a morte liberari possez. Unde dixit Potestatem habeo ponēdi animam meā ⁊ iteruz sumendi eam. Secundo dure penalitatis tolerantiā cum addit. duros sustineo corpales labores. Unde Bernardus in ꝑsona christi. O homo vide penas quibus afficior. ⁊ vide clauos quibus cōfodior. ⁊ cuz sit dolor tantus exterior: interius tamen est planctus grauior cum te tam ingratuz experior. Tercio volūtatis obedientiaz cum subdit. s̄m animaz v̄o ꝓpter amorem tuuz libenter hec patior. oblatus est eniz quia voluit. et sola charitas qua maior esse non potuit in mortem illū vinciebat. Et ex his trib⁹ mors eius gratissima deo reddebat̄ ac sufficiens pro omnibus redimēdis. ¶ Sequebātur autem illum populi et mulieres: licet non eadem mente. Quidam eniz gaudebant: p̄sertim p̄ncipes sacerdotū seniores ⁊ scribe. Quidam etiam viri de passione sua mestissimi erant: sed propter metum iudeoruz fletuz cohibebant. Femine⁹ v̄o sex⁹ fragilior. ad fletū v̄o ꝓnior ac statu ꝯtemptibilior: liberius mesticiā animi lachrymis oñdere poterat. Jesus aūt p̄termissa populi turba

adamantes ⁊ plangẽtes feminãs oculos ⁊ ora cõuertit. suos enim libẽter respicit.

¶ Et cõuersus ad illas dixit. Filie iherusalem nolite flere super me: morituꝛ. cuꝰ resurrectio mortem soluere potest. cuius mors omnẽ mortẽ supat. mortuos viuificat. ⁊ mortis auctorẽ destruit. Sed super vosipas flete ⁊ super filios vestros. Non culpat affectũ: sed instruit ordinez: vt primo se ⁊ suos defleãt. Inuanũ enim quis deflet christi passionẽ q̃diu ꝓpꝛijs demeritis eidem ingerit cõtumeliaz. Vandat enim deplorantibꝰ eum in futura mala ꝓspectũ intendere ⁊ super illis flere. Quia ecce veniẽt dies obsidiõis romane in quibus dicant. beate steriles et ventres que non genuerunt: et vbera que non lactauerunt. cum scilicet femine pꝛe fame crudeliter pꝛopꝛios affabũt filios. et vẽter qui produxerat flebiliter iterato genitum recipiet. Tunc eniz incipiẽt dicere montibꝰ cadite super nos. ⁊ collibꝰ opꝛite nos. Refert enim Joseph⁹. q̃ insistẽtibus sibi romanis certatim iudei cauernas montiũ ⁊ colliũ spelũcas petierũt. Vnde tanta strages iudeoꝝ gladio: peste: fame: facta est q̃ vndecies centena milia perierũt: eo q̃ fere omnes ad ciuitatez iherusalem cõfugerunt. Ac ꝑm eundem nonagintaseptẽ milia iudeoꝝ venditi: triginta scilicet denario vno. Quam calamitatẽ dominus ꝓuidens instruxit eas ad fletum. Nimiꝝ quia dñs tante iacture ꝑpatiens vindictã hãc annis. xlij. ꝓtraxit. Qui ⁊ videns ciuitatem fleuit sup illam: dicens. Si cognouisses ⁊ tu. Vnde multis ꝓdigijs annis illis eos ad penitẽtiã reuocare studuit: pꝛesertim circa finẽ. Refert enim Josephus q̃ stella ꝓfulgida gladio per oĩa similis visa est ciuitati desuper iminere: ac ꝙ totum annuz exitiabilibus flãmis ardere. Item post aliquot dies pꝛope solis occasum vise sunt currus ⁊ q̃drige in omni regione per aerem ferri ⁊ armatoꝝ cohoꝛtes misceri nubibus et vꝛbes circumdare agminibus. Item alto tempoꝛe sacerdotes ingressi templum ad ministeria complenda: motus senserũt ac strepitus, ⁊ voces subitas audierunt: dicentes. Transeamus ab his sedibus. Ante quartum annum etiam belli vir quidaz nomĩe Jesus Ananie filius in festo tabernaculoꝝ repẽte clamare cepit. Vox ab oriente, vox ab occidẽte. vox a quatuoꝛ ventis super iherusalez, vox supꝛa templũ. vox supꝛa spõsos ⁊ sponsas. vox super vniuersum populum. Predictus autez vir capitur. cedit. ⁊ verberatur. ⁊ tanto foꝛtius eadem clamabat. Tandem ad iudicem ducitur. toꝛmentis diris afficit. ⁊ vsq̃ ad patefactionem ossium laniatur. Ille vo nec pꝛeces nec lacbꝛymas effundebat: sed quodaz vl lulatu per singula pene verbera ꝓferebat: addens etiã hoc. Ve ve iherosolimis. Hec ille. ¶ Sequit. Quia si ĩ viridi ligno hec faciunt. qui diceret. Si ego qui peccatum non feci lignũ vite appellatꝰ sine igne passionis a mundo non exeo: quid putas eis manere toꝛmenti qui sunt fructibꝰ vacui? Vel scõm literam. Si ergo me lignuz fructiferuz iugiter virens taliter se gerũt romani: quid non attemptabũt erga vos populum? dico quasi lignuz aridum qualibet viuificante virtute pꝛiuatuz: nec vllũ fructum ferentem. ¶ Ducebantur ⁊ alij duo nequaz cum eo vt interficerentur. Et hoc ex intentiõe iudeoꝝ vt christus videretur particeps et pꝛinceps in malicijs eoꝝ. Vnde etiam christum crucifixerũt medium inter illos. Et venerunt in locum qui dicitur hebꝛaice golgatha: qõ est caluarie locus. i. decollatoꝝ. Ad cumulum autem pudoꝛis Jesus suis spoliatur vestibus. statq̃ nudus coꝛam omni multitudine exutus maꝛimo cum doloꝛe. quia vestis interioꝛ ĩ vulneribus que ex flagellatione susceperat vna cum sanguine coagulato cõglutinata fuerat quam cum violentia quadam extrahentes amaꝛissimaz ei intulerũt coꝛporis passionem. ita q̃ denuo vulnera sua facta patula: sanguĩe defluebant per totũ venerabile coꝛpus: quasi iam recẽter flagellatꝰ de colũna duceret. Acceleras aũt mater eius mestissima filio appꝛopinq̃bat accingẽs velo capitz sui lũbos eius. qua femoꝛalia sibi dimiserunt.

Licet autem Ambrosi⁹ dicit ꝙ nudus cru
cem ascendit. ⁊ talis ascendit quales nos
auctore deo natura formauit. talis ascen-
dit qualis primus Adam in paradiso ha-
bitauit. In hoc tamē magis standum est
testimōio Nicodemi qui tunc p̄sens ade-
rat. qui dicit exp̄sse in euāgelio ꝙ p̄cinxe-
rant eum lintheo. Dicit etiā Bern̄. ꝙ ma
ter eius mestissima velum suū qd̄ habebat
in capite posuit circa eum plena anxieta-
te: ⁊ inuoluit locū verecūdie. O in quāta
amaritudine tunc erat aīa dulcissime ma
tris. Quid Johānes eius dilectus disci-
pul⁹? q̄d fidelis illa Magdalena ⁊ alie mu
lieres deuote tūc sentiebant doloris et a-
maritudinis. Ponit̄ itaq̄ crux super ter-
ram: sicut sentire videtur Hieroni. ⁊ In-
noceñ. papa. iij. Quod etiam ecclesia rep̄
sentare dinoscitur in eo ꝙ in die parasce-
ues crux ad osculandū in terra ponit̄. licz
quidam aliter sentire videntur: ⁊ vtrunq̄
sit plenuz pietate. pro nunc tamē modum
istuz teneam⁹. Posita igitur in terra cru
ce ꝯsidera q̄ꝫ despicabiliter ip̄m accipiunt
quasi vilissimū mancipiū super lignuz cru
cis a dorso reflectētes. ¶ Jesus aūt pre-
cepto patris obedire paratus: aperit illa
brachia regalia. ⁊ manus suas expandēs
crucifixorib⁹ porrigit. Aspiciens autez in
celum p̄rem suū his verbis interpellat: di
cens. Pater sancte ecce assum. tu voluisti
pro humani generis amore me filiū tuum
vsq̄ ad crucez hūiliari. placet accepto qd̄
mandasti. et ego me pro eis offero tibi sa-
crificium quos mihi fratres esse voluisti.
Accepta igitur ⁊ tu pater oblatōem meā
pro eis: ⁊ amore mei deinceps esto placa
bilis. ¶ Ligatis igitur funib⁹ ad manus
⁊ pedes totuz corpu~ eius super dimensi-
onem crucis taz īmisericorditer traxerūt
vt om̄ia ossa eius sub cute dinumerabilia
redderent̄: vt impletur illud p̄s. Dinume
rauerūt om̄ia ossa mea. Nam ex industria
a seinuicez crucis foramīa longius posue-
rūt. ⁊ affixa cruci manu dextera clauo fer-
reo grosso ⁊ obtuso: brachiū sinistꝝ intan
tum ꝓtraxerunt ꝙ iuncture in humeris et
cubitis in vtroq̄ brachio extra locum de
bitum extendebant̄. et sic manū sinistram
cruci clauo cōsimili cōfixerūt. Pedes ꝟo
deinde simul ꝓtēsos nimia crudelitate cla
uo tercio ꝑforauerūt. Erant autem claui
grossissimi cutē. carnem. venas. neruos. ⁊
ossium cōpages dissipātes. O feralis cru
delitas q̄ꝫtum de seuis in homīe deo: vbi-
q̄ diuinā impugnās pietatem si velis no-
lis vincit patiētia penalitatē. pietas cru-
delitatem. ⁊ misericordia superexaltat ma-
liciam. Hec enim taz crudelissima corpo-
ris extensio maximā christo penam intu-
lit. cui⁹ dolori mater ecclesia cōpatiens ī-
geminat: dicens. Flecte ramos arbor alta
tensa laxa viscera. et rigor lentescat ille
que dedit natiuitas: vt supni membra re-
gis miti tendas stipite. Vnde cum deuo-
ta quedam ꝑsona deum in reuelatōe qua-
dam interrogaret quid in omnib⁹ qd̄ pro
nobis ꝑtulit maxime doluissz. respōdit ꝙ
in ara crucis extensus fui: ita ꝙ om̄ia mē-
bra mea dinumerari poterāt. Et qui pro
illo dolore mihi gratias egerit tam gratū
exhibz obsequiū ac si vulnera mea vniuer
sa vngento suauissimo deliniret. ¶ Post
hec impij leuauerunt crucem cum clamore
⁊ insultatione: dicētes. Sic decet talez re
gem exaltari vbi crucifixerūt euz: in eodē
scilicz loco mōtis. vbi pro Ysaac olim ari-
es īmolabat̄. Dicit enim Augusti. ꝙ Hie-
ronim⁹ p̄sbiter scripsit ab antiquis ⁊ seni-
orib⁹ iudeis se certissime cognouisse ꝙ ibi
īmolatus est Ysaac vbi postea christ⁹ cru-
cifix⁹ est. ¶ Et duos latrones hinc ⁊ inde
vt sic eos mors detestabilior redderetur.
⁊ impleret̄ scriptura: dicēs. Et cum iniq̄s
deputat⁹ est. Milites ergo cum crucifixis
sent eum: acceperūt vestimēta eius. Chri
sosto. in omelia. Non parua hec abiectio
christi erat quasi nāq̄ circa dehonoratuz
⁊ omniū vilissimū in christo hec agebant.
In latronibus enim nihil tale egisse legi
mus. quia diuidere vestimenta cōdemna-
tis valde vilibus: et abiectis fieri solet et
nihil habētib⁹. Et diuidētes fecerūt q̄tu-
or partes: vnicuiq̄ militi partē ⁊ tunicā.
Erat autem tunica incōsutilis: quam bea
ta virgo proprijs manibus fecisse dicitur

opere textili ad modum cirotheca. quo genere vestium in palestina pauperes vti consueuerũt. Volunt etiam quidã q cũ Jesu crescẽte pariter crescebat. vt refert rabi salomon de filijs israhel ĩ deserto. quorum vestimenta q̃draginta annis nõ sunt attrita. sic pueroz vestimenta pariter cũ illis crescebãt. ¶ Erat enim desuper contexta per totum. quia per totũ de alto pãno fuit appositus ad eam magis fortificãdam. et conseruãdam. Ex quibus patet q christus mutatoriis non vtebat. ¶ Dixerunt ergo ad inuicez. Non scindam9 eam. sed sortiamur de ea cui9 sit. Ex quo videt q christi crucifixores fuerũt taxillatores vt impleretur scriptura: dicens. Partiti sunt sibi vestimẽta mea. et super vestẽ meam miserunt sortez. Hoz autem vicem gerunt taxillatores: qõ ppzie diaboli est officium a diabolo primo adinuẽtum. Quã execrabilis autem sit ille ludus satis apparuit in eo q rome cõtigit de quodã q̃ post ludum taxillã versus imaginẽ beate Marie iecit. tetigitq faciem domĩ Jesu: que vulnerata sanguine fluere cepit. cui9 vulnus nunq̃ postea deleri potuit: sz vsq̃ hodie ab aduenientibus cernitur in detestationez tanti criminis. Ac simile quondã Iouanni otigit in nocte parasceues: vt habetur in libro apum. ¶ Scripsit autez et Pilatus titulũ cause eius. et posuit super caput eius. quia mos erat iudeoz q sup capita damnatoz ponebãtur cause damnationis. ¶ Erat autem scriptũ. hic est Jesus nazarenus rex iudeoz. Vnde sic princeps sacerdotũ sm legem portabat in capite suo sanctificatõem domĩ scriptã. scilicet nomen domĩ thetragramathon: ĩ lamina aurea. sic verus princeps sacerdotũ Jesus in cruce scriptuz habuit hunc titulum. Erat eniz sacerdos. qz sue carnis hostiam et pciosum sanguinẽ in ara crucis obtulit. et regis dignitatem titulus prendit qui supra crucẽ ponit. quia liez in cruce p nobis homĩs infirmitate dolebat: sup crucem tamẽ regis maiestas fulgebat quaz p crucem non pdidit: sed cõfirmauit. ¶ Et stabat popul9 expectãs. Principes vo sacerdotum et scribe cum senioribus et ministris deridebãt illuz: mouẽtes capita sua. Jesus autem licet indicibilib9 pressus angustijs: et taz arte cõclusioni mancipatus omnib9 membris pena grauissima fatigatis. cum videbat impios adhuc in sua malicia perseuerãtes: et eum verboz cõtumelijs afficientes. ac necdũ sanguinis sui siti satiatos. Videbat inq̃ dulcissimã matrẽ inexpssibilib9 ãgustijs gladiatã ac pẽnam pietatẽ cõsiderans. quasi totam motam crudelitatib9 dilecto filio tam letaliter exhibitis: actoresq tam imensi piaculi celeri vindicta penitus absozbere parãtem: pp̃ijs oblitus iniurijs et pene letalibus: dilecto patri pcib9 occurrit et lachrymis. ac ne vindicta ꝓcederet efficacit impetrauit. Qõ Paul9 ad Hebre. ostendit: dicens. Cuz clamore valido et lachrymis pces offerens exauditus est p sua reuerentia. Hic clamat Auguſ. dicens. Vide charitatis affluentiã et mirabilem patientiã. pro inimicis facit oratiõez et non experit vltionez. Cur ergo faucilla. formica. festuca. cinis. pulus vindictã expetis: remissionem protrahis? Quid autez orauit audiam9. ¶ Pater ignosce illis ait. vt sic ĩpleret qõ precepit. Orate pro persequẽtibus et calumniãtib9 vos. Et subinfert causam: dicens. Quia nesciunt quid faciunt. intentõem excusans cum opus erat inexcusabile: vt et nos ita faciam9. Bern. Reuera ita est. quia qui maluz facit alteri nescit quãtam culpaz incurrit sibi: et quãtã coronam acquirit alteri. Ad quam vocez ineffabilis pietas multi de turba iudeozũ astantiuz compũcti sunt corde tanq̃ vim diuini amoris non ferẽtes: et penituerũt. vt dicit in euãgelio nazareoz. et ponit in glosa Ysa. liij. super illo verbo. Et p transgressoribus orauit. Qõ etiam Lucas innuere videt: dicens. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculũ et videbant que fiebant: pcutiẽtes pectora sua reuertebant dolentes de christi persecutione. Remãserunt autẽ et in obstinata malicia perseuerabãt quos execrabilis inuidia et odiuz mortiferũ agitabat. s. summi

sacerdotes cum scribis ⁊ senioribus eor ũ
q̃ ꝯplicibus. qui deridẽtes euꝫ: dicebãt.
Vach (qd̃ est interiectio exultantis ⁊
deridentis) qui destruit templuꝫ dei ⁊ in
triduo illud reedificat. salua temetip̃m. si
filius dei es descende nũc de cruce vt vi-
deam⁹: et credam⁹. O venenata lingua. o
persuasio diabolica: que doctrina vel pro
phetia ꝑsuasit ꝙ illũ regem israhel. illum
dei filiũ credere deberetis. qui se aut cru-
cifigi non sineret. aut ꝯfixione clauoꝝ cor
pus excuteret. non hoc vobis ora ꝓpheta
rum cecinerũt. Sed quid? Faciem meã nõ
auerti ab increpãtibus ⁊ inspuẽtib⁹ ĩ me.
Et iteꝝ. Foderũt man⁹ meas ⁊ pedes me-
os. Nunq̃ legistis. dñs descendit de cru-
ce. sꝫ legistis. dñs regnauit a ligno. Id
ip̃m autẽ ⁊ latrones qui crufixi erãt cum
eo improperabãt ei: vt dicit Mathe⁹. Et
ꝑm Hiero. vterq̃ latro primo blasphema
uit. qd̃ etiam sentire videt̃ Chriso. ⁊ Hi-
larius. Sed tandẽ sole fugiẽte. terra tre-
mente. ceterisq̃ signis ingruentib⁹: vnus
eoꝝ in Jesuꝫ credidit. ⁊ sequẽti ꝯfessione
priorẽ negatõem emendauit. Primo qui
dem ꝯplicem suũ corripiẽs: ⁊ dicẽs. Ne
q̃ tu times deũ viso ꝙ in eadẽ damnatõe
es: ⁊ nos quidẽ iuste. Naꝫ digna factis re
cepimus. hic ꝟo nihil mali gessit. Deinde
ꝯuersus ad Jesum ait. O dñe memen-
to mei. Mira res. crucifixũ aspicis ⁊ dñm
ꝓfiteris. ꝯdemnati vides figuraꝫ ⁊ regis
p̃dicas dignitatem. Domĩe memẽto mei
dum veneris in regnũ tuũ. velut alter pu-
blicanus ꝑ gloria petere non p̃sumẽs qui
se nimiꝝ indignũ reputabat ac iudicabat
sed tm̃ sui memoriã exorabat. vt scꝫ post
hanc vitã misericorditer secũ ageret. Je
sus autẽ vt ostenderet ꝙ vere exauditus
esset a patre ꝑ peccatorib⁹ orans nacta sa
lutis eius occasiõe affectu dulcifluo respõ
dit. Amen dico tibi. hodie mecũ eris in
paradiso. O mira pietas ingenite bonita
tis dei. que si in thesauris vniuersis visce
ruꝫ misericordie dei: dulciora verba repe
risset latroni ꝑ rñso dedisset. vt vel sic me-
dullis hominũ impioꝝ velut inexhauribi-
lis diuini amoris sagitte viscerosi⁹ infige
rentur vt adijcerent respirare ad veniam
ac reuerti. Nam p̃mo ꝓmittit iuramentũ
certitudinis argumẽtũ: dicens. Amen di
co tibi. Secũdo ostendit cũ quãta festinã
tia curat adimplere ꝓmissum. quia hodie.
Tercio seip̃m assignat in illius societate:
dicens mecũ. O vere solatiosum ꝯsortiuꝫ
dñe Jesu cum quo tu ⁊ qui tecũ. Quarto
locũ exprimit summe deliciositatis. dicẽs
non in inferno quẽ meruisti: nec purgato-
rio. sed paradiso. non terrestri: se celesti. q̃
ẽ visio ac fruitio beatissime trinitatꝭ. Ro
go fratres quib⁹ meritis audire meruit h̃
funestus latro sceleratissimis actib⁹ vsq̃
ad extremã vite pariter ⁊ ꝯfessiõis horaꝫ
ĩuolut⁹. Quis inq̃ hoꝝ salutẽ sperare pre
sumpsissꝫ nisi dulcis Jesus verbis suis il
lud p̃s. ꝯfirmasset. Qm̃ melior est misericor
dia tua super vitas. Stabãt iuxta cru-
cem Jesu mater eius: oculos ad filiũ iugi
ter intorquẽs inexp̃ssibili gladiata dolo-
re clamorẽ emittens. non quidẽ voce vali
dum: sed suspirijs cordialib⁹ dolorosuꝫ q̃si
ꝓloquẽteꝫ ad filiũ. O fili dulcor vnice sin
gulare refugiũ ⁊ omne solaciũ anime mee
noli me derelinq̃re: sed trahe me post te.
tecũ moriar. tibi ꝯiũgar. vt qui vno amo-
re se diligũt: vna morte pereãt. Nam spi-
ritussanct⁹ eam tanta charitate repleuit:
ꝙ libenter ꝑ filio mori voluisset si possibi-
le fuisset. nihilomin⁹ tñ tanto zelo salutis
humani generis efferbuit q̃ si claui ex filij
sui manib⁹ exilissent: illos ꝑ venia pecca-
toꝝ nostroꝝ adipiscẽda diligenti⁹ iteꝝ in-
fixisset. Respexit ⁊ Jesus intuitu reciꝓ-
co matrẽ suã plenus ꝯpassione. qꝛ plenus
amore. Super hoc querit Bonauẽtura
super. iij. dist. xvj. vtꝝ in christo passionis
dolor intensior fuit vel cõpassiõis. p̃ſtim
cum sensualitas in christo videt̃ fuisse ma
gis passibilis q̃ ratio. Ad qd̃ rñdet ꝙ do
lor cõpassionis intensior fuit. Cui⁹ ratio
est. qꝛ licet magna causa essꝫ dolẽdi in sen
sualitate ꝓpter separatiõeꝫ ip̃ius a carne
⁊ optimã ꝯplexiõeꝫ. erat tñ amplior ratõ
dolendi non solũ ꝓpter matrẽ: sed magis
ꝓpter diuinã inhonoratõem ⁊ nostram a
deo separatõeꝫ. Erat etiã maior dispositio

ad condolendū ꝓpter dilectiōis immēsitatem. Sicut enim fuit in eo maior excellentia dilectōis q̄ꝫ passionis respectu aliorū: licet vtrūq̄ꝫ multum excederet. ita multo plus cōpassio christi excessit alioꝝ ꝯpassiones quā passio passiones. De matre v̄o sua loquēs Bern. ad christū: dicit. O bone Jesu per magna pateris exteri⁹. maiora interius ꝯpassione matris tecū per oīa participātis vndiq̄ꝫ. vndiq̄ꝫ āgustie sunt ⁊ tormēta sentiri possunt: narrari nō possunt. Nec miꝝ si doles ⁊ ꝯdoles. si pater ⁊ ꝯpateris bone fili in desolatōe matris. nunq̄ꝫ enim tibi defuit eius solatiū. lactat infantē. audit et sequitur p̄dicantē. videt ⁊ comitat̄ patientē. ꝯtemplat̄ opprobria. intuet̄ vulnera. audit tua verba. Hinc ergo respexit dn̄s ⁊ vidit matrē ⁊ discipulū stantē quez diligebat. O gemebundū certamen oculoꝝ qd̄ vidisses inter matrez et filiū. Quid ꝓutam⁹ fratres inter hec certamina. cogitauerit mater sancta cuz sursum aspiceret ⁊ de horrēdo crucis patibulo filiū morientem: seq̄ꝫ simul inspicientez videret. O q̄ꝫ ꝓfunde cordi tuo radius huius visionis infix⁹ est mater sancta. Ecce reddidit tibi amoris sagittā quā a te missam accepat. De te nāq̄ꝫ dixit. Vulnerasti cor meū soror mea in cōtuitu oculoꝝ tuorum. R̄nde nūc si potes. Vulnerasti cor meū fili. mi in visione ⁊ allocutōe tua mihi p̄stita. Qui tandē ait mr̄i sue. ¶ Mulier ecce fili⁹ tuus: Johannez notans. qui p̄sens erat. vultu tristis ⁊ lachrymis semper plorās. Mulier ait non mater. qꝛ s̄m Chriso. si dulcis fili⁹ sic locut⁹ fuisset: forte cor virginis crepuisset. Deinde dic̄ discipulo. Ecce mater tua. Nam cōueniens erat mr̄e in dolore posita ꝓcuratorē querere: eo ꝙ fili⁹ eius iret ad patrē. Jd̄o discipulo quē diligebat tradidit diligentiā habituro. ¶ Et ex illa hora accepit eā discipul⁹ in sua. non vtiq̄ꝫ in p̄dia. quia nulla possidebat. sed officia q̄ ꝓpria dispensatione curabat exequenda. ¶ Et facta hora sexta tenebre facte sunt super vniuersam terrā vsq̄ꝫ ad horā nonā. Cum em̄ vehemēs p̄ssura penaꝝ mortez acceleraret: ac illius anime sanctissime diuisionē a virgineo corpe insensibiles creature ꝯpassione mote dolore ipsius taz excessiuo signis euidētib⁹ cōpati se demōstrabant. Et obscuratus est sol: lumē suū retrahens horis tribus quib⁹ in cruce christus pepēdit q̄si verens in creatorē tantā exerceri crudelitatem. Nō eniz fuit eclipsis naturalis. qꝛ natural̄r fieri non potest: nisi in ꝯiūctiōe solis ⁊ lune. qꝛ tunc erat plena ⁊ e regione ad solē. Dicit autē Hiero. super hunc locum non tn̄ asserendo sed opinādo. ꝙ iste tenebre fuerūt diuina virtute per retractionem radioꝝ solariuz. Origenes v̄o dicit ꝙ facte sunt per interpositōem densarum nubiū. Sed in hoc magis assentiendū est beato Dyonisio q̄ hec vidit ⁊ modū ostēdit ī epl̄a ad Policarpū. vbi refert ꝙ existens in egypto hec ip̄a vidit vbi est maxima aeris puritas. qꝛ rarissime ibi fiūt nubes vel pluuie. Et ꝓsequit̄: dicens. Inopinabiliter soli lunā incidentē vidim⁹: cū non erat temp⁹ ꝯuentus. ⁊ rursus ip̄az ab hora nona vsq̄ꝫ ad vesperā ad diametꝝ solis sup̄naturaliter restitutū. Eclipsim etiam ip̄am ex oriente vidim⁹ inchoatā ⁊ vsq̄ꝫ ad solarē terminū venientē ⁊ postea regredientē ⁊ non ex eodē. defectui ⁊ repurgatōi: sed ecōtrario s̄m diametꝝ factam. Quibus verbis innuit se vidisse lunaz ab oriēte ascendentē versus meridiē ⁊ soli se supponentē. eclipsiq̄ꝫ ꝑacta lunā redeuntē ad orientē: soli cursu ꝯsueto ad occidentē ꝓperante. ⁊ sic orbes eoꝝ e regiōe ꝯstituti ad pristinū graduz sunt restituti. Trib⁹ autem horis ꝑmanserūt: cuz tn̄ naturalis eclipsis solis cōtinue trāseat. Unde sicut sub Moyse ꝓpter peccata egyptiorū tribus diebus facte sunt tenebre sup̄ vniuersam terrā egypti: filijs israhel ip̄o lumine fruentib⁹. ita sub christo tenebre exteriores per tres horas ⁊ interiores heu grauiores extiterūt: sola matre dn̄i cum latrone in fide persistēte. Sed hoc magis āmirandū erat s̄m Chris. super hunc locuz ꝙ super omnē terram tenebre facte sunt: qd̄ nusq̄ꝫ prius actum legim⁹. ⁊ hoc in media die: cum vbiq̄ꝫ terraꝝ dies erat. vt omnes

70

qui terrā inhabitabāt miraculū hoc agnoscerent: qō solum sua magnitudine sufficiens erat omnes homīes ad christum conuertere. Sed cur euz non estimauerūt esse deum. nisi quia tunc genus humanuz multa desidia ⁊ malicia torpebat. ⁊ hoc miraculum cito transijt. nec sciebant que esset causa eius qō gerebaī. Et ideo postea loquebaī Jesus clamans voce magna: dicens. Hely hely lamazabathani. qō est interpretatū. Deus meus: deus meus: vt quid me dereliquisti. vt ostendat se innuere. Quia ipe miraculū hoc fecerat: quo. s. omnē creaturā patienti suo creatori efficaciter cōpati demōstraret. vt quid tu solus pater velut non compatiēs dereliquisti me potestati psequētium me taliter exponendo: ⁊ omnem ptectiōem aut spirit⁹ subleuatiōem subtrahēdo. Vtquid inquit pater dereliquisti me ⁊ talibus exaīatum calamitatibus tradidisti p salute eoz qui nihil boni fecerūt. īmo tam crudeliter innocentem me crucifixerunt: vt pcioso sanguine super terram effuso redimerem eos a maligno. Quid enim facturi sunt homines ingrati p quibus hec patior: cum tam crudeliter deseuiūt in me p quib⁹ ⁊ a quibus hec patior. Vtquid ergo dereliquisti me vt fierem quasi qui colligit stipulaz in messe post terga metentiū. et racemos in vindemia post vindemiatores. Precium enim meū cogitauerūt repellere: cucurri i siti oze suo benedicebāt: ⁊ corde suo maledicebant. nec est qui faciat bonum: nec est vsq ad vnum. Nam de toto genere hūano pro quo patiebaī vnuz dumtaxat secū trarit: scilicet a dextris pendentem tanq̄ glorioſum mortis sue fructuz. Vtquid ergo dereliquisti me tot pressuris exponēdo q̄ omnes etiam amici mei fere scandalizati sunt ⁊ dereliquerūt me: sola matre perseuerante in fide. Vnde in illa hora tā inexplicabilibus pressuris angustiabaī: ac si paterna iusticia ineffacissimā peccatorum expiatōem totus retro seculi penalitates corpor: angustias cordiū: ⁊ confusiones animoz. quasi fasciculuz mirre amarissime collectas filio tam dilecto portandas imposuisset. Vnde dicit Bonauētura super. iij. dis. xvj: q̄ passio christi nō solum stetit in sensualitate. nec tantuz puenit ad ratiōem inferiorem: sed extendit se vsq ad superiorez portiōem. Cuius causam assignat: dicēs. Quia sicut anima nostra ex cōiunctiōe sui ad corpus infectum tota corrumpit ⁊ tota inficitur fm omnē sui virtutem ⁊ omnē partem tam superiorem q̄ inferiorez. sic anima christi ex coniunctiōe sui ad corpus patiens ⁊ afflictū tota patiebatur. vt per illum dolorem tota peccatrix anima curareī. Et sic dolor fuit in christo fm superiorē portiōem rationis. cuius in ea etiam fuit gaudiū fruitionis. Et hoc teneaī tanq̄ verum: licet difficile sit ad intelligendum quomō in anima christi scōm eandez potentiam ⁊ scōm eūdem statum potentie fuerit dolor ⁊ gaudium. nec dolor superueniēs discontinuauerit gaudiū: sed simul fuerunt. ita q̄ nec dolor intensior fecerat gaudium esse minus perfectum. Vnde a simili in vno penitente videm⁹ q̄ simul dolet ⁊ de dolore gaudet. Christus enim cuz officiū habuit mediatoris: experiri debuit diuina ⁊ humana. ⁊ ideo simul ⁊ semel pfecte cōuerti poterat ad deum ⁊ ad nos. ita q̄ vna illaruz cōuersionum alteraz non impediebat nec retardebat. sicut in natura speculum bifaciatum suscipit pariter superiora ⁊ inferiora. et sic etiam potuit scōm eandem animę partem simul et semel gaudere in deo et compati corpori suo. ita q̄ nec dolor a gaudio: nec a dolore gaudiuz patereī aliquam diminutiōem nec remissionē. Hinc clamabat. deus deus vtquid dereliquisti me. quia sensualitas in homine christo veraciter erat derelicta totaliter passioni. ⁊ redundantia gaudij interioris suspendebatur. ita q̄ in nullo remisit dolorem. sed mirabiliter augmentabat eius subtractio cum enim viris cōtemplatiuis nihil penalius sit q̄ in fluxu priuari diuīe dulcedinis que potissime cōcomitatur amori diuino presertim feruido et puro. consilio tamen diuino tunc actum est in hoīe deo. vt eminentissime charitatis supabundantia pse

uerante penitus hac influentia diuina pri-
uaretur: ac si non dei filius sed inimic⁹ fu-
isset. Et scōm Hubertinuz, in ceteris ele-
ctis dei pro diuino amore certātibus: in-
fluxus diuini dulcoris fere totum suppor-
tauit ⁊ tempauit vehementiam illati do-
loris, solus ipe Jesus cp̄tum ad hoc pre-
ter ceteros in passionibus est derelictus:
vt tam īmense pateret sine refrigerio ali-
quo quātuz illa natura passibilis pati po-
terat. Et hunc sensum tangit glosa Leui-
tici. xvj. loquēs de hirco emissario. Tem-
pore inquit passionis christi diuinitas in
celum abisse dicit, non quidem locum mu-
tans: sed virtutē cohibens. vt possent im
pī confirmare passionem. vt sic verifica-
retur illud Ysa. Vere ipe dolores nostros
portauit. Et hec pena derelictiōis fuit il-
li grauior oībus alijs penis. quīmo si-
ne hac nulla fuisset ei pena. sicut postea vi
debitur. Hinc merito clamauit ad patrē.
Deus deus meus vtquid dereliquisti me:
Non tamen sic intelligenduz est quasi fi-
lius impatientia motus aduersus patrez
alicuius murmuratōis aut querele verba
deponeret: aut humanitas derelicta con-
tra diuinitatem. Sed hoc verbum fm Hu-
bertinū excessiuū pretendit amorem. quia
cum eadem sit derelictio et expositio pa-
tris ⁊ filij: non videtur aliud dicere patri
vtquid dereliquisti me quam respectu re-
ciproco super proprium amorem conuer-
ti ⁊ admirari stupendam et alijs mirabilē
proclamare sui expositionem in tam hor-
ribile gen⁹ mortis pro sic impijs ⁊ ingra-
tis. cui⁹ nulla ratio potest assignari cp̄ sue
inestimabilis charitatis īcomphensa mē-
sura. ¶ Quidam autem illic stantes scili-
cet milites qui gentiles erant: et linguam
hebraicam ignorabant: dicebant. Helyā
vocat iste. Ceteri vo dicebāt. Sine vide-
amus si veniat Helyas ad deponendum
eum. ¶ Postea sciens Jesus quia cōsum
mata sunt omnia que de illo scripta erāt
perficienda in corpore mortali: vt consu-
maretur scriptura Psal. dicentis. Dede
runt in escam meam fel. ⁊ in siti mea pota
uerunt me aceto. Clamauit iteruz: dicēs.

¶ Sitio. Et hoc quidem ad intellectuz li-
teralem verum fuit. Cum eniz omnes mo
rientes naturaliter sitiant. quantaz sitim
putamus habuisse fontem illum diuīe dul
cedinis Jesum tantis arefactōnibus ex-
siccatum. In illa nanq; crudelissima extē
sione ⁊ clauorum perforatiōe tantaz vim
passus est: vt omnium prius illataruz pe-
narum acerbitatem excederet. quia nō so
lum propter obtusitatem ⁊ grossitiem cla
uorum rupte sunt compagines ⁊ vene ma
nuum ac pedum: sed etiam ex vi retractio
nis membroruz. que tam acriter erant ex-
tenta super dimensionem crucis. illa vul-
nera benedicta mirabiliter aperiebantur
et presertim quando cuz cruce leuabatur
in altum ex ponderositate corporis confi
xi dūtaxat clauis sustentati vulnez aper-
ture tam horribiliter patebāt vt sanguis
sacratissimus in tanta abundantia de eis
dem efflueret cp̄ corpus illius sanctissimū
arefactū est quasi testa noua sitiēs aquas
vt impleretur illud Psal. Aruit tanq; te-
sta virtus mea. et lingua mea adhesit fau
cibus meis. et in puluerem mortis deduxi
sti nos. Vnō ex numio labore ⁊ sanguinis
effusiōe totus exsiccat⁹ sitiebat vltra mo-
dum. ita cp̄ puto veraciter nullum corpus
vnq; in hac vita tanta sitis penalitate fa-
tigatum: quod fuit illi magnum tormen-
tum. ¶ Ministri vo ad omnem iniuriam
inferendam parati: audientes eum siti la
borare. eum denuo verandi materiam ac-
ceperūt vt lingua illa saluifica puniretur
que dulciflua illud amoris verbum depro
miserat. pater dimitte illis. Et obtulerūt
ei acetum cuz felle mixtū. Ysaias autez cū
serra lignea secaretur angustiatus siti cla
mauit ad dominum. vt habetur in histo.
et illi venit aqua desuper ad bibendum in
tanta abūdantia cp̄ exinde stagnū quod-
dam impleretur vocatum natatoria siloe
postmodū multe virtutis et efficacie. Nā
siloe interpretatur missus. Jesus autem
siti laborans aceto potatur: ⁊ felle pasci-
tur. Unde legitur in libro quodam hebra
ico qui dicitur Judicū ordinariox. cp̄ sic
Salomon dicit Prouerbio. vlti. Noli re-

gibus dare vinum, quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas. ne forte bibant et obliuiscantur iudiciorum. et mutent causam filiorū pauperis. Date siceram. i. potum ebrietatū merentibus: ⁊ vinum his qui amaro sunt animo bibant ⁊ obliuiscātur egestatis sue: ⁊ doloris non recordantur amplius. Et seniores iudeorum occasione verbi huius statuerūt q̄ damnatis daretur vinum aromaticum ad bibendum vt facilius tolerarent passionem. In iherusalem autez erant matrone deuoce que dabant huiusmodi vinum ex deuotione. Judei ergo ex crudelitate nimia permoti tale vinum pro christo datum ⁊ alijs duobus. acceperunt sibi sicut predictum erat per Amos prophetam. ij. capi. Et vinum damnatorum bibebant. Vnde loco vini posuerunt acetum cum felle mixtum. Audiāt hec bibuli: gulosi: ⁊ ebrioſi. quos apostolus flens dicit inimicos crucis christi: quorum deus venter est ⁊ gloriātur in cōfusione. Et hoc tangit Bernard⁹: dicēs: Ecce quale prandium dabatur domīo nostro. hora quidez iam erat prandendi: sed pre labore ⁊ dolore sumere non potuit: nisi potum. O quid facturi sumus qui in cibo ⁊ potu vltra necessitatem etiam delicias querimus. Nam si mille annis vixerit homo semper in pane ieiunans ⁊ aqua: sufficienter compensare non posset vnicaz illam cenam quam dominus in cruce gustauit. Veruntamen quia prescibat ministros impietatis p refrigeratione sitis fel cum aceto collaturos. Liquido patet hoc verbum dixisse nō pro refrigerio sitis: sed vt impleretur scriptura demonstrās eius necessitatez ⁊ eorum crudelitatem. Et vt affectū amoris nobis exprimeret et ostenderet omnem humectatiōez vitalis humoris refrigerantis ⁊ sustentantis se pro nostra salute funditus effudisse. quasi diceret primo matri. O dulcissima et perturbatissima mater vide filiū tuum ad quantaz deuenit inopiam. Ecce qui angelis porrigo potum felicitatis: aquam vnum salientem in vitam eternā. ⁊ hominibus redemptionis et venie salutis et gratie fontem aperio iam in tanto laboris ⁊ doloris discrimīe positus indicibili sitis ardore crucior. O quātum his verbis matris dulcissime viscera torquebanē. Ac secundo specialiter innueret christiano cuilibet. Ecce in passionib⁹ corporis mei nihil potest doloroſius in corde penalius ⁊ vilius in despectōe de cordis mei amore vobis ostendi: cum turpissima: dolorosissima: et acerbissima morte vitam vinio provobis redimendis. Adhuc tamen sitio si possibile foret mille millibus modis mortis vobis īgratis diuinuz vestre salutis amorem declarare. vt vel sic saxea corda vestra conuertantur: ⁊ ad reamandum fideliter ⁊ fortiter attrahantur qui sic gratuite vos dignos offi morte preuenio. Tercio quoq̄ sustolli potest ad dilectum patrem. Quasi diceret. Pater opus consummaui quod dedisti mihi vt facerem. ⁊ assumptam naturam passibilez: sic in honorem tuum cōsumpsi q̄ omnibus effusis ⁊ exsiccatis humoribus vite mortem instare video. Sitio etiam tamen si tue placuerit paternitati mille millies hanc ipsaz morte p amore ⁊ honore tui nominis iteruz ac itez degustare. Et hec subita voluntas tanti meriti fuit apud patrem q̄ omnium peccatorum etiam multium seculorum indulgentiam et emundationem ademit quātum ad sufficientiam. In huius denicq̄ sitis figura dixit Sampson Judic. xv. Tu domine dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam: scilicz generis humani. atcq̄ victoriam: scilicet ab antiquo serpente ⁊ satellitib⁹ eius. Et en siti morioz. i. desiderio hui⁹ sane salutis ⁊ victorie mortem excipio.

¶ Videns ergo Jesus q̄ consummata sunt omnia que pphetata fuerunt a domino subiunxit: dicens. Consummatum est: scilicet opus quod illi pater ad perficiendum cōmiserat. In eo cōmendans perseuerantie virtutem. a qua nec penarum acerbitas: nec discipulorum infidelitas: nec Jude peruersitas: nec impiorum crudelitas: nec matris doloroſitas euz vel in minimo poterat reuocare. Verūtamen licet omnia consummata fuerant: vt etiam

confirmaret in nobis indicium illius emi
nentissime ⁊ excellētissime charitatis tri
bus horis perseuerare in illo inexpressibi
li agone ⁊ dolore crucis. Nam postq̄ cru
cifixus est Jesus christus filius dei viui:
⁊ eleuatus ex tanti sanguinis effussiōe to
tus exhaustus fuerat. ⁊ iam supra naturā
erat humanam q̄ de cetero vincere pote
rat: cum humanā vitam constat in sangui
ne cōseruari. de quo nihil sibi retinuit lar
gifluus ille mercator: cuncta pro redem
ptione nostra liberaliter exponens: nisi p̄
modicum circa cordis vitalia post mortē
eius in apertione lateris effundendum. ni
si fuisset in eo specialis quedaz viuacitas
nature ⁊ equalitas maxima naturalis cō
plexionis. quia eius carne fuit equalitas
maxima complexionis. et perfecta seu in
tegra viuacitas sensuum: ac pariformiter
erat in anima christi summa charitas ad
deum: ⁊ viscerosissima pietas ad ꝓximuz.
bb Et ido dicit Richardus super. iij. distin.
xv. q̄ dolor qui fuit in christo maior erat
omnibus doloribus. Tum propter equali
tatem magnam ⁊ nobilitatem complexio
nis ex qua fuit in eo sensus tactus viuacis
simus. Tum quia patiebatur seu pati volu
it in locis maxime sensibilibus: scilicet ma
nibus ⁊ pedibus: vbi est magna neruoruz
seu venarum abundantia. in quibus maxi
me viget sensus tactus. Tum propter do
loris vniuersalitatez. quia passus fuit per
totum corp⁹. Vnde christi corpus (vt ibi
dem dicit Richardus distin. xvj. de lege
quidem nature erat resolubile et mortale:
⁊ nisi fuisset miraculose conseruatuz) de
fecisset ad vltimum: q̄uis valde diu duras
set propter excellentiaz ⁊ nobilitatē com
plexiōis. Et ideo mors christi ex vna par
te fuit grauissima: ⁊ ex alia parte miracu
losa. Grauissima quidem fuit. quia mor
tuus fuit per violentiā illatarum afflicti
onum: concurrente vehementia compassi
onis doloris que mortem accelerauit. qd̄
videtur posse ꝓbabaliter persuaderi per
illud quod dicitur Mathei. xvij. Jesus
clamās voce magna emisit spirituz. Erat
etiam mors christi quodāmodo miraculo
sa. quia nisi dispensatiue diuina potentia
prohibuisset beatitudinem anime christi
in suum corpus redundare: corpus christi
nulla interueniente vel impediente mor
te glorificatum fuisset. quod si factum fu
isset: nulla virtute creata potuisset anima
illa a suo corpore separari. Hec ille. Ido
non ab re credendum esse reor Q. dulcis
simus Jesus latus illud sanctissimum in
signum eminentissime dilectionis aperiē
dum amori nostro viam ad ingrediendum
pararet. ⁊ in vniuersos amorem suum lon
ge lateq̄ diffunderet. Pro tunc quidem
aperiri distulit ne per eius aperturam ci
tius moreretur. ⁊ a penarum angustijs li
beraretur. Ex quibus merito concludēdū
est q̄ his tribus horis vltra virtutem hu
mane fragilitatis viuus in cruce perseue
rabat. vt vel sic in penarum abundantia
nobis in illam ineffabilem ad nos charita
tem ⁊ amorem commendaret. et se propo
neret amoris obiectuz deuotis mentibus
iugiter inspiciendum. ¶ Videns autez cc
diabolus q̄ christus totus angustiatus ⁊
exsiccatus morti propinquaret: protinus
aduenit. Et (vt dicitur etiā in glosa Tho
bie super exenteratione piscis) stetit su
pra brachium crucis: considerans si in eo
aliquam peccati maculam inueniret. tan
q̄ leo rugiens paratus ad escam. vt diui
nissimam illam ⁊ sanctissimam animaz ra
piat: et sic deglutiat tanquaz inferus vi
uam. Et hoc dominus in cena discipulis
suis predixerat: dicens. Quia venit prin
ceps mūdi huius. ⁊ in me non habet quic
quaz. Dicit etiam magister in historijs q̄
diabolus supra crucem stetit et noluit re
cedere donec christus expirauit. et vidēs
postea se confusum recessit. Veniens au
tem ad tartara reperit animā christi por
tas confringentem inferni ⁊ animas edu
centem que diu eius aduentuz expectaue
runt. Tuncq̄ remotum est vt in eodez in
stanti diuine visionis impedimētum. Q.d̄
etiam figuratum est in gladio flammeo et
versatili ante paradisum posito. Deniq̄
super hunc etiam locuz dicit Gregorius.

Curandũ nobis est ⁊ magnis quotidie fle
tibus cogitanduz q̃ seuus et terribilis in
nobis opera sua requirẽs in die exitus no
stri princeps huius mundi veniet si etiam
ad deum carne morientem venit. et in illo
aliquid quesiuit ĩ quo nihil inuenire potu
it. ¶ Jesus igitur morti ꝓpinquãs ocu
los cepit deprimere. facie pallescere. ⁊ ad
introitum sanctisanctorum se preparare:
vt offerat deo preces ⁊ oblationes gratis
simas in separatiõe illius sanctissime ani
me a virgineo suo corpore. Omnia nanq̃
que precesserũt paramenta fuerũt ad hoc
sacrificium dignissime celebrandũ. Sicut
figuratum est in Hester regina que primo
regio cultu adornata stetit coram Assue
ro rege pro populo suo petitura: qui terri
bilis erat aspectu. sedens super solium re
gni sui vestibus regijs indutus. auroq̃ ful
gens ⁊ lapidibus preciosis. Cunq̃ faciez
suam eleuasset. ⁊ oculis ardentibus furo
rez pectoris indicasset: pre timore regina
corruit. ⁊ in pallorã colore mutato lapsuz
caput super ancillaz reclinauit. spiritusq̃
regis versus est in mansuetudinẽ. Sic hu
manitas christi stetit in ara crucis inter
cessura pro populo suo. Cui cuz diuinitas
furorez pectoris indicasset in eo vindictã
scelerum nostroruz exercens. Quia dicit
Ysaias ꝙ dominus voluit cõterere eum. ⁊
posuit super eum iniquitates omnium no
strũ. Electa regina scilicz caro christi san
ctissima in pallorem versa colore mutato
corruit per mortem se reclinans super cru
cem. ⁊ extunc spiritus paternus est in mã
suetudinez versus. ¶ Sentiens igit̃ Je
sus mortem adesse: recollecto spiritu cla
mauit voce magna: dicens. Pater in ma
nus tuas cõmendo spiritum meum. Cla
mor iste non fuit naturalis: sed miraculo
sus. quia sicut cruciatus. afflictus. exhau
stus. ⁊ morti ꝓximus virtute naturali cla
mare non potuisset. ¶ Videns autẽ Cen
turio qui ex aduerso stabat qꝛ sic clamans
exspirasset. ⁊ considerans ꝙ illa vox natu
raliter formari nõ poterat ab homĩe mor
ti tam ꝓximo. statim conclusit ꝙ esset for
mata virtute dei. ⁊ glorificauit deum: di
cens. Vere hic homo filius dei erat. In
ter omnes autem penas passionis christi
mortis pena fuit acerbissima. qꝛ inter om
nia terribilia mors ẽ terribilissima. vt di
citur. iij. Ethic̃. Et hoc scd̃m Damascenũ
propter naturalez inclinatõem anime ad
corpus: que fuit specialis ratio in christo
de tali anima ad tale corpus cui vtriq̃ di
uinitas vnita fuit in vnitate suppositi. cõ
iunctione quidẽ inseꝑabili. quia dicit Da
masceñ. libro. iij. Et si mortuus est vt ho
mo ⁊ sancta eius anima ab incõtaminato
diuisa est corꝑe. diuinitas tamen ab vtris
q̃ inseparabilis permãsit: ab anima dico
⁊ corpore. ⁊ neq̃ vna ita ypostasis in du
as diuisa est. Etenim corpꝰ ⁊ anima sicut
a principio in ypostasi verbi habuerũt exi
stentiam sicut etiam in morte. ¶ Deniq̃
ad ostendenduz compassiõem taz acerbis
sime mortis terra mota est. quasi creato
rem in cruce pendentem sustinere non va
lens. aut actoribus tanti sceleris deserui
re recusans. sic̃ in lege veteri patuit ĩ Da
than ⁊ Abyron ⁊ Chore. ¶ Et petre scis
se sunt. Naz in euangelio nazareoꝝ suꝑ li
minare templi infinite magnitudinis cre
puisse legit̃. auditasq̃ voces in aere. trã
seamus ex his sedibus. ¶ Et monumen
ta aperta sunt ⁊ multa corpora sanctorũ
qui dormierant surrexerunt. non quidem
tunc quãdo monumenta aperta sunt: sed
postea quãdo christus resurrexit. quia cuz
eo surrexerunt tanq̃ generales testes re
surrectionis eius. ¶ Et venerunt in san
ctam ciuitatẽ: scilicet iherusalẽ. Et appa
ruerunt multis. vbi non ostendit̃ fuisse ge
neralis que omnibus apparebit: sed speci
alis ad plurimos vt hi viderent qui cerne
re merebãtur. Et nos incunctãter crede
re debemus ꝙ qui resurgente domino re
surrexerunt: ascendente eo ad celos ⁊ ipsi
pariter ascenderũt. Prius etiam dominꝰ
resurrexit q̃ ipsi resurgerent vt esset ipse
primogenitus resurrectionis ex mortuis.
Et ne putaretur etiaz esse fantasma quod
factuz est exierunt de monumento post re
surrectionem eius et venerunt in ciuita
tem et apparuerunt multis. ¶ Milites

ergo qui custodiebant Jesum viso terre-
motu ⁊ his que fiebant timuerunt valde:
dicentes. Vere filius dei erat iste. Et om
nis turba eoꝝ qui simul aderāt ad specta
culum istud. ⁊ videbāt que fiebant percu-
tientes pectora sua reuertebant̄. Recedē
te v̄o multitudine remāsit mater mestissi
ma cum suis se ponēs ꝯtra crucē dilectū fi
lium incessanter inspiciēs ⁊ a deo auxiliū
expectās qualiter illū deponere valeat et
sepelire. Reuoluebat interim illata cōui-
tia: nec quicq̄ inuenire poterat ī eo qd̄ sin
gulari afflictiōe non relucebat. ¶ Judei
v̄o qꝛ parasceue erat vt nō remanerēt in
cruce sabbato corpa. erat enim magnꝰ di-
es ille sabbati: rogauerūt Pilatū vt fran
gerent̄ eoꝝ crura ⁊ tollerent̄. Et permisit
Pilatus. Tunc reuertunt̄ milites: ⁊ ecce
renouat̄ dolor pie matris cum ignoraret
quid crudelitatis in filiū amplius actita-
re vellent. Qui venientes: primi quidem
fregerūt crura: ⁊ alteriꝰ qui crucifixus est
cum eo: ¶ Ad Jesum aūt cum venissent
vt viderūt eū iam mortuū non frangerūt
eius crura. vt impleret̄ scriptura: dicens.
Os non ꝯminuetis ex eo. ¶ Sed vnꝰ mili
tum lancea latus eius dextꝝ apuit: ⁊ cōti
nuo exiuit sanguis ⁊ aqua. vt impleret̄ al
tera scriptura: dicens. Videbūt in quem
transfixerūt. Hec aūt effusio sanguinis et
aque miraculosa fuit. qꝛ de corpe mortui
in quo statim propter mortis frigiditatez
sanguis cōgelatur ⁊ in tabē cōuertit̄. nec
aq̄ nec sanguis emanare potest. Dicit au-
tem Augꝰ. in li. de origine aīe ad Vincen
tium victorē. Credibile est q̄ latro ille cui
ꝓmisit dn̄s paradisuz aspsus erat sangui
ne ⁊ aqua de latere christi exiliētibꝰ ⁊ tali
sanctissimo baptismate saluatꝰ sit. Fecit B
Lōginꝰ ad ꝯplacentiā iudeoꝝ eos de mor
te christi certificare volens. O tu feralis
bestia crudelior vniuersis. cui nec satiari
poterāt opprobria tanta ī filio dei: nisi et
in mortuo corpore cūctis crudelius dese-
uiens beluina rabie cor illud diuinū pari-
ter ⁊ maternū lancea dira perfodiēs ⁊ su-
per crudelitatē omniū persequētium eum
abijceres. Quid ad hec maiestas infinita

et inflexibilis iusticia faciendū deliberas:
vbi tāta matris ⁊ filij viget iniuria? Mi
ra res fratres ⁊ omni dulcedine dulcior.
om̄i amore p̄stantior: medullas aīe deuo-
te pertrāsiens. Naz mortuo corpe viget
⁊ viuit adhuc inextinguibilis ardor amo
ris in sanguine simul ⁊ aqua ꝓsiliens ⁊ in-
uasorē crudelez prius inuadēs amoris vi
cem inexp̄ssibilem tanto piaculo reddit vt
eodem sanguine mitigaret crudelem. illu-
minaret cecutientē. ⁊ secū trahēs in abys
sum lumīe fidei purgaret ⁊ deliniret eodē
balsamo peccatoꝝ illius horrendā offici-
nam. ac regni sui efficeret ꝑticipē. Plane
nobis oñdens īcrudeliori q̄nto desiderio
ꝑsecutores vniuersos ī gratiā ꝑcipere pa
ratus existat. Vnde dicit Ysido. q̄ lancea
Longinꝰ saluatoris latus aperuit. tamen
non solum veniaz inuenit: sed etiaz episco
patus honorē ⁊ martyrij palmaz prome-
ruit. Cum eniz licet nescius sanguine chri
sti per lanceam defluēte caligatos oculos
tangeret cōtinue clare vidit: ⁊ protinꝰ il-
luminatus in christū credidit. Vnde mili
cie cedens instructus ab apostolis in cesa
ream capadocie. xxxviij. annis vitam mo
nasticam duxit. ⁊ in omni sanctitate per-
manēs: verbo ⁊ exēplo plurimos ad chri-
stum cōuertit. Hoc autem vulnus lateris
in veteri lege figurabat̄ in ostio arche Ge
nes. vj. Ostium arche pones in latere de-
orsum. quia sicut tunc nullus euadere po-
tuit diluuiuz: nisi veniens in archā ꝑ osti-
um vulneris huius intret ⁊ in christo ꝑ fi-
dem ⁊ amorem ꝑmaneat. Vnde Bernar
dus super Canti. Quid angustius illo fo-
ramine quod vnus militum lancea in late
re domini apuit. ⁊ tamen per illas rimas
⁊ angustas portas totus mundus ad vi-
tam intrauit. Nimirum cum ex latere flu
xerunt nobis septem ecclesie sacramenta.
Hinc dicit Augustinꝰ in libro de contem-
platione domini Jesu. Vulneratꝰ est in-
quit ꝓpter delicta nostra tuta ⁊ firma re-
quies in firmis peccatoribus in vulneribꝰ
saluatoris pateret per vulnera mihi visce
ra. Quicq̄d enim ex me mihi deest hoc to-
tum vsurpo mihi ex visceribus domī mei

quia misericordia affluūt: nec desunt foramina per que affluāt. Per foramē corpis mihi patet archanū cordis. Vulnera Jesu christi plena sunt misericordia. plēa pietate. plena dulcedine ⁊ charitate. p quas rimas licet mihi gustare q̄ suauis est dñs meus. Rogo te dñe per illa salutifera vulnera tua q̄ passus es in cruce p salute nr̄a ex quib⁹ emanauit ille p̄ciosus sanguis q̄ redempti sum⁹. Vulnera hāc aīam meam peccatricē q̄ qua mori dignat⁹ es igneo ⁊ potentissimo telo tue porētissime charitatis: vt etiam dicat ipa. vulnerata charitate ego suz. Recedētibus ergo denuo ministris impietatis Maria se cruci iunxit. Et vt dicit Aug⁹. leuabat manus i altum amplectēs ⁊ ruens i oscula xp̄i: sz frustra tense manus in se redibāt incōplexe. Cumq̄ solaciū aliud non haberet: sanguinem pfluentez ex vulneri⁹ f.lī nimia animi auiditate deosculabaī. intātū vt facies matris de cruore occisi filī sanguinolēta redderet. Post hec aūt cuz iam sero factū esz. qz parasceue erat qō est añ sabbatū. venit quidā hō dines noīe Joseph q̄ erat nobilis decurio. i. de curia alit⁹ magni principis: vel acceptā habens curam plebis. Hic enz fm seculi statū magne dignitatis fuit: sed multū maioris meriti aput deū fuisse laudaī. qz iust⁹ fuisse describitur. Decebat enz eum talez existere qui corpus dñi sepeliret. Unde dicīt vir bonus ⁊ iustus qui nō p̄senserat p̄silio ⁊ actibus eor. quar en⁹ sic per iusticiā meriti dignus fieret officio tali. Unde in alio euāgelio pulyces appellaī. i. p̄siliarius. Et de ip̄o quidā autumāt primuz psalmū fuisse cōpositū fm Hiero. scz. Beatus vir q̄ nō abīt. Huic enim in mortis p̄iculū sed tradidit ppter christi benuolentiā ad offes assumens inimiciciā. Qui expectabat ⁊ ipse regnū dei: eo q̄ esset discipul⁹ Jesu occultus aūt ppter metū iudeor. Hic audacter ītroiuit ad Pilatū ⁊ petīt vt tolleret corpus Jesu. Pilatus aūt mirabatur si iaz obisset. Et accersito Centurione interrogauit eū si iam mortuus esset. Et cū cognouisset a Centurione donauit corpus Jesu. Joseph aūt mercatus est syndonē. i. pannū lineum candidū ⁊ mundū. Cui se sociauit Nicodem⁹ qui venerat ad Jesum nocte primū: secū ferens mixturā mirre ⁊ aloes: quasi libras centū. ac piter pperabāt vt Jesuz deponerēt. vngerēt. ⁊ sepelirent. Propinquātes aūtē cruci et matri cū magna reuerētia accedentes corpus dñicuz deposuerūt. Quot aūt illic lachrime gemit⁹ ⁊ suspiria in hac sacratissimi corpis depositōe fundebāt: non est nostre facultatis euoluere. Tam irremediabiliter resoluebaī in lachrymis vt v̄ eorum quisq̄ verba formare posset. Cūq̄z corpus filī depositū fuerat etiaz terra ruens sup illud electa mater pre doloris incōtinentia: q̄ maxime tūc augebaī in amplexu ⁊ osculis filī. faciē ei⁹ et vulnera vt dicit Aug⁹. tam copiose lachrymis pfundebat vt carnē eius cuz spū in lachrymis solui putares. Sepe deosculās illa sacratissima mēbra reiterabat: dicens. O dulcissime fili quid feci sti? cur te iudei crudelissimi crucifixerūt. ⁊ tam copiose corpus eius lachrymis irrigabat vt sup lapidem in quo fuerat corp⁹ defluerēt vbi postmodum eius lachryme diu cernētibus apparuisse dicunt. Sed ⁊ Magdalena pcidēs ad pedes eius ad quos prius misericordiam cōsecuta fuerat pre dolore deficere videbatur. multomagis nunc lachrymis rigans q̄z ante. multū fleuit: qz multū amauit. p̄sertim in hoc vltimo obsequio dñi et magistri sui ceteris oīb⁹ circūstātib⁹ ⁊ lachrymis irremediabilib⁹ flentibus. vt sic dolorosis singultibus dñi sui p̄sequerent exequias. Nimiz qz lamētabile spectaculum erat q̄ corp⁹ tante nobilitatis tractabatur tanq̄z vile cadauer. eo q̄ ad p̄seruationez vngebaī: licet in veritate cadauer non fuerit ppter diuinū suppositū: in quo corpus illud imputribiliter subsistebat.

Acceperūt enz corp⁹ Jesu ⁊ l'gauerūt eū lintheis cū aromatib⁹: sicut mos est iudeis sepelire. Erat in loco vbi crucifixus fuerat ort⁹. ⁊ in orto monumentū q̄ō ex ciderat sibi Joseph in petra in quo nondū quisq̄ posit⁹ fuerat. Unō refert Beda q̄

monumentū fuit domus rotūda de subia
cente rupe excisa. tante altitudinis ꝙ ho-
mo rectus existens vix manu extenta cul.
men illi⁹ attingere posset. Et habet intro
ituz ab oriente. cui magn⁹ lapis superpo-
situs erat pro ostio. in cui⁹ aquilonari par
te sepulchꝝ factū fuerat: septez habēs pe
des longitudinis. ⁊ alti⁹ eminēs pauimē-
to mensura triū palmaꝝ. Qđ sepulchruz
non desup: sed a latere meridiano ꝑ totuz
patet vbi corpus inferebat̄. ⁊ lapis illius
monumenti albo rubeoq̄ colore dicit̄ esse
ꝑmixtus. Ibi ergo ꝓpter parasceuen
iudeoꝝ qꝛ iuxta erat monumētū posuerūt
Jesuz. Et aduoluit Joseph saxū magnū
ad ostium monumēti. ⁊ abijt cum ceteris.
Mulieres autē que dominū arti⁹ ama
uerunt apud sepulchꝝ sedētes locum dili-
genter notauerūt. ⁊ cū Maria matre Je
su illic ꝑmanserūt donec nocte suꝑuenien
te ad ciuitatē redire cogunt̄ parātes aro-
mata q̄diu licuit oꝑari. Ingrediens igi
tur Maria ciuitatē: vt dicit Aug⁹. fiebat
luct⁹ vbicūq̄ ibat Maria. plorabat ipsa:
plorabāt ambulātes cum ea. currebāt vn
diq̄ virgines ⁊ deuote matrone que pie-
tate mote suꝑ illius dolorē ad luctū ama
rum ꝯuertebant̄. Vix eniz lachrymas cō
tinere poterat quicūq̄ plorantē illā vide
bat. Tam pie plorabat et amare flebat ꝙ
multos etiam viros ad luctuz ꝓuocabat.
qꝛ licet euz resurrectuꝝ certissime sciebat
propter recentē tamen mortem eius a la-
chrymis se cōtinere non poterat. Nam h̄
maxime doloris āgustias augmētabat ꝙ
illū videbat morientē totū afflictū. lacera
tum. anxiū. sitibundū. oppressuz. ⁊ violen
tum. p̄sertim sub crucis onere: ⁊ in crucis
extensione. et suꝑ hoc cogitur intrare sub
alieno tecto dies ducere lugubres. et ele-
mosynis sustentari mater dei: regina celi:
domīa mūdi. Hic querit̄ cur pijssimus
Jesus tam dulcissimā matrē tantis sine-
bat angustijs agitari: cum tñ p̄ceꝑat omi-
bus. honora patrē tuū ⁊ matrē. qui scz ho
nor maxime relucet in actuali necessitatis
subuentōe ⁊ misteriaꝝ sublenatōe quātuz
fieri potest. Suꝑ quo semper saluo melio-
ri iudicio non ab re rñdenduz esse reor. ꝙ
dulcissim⁹ filius matrē adō dilectā ꝓut de
cuit pre ceteris creaturis vniuersis tā an
gelicis q̄ hūanis ineffabiliter exaltari vo
luit. vt sicut ip̄e resurrectur⁹ ⁊ ascēsur⁹ in
celū sederet ad dexterā patris. i. in potio
ribus bonis paterne glorie: sic ⁊ matrē su
am assumeret ad dexterā suam. i. in potio
rib⁹ bonis glorie filialis sublimaret. Qđ
tamē donū tam ineffabile q̄ singulare pre
stare noluit meritis alienis: sz diris labo
ribus ⁊ doloribus ꝓprijs. in summa pau-
pertate. extrema vilitate. infima hūilita-
te. purissima castitate. plenissima charita
te. ceterisq̄ similib⁹. p̄cipue tamē in sum-
ma penalitate doloꝝ ⁊ angustie: vt eandē
viam quā precessit ip̄e sequeret̄. Vnde et
christus licet nō meruit gloriā anime sue:
vt dicit Richard̄. suꝑ. iij. dist. xviij. eo ꝙ
actus glorie p̄supponit actualē existentiā
illius substātie cui⁹ est actus. sed aīa chri-
sti non habuit actualē existentiā: nisi ꝑ sui
vnionē cuz verbo. ⁊ ergo prius ordine na
ture fuit vnita q̄ haberet actum glorie. sz
eo ipso quo verbo fuit vnita q̄ est vnio ma
xima: debebat̄ sibi vnio que est per actum
glorie. Cū ergo prima vnio nō cecidit sub
aliq̄ merito: sic nec alia cadere potuit sub
merito. meruit tñ sibi gloriam corꝑis. Et
ideo dicit ibidē Bonauētura. ꝙ christus
nō meruit sibi substātiale p̄miuz. qꝛ meri-
tum dicit ordinatōez ad p̄miū sicut dispo
sitio ad ꝯplemētū. ⁊ ideo necesse est p̄miū
p̄cedere qđ ī aīa xp̄i firei nō potuit. qꝛ nō
fuissz ad vnionē idonea: nisi fuissz beatissi
ma ⁊ deiformissima. qđ quidē fit ꝑ influē-
tiā glorie. ⁊ iō gloria ī xp̄o p̄cessit oīa me-
rita ꝓpter sūmā dignitatē q̄ fuit ī aīa xp̄i
a sua creatōe ꝓpter ei⁹ vnionē ad v̄bū. sz
meruit sibi gl̄ificatōz corꝑis nō solū ī agē
do sz etiā patiēdo. Cui⁹ rō ē. qꝛ mediator
erat dei ⁊ hoīm. ⁊ iō simul eē debuit ꝯp̄hē
sor ꝓpt̄ suā dignitatē: ⁊ viator ꝓpt̄ nr̄am
necessitatē. ⁊ sic ꝑtiz eē debuit ī statu gl̄ie
s̄m ꝑtē hoīs suꝑiorē. ⁊ ꝑtiz ī statu miserie
s̄m ꝑtē hoīs inferiorē: vtpote s̄m carnez.
Et ideo s̄m diuinā dispositōem necesse fu
it mereri corpus christi glorificatōem: vt

christus esset in statu in quo ꝓ nobis mereri posset ⁊ satisfacere. Q⁹ si christũ oportebat pati tam ĩmensa tormenta vt ꝑ propria merita ſm carnez gloriosus paternã intraret gloriã tam ineffabiliter exaltandus. Quid mirũ si mater cõregnatura: similiter ad similia patienda ꝑeligebatur. Quaz stolidi sunt igit̃ qui damnabili torpentes inercia. carni cõtraria tantoꝑe fugiunt. cum retributio future glorie cõpensabitur ſm propria merita: non aliena. vt si legitime cõpatimur ⁊ conregnemus ad laudem.

Sermo. liij.

Inspice ⁊ fac scdm̃ exemplar qđ tibi monstratũ est in monte. Exod. xxv. Q̃ntũ ad historiaz sunt verba domĩ ad Moysen in monte synai. Figurate v̄o sunt opera xp̃i in cruce suꝑ montez caluarie clamãtia ad verum Moysen de aquis deliciaꝝ ⁊ terrenaꝝ cupiditatũ iam extractũ per man⁹ filie celestis regis. i. gratie diuine. vt fugiat in desertũ penitẽtie. Nec enim excidat ab illis qđ dicit apl̃us Petrus. Christ⁹ passus est ꝓ nobis: vobis relĩquẽs exẽplũ vt sequamini vestigia ei⁹. Ecce q̃le nobis exemplar apposuit illa diuĩa maiestas. nõ hominẽ. non angelũ. non aliam creaturã. sed seip̃m in assumpta natura vt vilissimũ seruuluz. non pudeat vel pigeat talem ac tantum subsequi dominuz. Unde Jesus eodez fere sensu. Si quis inquit vult post me venire abneget seip̃m. ⁊ tol. cru. suã ⁊ se. me. quasi dicat ſm exemplar a me ꝓpositum cuncta ꝑficiat. Q.đ vtiqꝫ potissimũ vtpote iam perfectũ ⁊ cõsummatũ in passione sua duxit erigenduz. In quo quisqꝫ propriã perfectõez lucidissime valeat speculari. In cuius figura iussit dñs Moysi vt serpentẽ eneum erigeret. cui⁹ aspectus ignitoruz serpentũ morsus in filijs israhel elanguẽtib⁹ ꝑfecte sanaret. O serpẽs callidior vniuersis. nõ venenũ: sed balsamũ in ore portãs. non sibulãs deceptõez: sed instruens ad salutẽ. cunctos sanans veraciter inspiciẽtes: ⁊ exemplis instruẽs te sequẽtes. Sz qui sunt scire velim quos ipsa crucifixi inspectio sanare dignat̃ a diris vulneribus peccatoꝝ suoꝝ. Multos eniz cerno frequẽtãtes ecclesias. ⁊ erectis luminibus crucifixũ suppliciter adorãdo respicere. reuersosqꝫ denuo ad propria vias ꝑstinas repetere velut alternatis vicib⁹. nũc deuotꝫ orõnib⁹. nũc v̄o ꝓprijs ꝯcupiscentijs seruiẽtes. quos si sanare venerit: affirmare non audeo. presertim cum scriptum sit. Multi sunt vocati: scilicz ad sanandum. pauci vero electi: ad beneficium sanitatis cõsequendũ. non ex impotentia medici: sed ex indispositiõe egroti: qui cibus noxios vitare non curat. Quia nimirum tales dicit apl̃us inimicos esse crucꝫ christi. Quos inquit sepe dicebã: vobis ⁊ nũc flens dico inimicos crucꝫ xp̃i. Quos inquis? Audi quid sequit̃. Quoꝝ de⁹ venter est. non crucifixus: sed ꝯcupiscẽtia carnis ⁊ gloria. i. suꝑbia in confusiõe. qꝛ qui se exaltat humiliabit̃. et hoꝝ deus est elatio. Sequit̃. Qui terrena sapiũt. Ecce q̃rum deus est auaricia qui dicit̃ idoloꝝ seruitus. Nam cui vitio quis subiacet: hoc ꝓ deo sibi cõstituit. Et qui facit peccatũ: seruus est peccati. Hinc etiam a vero serpente sanari nõ meretur: licz crucifixũ suppliciter adorare videat̃ rñsum accepturus. Populus hic labijs me honorat. cor autẽ eoꝝ longe est a me. Unde refert Plinius ad Maximũ. ꝙ inter romanos erat ꝯtrouersia quedã de quibusdã dijs famosis q̃s deberet esse principalis: ⁊ quis esset eius titulus. Ad cuius determinatõem vocati sunt sapientes ph̃i. milites ⁊ armigeri. diuites ⁊ pecuniosi cõmuni populo circũstãte. Cõmuniqꝫ lege sanxitũ est vt quisqꝫ suam sententiã super hoc ꝓmulgaret. Primo igitur sapiẽtes ⁊ ph̃i suaz dederũt sententiã ꝙ titulus dei principalis esset deus sapientie. qꝛ ad deum ꝑtinet om̃ia bene regere. sed per sapientiã omnia reguntur que bene regũtur. Quibus a plebe responsum est ꝙ nullus deus deberet h̃re titulum alicui⁹ virtutis qua male quis vti posset. sed sapiẽtia ꝯtingit male vti. vt patet in Salomone. Tunc secũdo milites et

armigeri ꝓcedentes sententiauerũt ꝙ di
ceretur deus potentie et milicie. quia deo
cuncta debent esse subiecta. sed per potẽ-
tiam hominib⁹ omnia subdũtur: vt patet
in Alexandro magno. Quibus responsuz
est vt prius. Tercio deniq; diuites ⁊ aua-
ri ꝓcedentes sententiauerũt ꝙ diceret̃ de
us pecunie. quia deo debetur honor ⁊ re-
uerentia. sed omnia pecunie obediunt: et
possidentez omnes venerant̃. Sed his est
rñsum vt prius. ⁊ cõtrouersia perseuera-
bat. Tandẽ vnus de plebe surrexit qui co
ram omnib⁹ in terrã hominis imaginẽ cũ
duabus alis ꝓtraxit. In dextera ala scri
psit hoc verbuz promitto. In sinistra vo
scripsit expecto. Circa cor eius ad latus
scripsit remitto. Et super caput eius ꝓ ti-
tulo scripsit. hic est deus clementie. Tunc
surrexit vnus ph̃us peritissim⁹: ad cuius
sententiã tota ciuitas pẽdebat. ⁊ testimo
nium perhibuit euz vlteriorẽ imaginẽ ꝓ-
traxisse ⁊ veraciter tituluz imposuisse. q̃a
clementia vti male nõ potest. Sic ꝓfecto
necdũ sopita videt̃ hec cõtrouersia inter
christianos quis deus eorũ coli debet: et
quis titulus eius. Quibusdã cõtendenti
bus sapientiã esse titulũ eius. sapientiam
dico terrenã: aĩalem: diabolicã. et non il-
lam que desursuz est descẽdens. Primaz
sapientiã ponũt iniusti. qui per phas ⁊ ne
phas terrena student aggregare periurã-
do. mentiẽdo. decipiendo. rapiẽdo. furan
do: ceterisq; deceptionib⁹ infinitis proxi-
muz circumueniẽdo. Quia vt dicit domi
nus Luc̃. xvj. Filij hui⁹ seculi prudẽtiores
filijs lucis sunt in generatiõe sua. Secun-
dam vo ponũt deliciosi spiritũ animalez
habentes. sed audiãt rñsum apostoli dicẽ
tis. Prudentia carnis mors est. Glosa. i.
digna morte eterna. Et iteruz. Esca ven-
tri ⁊ venter escis. deus autez hunc et has
destruet. Terciã deniq; ponũt maliciosi.
de quibus dicit Hiere. iiij. Sapiẽtes sunt
vt faciant mala. bene autem facere nescie
runt. Nam ista sapiẽtia ꝓprie tractat de
vniuersis amaricationũ generib⁹. Sz om
nibus rñdetur. j. Corinth̃. j. ꝙ stultam fe
cit deus sapientiã hui⁹ mũdi: vtpote quã
in propria cõuersatõe damnauit. qꝛ mun-
dus transit ⁊ cõcupiscentia eius. Quidã
vo tyrãnidem pro deo cõstituẽtes illi for
titudinez ꝓ titulo supponũt: vt cõmuniter
nobiles ⁊ potentes. Sic Pharao rex egy
pti loquẽs ad Moysen. Non inquit noui
dominũ ⁊ israhel nõ dimittã. Sic ⁊ Olo
fernes ⁊ multi alij in veteri lege. Et nunc
quoq; temporib⁹ istis in omnib⁹ fere prin-
cipãtibus: tam secularib⁹ q̃ spiritualibus
hec maledicta pestis excreuit. Sed quoni
am his abutunt̃ eis: merito respondet̃. qꝛ
potentes potẽter tormẽta patient̃. Pre
ceteris eniz erit potentib⁹ ⁊ prelatis terri
bilis expectatio futuroꝝ. sicut innuere vi-
detur Johãnes in Apocal. vj. dicẽs Re
ges terre ⁊ ꝑncipes ⁊ tribuni ⁊ fortes ⁊c̃.
absconderũt se in speluncis ⁊ petris mon
tium. ⁊ dicunt montibus ⁊ petris: cadite
super nos. ⁊ abscõdite nos a facie sedẽtis
super thronũ. Tunc eniz fortitudo ⁊ potẽ
tia eoꝝ vertet̃ in fortitudinem. Ergo nũc
reges intelligite: erudimĩ qui iudicatꝫ ter
ram. Seruite dño ⁊c̃. Nimiꝝ cum iudiciũ
sine misericordia fiet his qui nõ fecerunt
misericordiã. Quidã etiam mãmonã pro
deo colentes: illi titulũ imponũt quez alle
gat p̃s. dicens. Beatum dixerunt cui hec
sunt. Que filie composite ꝓmptuaria ple
na. oues fetose. boues crasse. Hi sunt dij
tui filij hominũ. Sz vsq; quo graui corde.
Quousq; deos adorabitis alienos. Ecce
iam ꝓtractus est in terra deus verus: nec
cõuersa sunt ad illum corda vestra. Pri-
mo ꝓtraxit illum vna de plebe in lineamẽ
tis corporis carnis. O vna charissima q̃
nec primã similez visa es: nec habere seq̃n
tez. Quãta virtutũ fragrantia redoluisti
cuius odor dei filiũ traxit ad carnis cõnu
bium. cui⁹ pulchritudine suauiter illectus
exultauit vt gigas. quia iam delicie eius
cum filijs hominũ. Secundo traxerũt euz
crucifixores super dimensionẽ crucis tan
ta crudelitate ꝙ dinumerabilia redderen
tur om̃ia membra eius. extensis brachijs
tanq̃ alis. In cui⁹ dextro latere pendẽs
ad dexterã latro scripsit ꝓmitto. cum au-
dire meruit. hodie mecũ eris in paradiso.

Crucifigētes ⁊ illudentes in sinistra scri-
pserūt expecto. s. ad penitentiā. cum chri
stus orauit ad patrē. Ne statuas illis hoc
peccatū. qꝛ nesciūt quid faciūt. De quib⁹
alis dicit Bern. sup Cantic. sermōe. ix. ꝙ
gemīa dulcedo suauitatis exuberat de ge
minis christi manib⁹. s. in donando facili-
tas: ⁊ in expectando benignitas. Et sub-
dit. Iste due ale in quē posite sunt ⁊ offe-
runtur omnibus. nemo illoꝝ exps erit: nisi
qui rēnuerit. Cōfugiat ergo q̄sq; ad has
alas ⁊ dicat. Sub vmbra alaꝝ tuaꝝ pro-
tege me. Deniq; Longin⁹ omnib⁹ crudeli
us seuiēs scripsit in corde remitto. Post
illi⁹ apertōem propriā curatōem ⁊ cōuer-
sionem feliciter ꝑcipiens. ꝙ in crudeliore
dn̄s ostenderet quāta celeritate peccato-
res omnes ad veniaꝫ suscipe parat⁹ esset.
De cui⁹ apertōe loquit̄ Alexāder sup Cā
tica lib. ij. dicēs. De corde dulcissimo chri
sti duos fontes emanare ꝯspicio. s. sangui
nis ⁊ aq̄. Fons sanguinis delicias feruen-
tis amoris ministrat ecclesie. Fons aq̄ mū
dat ⁊ refrigeriū prestat cōtra incētiuū vi
cioꝝ. Aperiat terra os suū sancte mr̄is ec
clesie. ⁊ suscipiat sanguinez Abel iusti. q̄a
sanguis iste clamat ꝑ nobis efficaciter ad
patrē interpellādo. Titulū autē eius scri
psit Pilatus. Jesus nazaren⁹ rex iudeo-
rum. qui es ver⁹ titulus clemētie. Jesus
eniꝫ interp̄tat̄ saluator. nazareth vnctio.
rex iudeoꝝ. i. ꝯfitentiū propriaꝫ. s. culpam
vel laudem diuinā. quia saluat nos ex vn
ctione misericordie sue. Hunc ergo sic tra
ctum in terra carnali: mortali ꝓtestat⁹ est
esse veꝝ deū peccata mūdi tollentē. Phi
losoph⁹ peritissim⁹ ad cui⁹ sententiā tota
fidelis ecclesia pendebat. s. Johānes ba
ptista: qui ait. Ecce agn⁹ dei. ecce qui tol-
lit peccata mūdi. Hic ē q̄ sapīaꝫ mūdi stul
tam faciens multitudinē deoꝝ ⁊ deaꝝ ei⁹
sua virtute ꝯdemnat. ⁊ tu fidelis discipu
le christi ceteris spretis vniuersis. huius
vestigia sequi satage si perfectaꝫ curatio
nem cupis inuenire. Inspice inquit et fac
scd̄m exemplar. Condemnem⁹ igitur deos
⁊ deas vniuersas vt libere erigere nos va
leamus ad p̄clarū illud exemplar. non solū
intuendū vt crucifixores: sed etiam colen
dum. adorandū. laudandū. diligenduꝫ. ⁊
imitandū vt fideles. Dn̄s igit̄ Jesus licꝫ
totā vitam suaꝫ imitandā ꝓposuit migra
tur⁹. tamē de hoc mūdo ad patrē sese dul-
cius ingessit ad imprimendū nobis eminē
tissime charitatis indicia quib⁹ euidenti⁹
instrueret. dulci⁹ alliceret. ⁊ efficaci⁹ obli-
garet. nostrā tarditatē ad dilectiōis vicis
situdinē ⁊ imitatōis gratitudinē. Hinc ī
illa cena regali signis amoris ineffabilib⁹
totus redundat. Et cū ab initio dilexisset
suos qui erāt in mūdo. in finē tamē osten-
dit eis amoris signa maiora: q̄ tanq̄ami
cus recessur⁹ artius imp̄mere voluit fideli
um cordib⁹. Que ꝯueniēter figurata sunt
in Abraham Gen̄. xviij. vbi dicit̄ ꝙ fixit
tentoria sua ad radicē mōtis mābre. vbi
scilicꝫ fuerat via cōmunis: vt sic facili⁹ pe
regrinos ad hospitanduꝫ ⁊ reficiendū ac
quireret. qꝛ totus hospitalitatis ac alijs
operib⁹ dedit⁹ fuerat. Stetitq; in ostio ta
bernaculi sui in ip̄o feruore diei: videns si
transirēt aliqui ꝑegrini quos ad mensam
inuitare posset: eo ꝙ hospitalitatē dilige
bat. Et apparuerūt tres angeli ī forma vi
rili. quib⁹ occurrens: ait. Dn̄e si īueni gra
tiam in oculis tuis ne transeas seruū tuū.
sed auferaꝫ pauxillū aque et lauent̄ pedes
vestri: ⁊ requiescite sub arbore. ponamq;
buccellā panis ⁊ cōfortet̄ cor vestꝝ ⁊ po-
stea trāsibit̄. Abrahā pater excelsus mul-
tarum gentiū est christus. qui nos sangui
nis sui ⁊ aque lateralis beneficio regene-
rauit in nouam creaturā. hic fixit tentori
um suū ad radicē montis mābre: ad lr̄am
qui est mons caluarie. Naꝫ iherusalē sita
est ad radicē montis mābre. Et bene dici
tur mons mambre. i. diuisionis. quia chri
stus indiuisus est ꝑ separatiōem corporis
⁊ anime: licet neutrū erat separatū a dei-
tate. Et ibi stetit in ostio tabernaculi. i. in
exitu sue mortis in ipso feruore diei. qꝛ in
meridie vel potius in ipso feruore excessi-
ui amoris sui. Cum eniꝫ omnia fecit ī men
sura. hoc tamen solum scilicꝫ diligere nun
q̄ in mensura fecit: sed semꝑ excessit. licet
in ostio tabernaculi posit⁹ hāc ꝑ excessiua

charitatis indicia copiosius ostẽdit. Vnde veniẽtib⁹ ad se viris angelicis. s. apostolis. auferã inquit paurillũ ⁊c. In quibus verbis ad nostraz eruditõem quinq; per ordinez eminẽtissima charitatis indicia sunt notãda: que per christũ in hac cena legunt exhibita. Primũ est illi⁹ aque spiritualis lotiõis acquisitio laboriosa p hanc corpalem lotõem designata. cum dicit. Auferã paurillũ aque. Nõ per se dominus ad lr̃am fecisse legitur: quasi verus amicus qui libẽti⁹ amatũ proprio delinit obsequio. Sed vt ad mistica recurramus. Cum omnis aqua egypti hui⁹ turbida fuerat ⁊ sanguinolẽta: hanc aquã taz efficaciter mũdatiuã aliũde pferre noluit q̃ de pfundissima cisterna cordis sui: qua cereros mũ daret ⁊ sanctificaret aquaz gurgites. Vide nũc quãtum pro hac in nostraz salutem hauriẽda toto tempe vite sue laborauerit ĩ fame ⁊ siti. in labore ⁊ mẽdicitate. in frigore ⁊ nuditate. Dicit enĩ Hubertin⁹ q; ĩ terra nuda sepius dormiebat. vel etiã pro nobis in oratõibus pernoctabat. sedebat fatigatus ex itinere petebat aquã in siti. nudus pendebat in cruce. O vere paurillũ: sed pciosissimã: sed ⁊ efficacissimũ ⁊ maximũ in ablutõem peccatorũ orbis vniuersi. Et licet paurillũ sit ad amoris tui compatũ excessum. indicibilib⁹ tamen laborib⁹ ⁊ doloribus acquisitũ. vt potetiam cõsummatis oĩbus post aĩe se paratõem apto latere largiflue ppinatuz

Secundũ est abyssalis eius humiliationis exhibitio studiosa. cuz addit. Et lauẽtur pedes vestri. non man⁹: vt sic vniuersitatis dñs vniuersuz tumorẽ humanũ cõculcaret. Vnde venit ad symonẽ Petruz qui vehemẽter gumiliatõis inauditũ obsequiũ admiraãs. ac propriã vilitatẽ detestans ait. Dñe tu qui es fabricator mũdi qui terraz palmo cõcludis: mihi vilissimo piscatori lauas pedes. Respõdit Jesus. Nõ ego facio tu nescis modo ad quid facio. s. ad hũilitatis exemplũ relinquẽdum vt nõ apponat vltra magnificare se hõ super terrã. Sed discas per viaz hũilitatis vestigia sequi saluatoris ⁊ puenire ad celsitudinẽ eternitatis. Huius igit̃ exemplo disce o fidelis christi discipule psequẽtiuz ⁊ odientiũ rabiem: obsequijs delinire. humiliatiõibus obuiare. ac pietatis exhibitõibus reuocare. Terciuz est a pristina mentis inquietudine requietudo gratiosa cũ subditur. Et requiescite sub arboze. Nã post lapsuz ptho parentũ nulli prius recõciliatio plena: vel mentis securitas: aut pfecta requies esse poterat. non pr̃iar chis vel pphetis. non martyrib⁹ nec Johãni baptiste: quo maior inter natos mulieruz non surrexit. donec veniret plenitudo tempis in quo damnatõem nostrã cruci christus affigeret. ⁊ inflexibilẽ suam iusticiaz in seipm reflecteret. ac paternã indignatõem per passionẽ crucis p nobis satisfaciens ad supfluã misericordiã inclinaret. Et hinc tanta misericordie diuĩe melliflua largitas egressa est q; latronẽ vsq; ĩ finẽ in malicia pseuerantẽ mox vnico confessiõis verbo suscipet. ostendẽs plane q; ira dei ex tunc in misericordiã uersa est. Tu ergo quicũq; es quẽ inquietãt ⁊ pturbãt delicta pterita: stude quiescere sub arboze crucis huius. cui⁹ fructus saluific⁹ ad se veraciter confugientib⁹. ⁊ inspiciẽtib⁹ est medicina p peccatis. Quõ aũt inspici debeat ostẽdit Berñ. dicens. Aspice natuz sine hospicio. inuolutũ breui pãniculo. inter bouẽ ⁊ asinũ reclinatũ in psepio. fugientem nocte in egypto. nudũ pendentẽ in patibulo. capitis inclinatõem ad osculuz. brachioz extensionẽ ad amplexũ. lateris apertõem ad affectũ. toti⁹ corpis crucifixionẽ in nostre redemptiõis effectũ. Vnde fructũ istius aspectus ostẽdit alibi: dicens. In oĩbus aduersitatib⁹ non inueni tam efficax remediũ sicut vulnera Jesu christi. in illis dormio secur⁹. requiesco intrepidus. Mirũ q; per intimaz dilectionem hunc fructũ affectu saporoso destantibus est ab omni affectu vitioso perfecta sepatio. Mirabili nãq; modo amaritudo amarissima dilecti Jesu amoroso menti in dulcedinẽ quãdam inexpssibilez versã: totũ rapit in se spiritũ eius. vt gustato spiritu desipiat oĩs caro. Quartũ

est inexplicabilis diuine dilectiōis exhibi
tio copiosa. cum addit. Ponāq; buccellā
panis et confortent̄ corda vestra. Admi-
rare nūc ⁊ amplectere totis virib⁹ illā im
mensam charitatē qua maiorez ostendere
non poterat. Ex quo nāq; ꝓ nobis in passi
one soluens preciū a nobis corꝑaliter re-
cessurus erat: corpus ⁊ sanguinē in arraz
amoris nobis relinq̄re voluit vt nos vni-
ret sibi vniōe hui⁹ sacramēti qua strictior
in via reꝑiri non potest. vt sic fidelis quis
q; effectū salutarē illius quotidie cōsequi
mereret̄. O quātum est hoc in effusione di
e uini amoris indiciū. ¶ Q.d si queris quis
sit effect⁹ istius sacramēti. Rn̄deo ꝙ mul-
ti sunt effect⁹ eius. principalis tamē est cō
uersio fideliū in ip̄m. sicut innuit dn̄s cum
ait. Qui manducat meā carnē ⁊ bibit me
um sanguinē in me manet et ego ī illo. Et
ad beatū Augus. quo nihil aꝑtius. Cibus
sum inquit grandiū. cresce ⁊ manducabis
me. nec me mutabis in te sicut cibū carnis
tue: sed tu mutaberis in me. Ex quo mani-
feste patz ꝙ si digne christū sumpseris nō
solū eius fili⁹ aut frater: sed etiā ipse chri-
stus per gratiā transformatōis efficieris.
¶ Ad cui⁹ euidentiā sciendū ꝙ tribus mo
dis aliquos nobis attingere cognoscim⁹.
scz generatōe. nutritōe. familiari locutio
ne. Scis enim te hominē eo ꝙ ab homini-
bus generaris. nō idemtitate īdiuidui: sz
speciei. Et semen de quo generat̄ homo su
perfluū est in īdiuiduo. necessariū v̄o spe-
ciei. sed nō est tale semen quo tu felix chri-
sticola generaris a christo. qꝛ nō de suo su
perfluo: sz ex sue vite necessario regenera-
ris. vtpote de p̄cioso sanguīe d̄ latere ei⁹
sanctissimo ꝓfluente: in quo vita humana
dinoscit̄ cōseruari: sicut fenix ex incinera
tione sui nouus resurgit. In cui⁹ augmen
tum de alio nos nutrire noluit q̄ de seip̄o
vt sic veraciter on̄deret nos in ip̄m trans
portatos. qꝛ ex eisdez sum⁹ ex quib⁹ nutri-
mur. Et ex hoc patet secūdus mod⁹ attinē
tie: scz nutritōis. Vnde ait. Caro mea ve
re est cibus ⁊ sanguis meus vere est pot⁹.
Non tn̄ ꝯuertēdus in naturā cibati: sz cō
uersurus cibatū in naturā sui. ita vt fidu-
cialiter diceret apl̄us. Viuo ego iaz non
ego. viuit v̄o in me christus. Terci⁹ autez
modus attinētie cognoscit̄ per familiari-
tatem verboꝝ cum mater te vocat filium
frater fratrez. Stupēdo modo si cōsidera
mus. verba christi nos ducūt in ip̄m: cū se
dicit fermentū in similitudine: ⁊ nos fari-
nam. Nam pasta post fermētatōem est de
natura fermēti. Rursuz se dicit vitē ⁊ nos
palmites. non faciēs gradū: sed vnionez.
Quid eniz sunt palmites respectu vitis?
nisi parue vites respectu magne. et ꝑs re-
spectu toti⁹. Et quid his om̄ibus mai⁹ est
quas sacerdotibus suis in vsum clemẽtie deus cõtulit vt de thesauro ecclesie cõfitentibus humiliter in subsidiũ satisfactõnis liberaliter indulgeãt. eis cõmunicãs merita christi et sanctoꝝ eius ex quibꝰ habundant p̃sertim ad illam meritoꝝ retributionem que virtuosis operibꝰ debetur q̃tum ad deletionem nõ solum macule sed etiam reatus. sicut vnũquodq̃ bonum ꝓpensationem meretur in augmentũ glorie et detrimentũ pene. Hec igit̃ dicta tribus miliaribus ꝓficitur que distinguit beatus Bernũ. dicens. Quicquid remordet cõscientiam cõfitere pure humiliter et fideliter. Primũ ergo miliare dicitur cõfessio pura. omnia peccata que p̃ tempore memorie occurrerint vni sacerdoti reuelans. Deus enim summe bonus cuius ꝓfecta sunt opera aut totũ dimittit aut nihil Et qm̃ imperfectõnis opꝰ non approbat. nõ dimittit totum nisi totũ prius cõfiteaꝝris. Ideo aut omnia ꝓfiteberis aut a nullo absolueris. Hinc merito dicit̃ Treñ. ij. Effunde sicut aqua cor tuum ante cõspectum domini. Naꝫ aqua penitus effundi potest vt nihil remaneat. hoc enim nom̃ cõfessionis indicat. Quid enim est cõfiteri nisi simul fari. Illioquin nõ solum nõ veniam sed etiã similationis penã. sicut ostẽsum est in Anania et Saphira. Actuũ. v. Qui requisiti cõfessi sunt medietatẽ p̃cij In cuius vindictã ad vnicã Petri vocẽ mortui ceciderũt. Secundũ. ꝓinde miliare est cõfiteri humiliter et cum verecũdia coram deo nõ coram hominibꝰ. Sicut publicanus qui nec oculos ad celum leuare p̃sumebat clamans in amaritudine aĩe sue. deus ꝓpicius esto mihi peccatori. Sꝫ quod deflendũ est. iaꝫ multi potius humana verecundiã aduertunt. quia cõfessiones ficte pagunt vt humanam vitent calumniam vt nõ ad deum redeãt et emendam. Sicut Saul a Samuele durius obiurgatus. tantũ extortã pegit cõfessionẽ licet minime cõsecutus est veniã. imo potius cõfusionem et reprobationẽ. vt dicitur. j. Re. Vnde p̃s. Qui hominibus placent cõfusi sunt quoniã deus sprevit eos. Sit ergo coram deo verecunda cõfessio. Quia dicit Ambrosiꝰ in libro de Joseph Plurimum suffragatur coram deo verecunda confessio et penam quam defensione euitare non possumus. pudore releuamus. Peccaui aut Saul sed nunc honora me coram senioribus populi mei. Tercium deniq̃ miliare est vt ꝓfiteatur fideliter in spe sꝫ veniam cõsequendi ꝙ peccatum dimittendi. Dicit Isidorꝰ libro ethimol. Qꝺ cõfessio est per quã morbus anime latens spe venie cõsequẽde ad laudem dei aperitur. Illioquin cõfessio nostra iudicatur infructuosa. Judas enim vera cõfessus est dicens. Peccaui tradens sanguinem iustũ et hoc cum cõtritione. quia penitentia ductus ꝙ iniusta restituit sꝫ. xxx argenteos nec tamẽ veniam meruit. quia desperauit ¶ Tercia dicta est cõdigna satisfactio que perficitur in hoc mundo vt ad celum educat sine medio purgatũ. Cuius satisfactionis fructũ p̃s. sentiẽs. Qm̃ ego in flagella paratus sum ꝙ dolor meus in cõspectu meo semper. O q̃ salubre cõsilium quoniam in p̃senti penitentia dies ꝓ anno cõputatur. In penitẽtia vero futura annus ꝓ die reputabitur. Dicit enim Origenes super illud Numeri. xiij. Annꝰ pro die cõputabitur. vereor ne forte nobis qui cottidie peccamus nec ipa secula nec etiam seculorum secula sufficere possint ad penas abluendas cum populus israeliticus ꝓ quadraginta dierum delicto quadraginta annis cruciatur in deserto. nec ante terram sanctã introire p̃mittit̃. Assumẽda est igitur dicta tribꝰ distincta miliaribus. Primum miliare sunt opera fraterne subuentionis. De quibus consuluit Daniel regi Nabuchodonosoꝝ ca. iij. dicẽs. Cõsiliuꝫ meũ placeat tibi rex ꝙ peccata tua elemosinis redime. De hac elemosina dicit doctor sanctus super. iij. dist. xv. Qꝺ elemosina est opus in quo datur aliquid indigenti ex cõpassione ꝓpter deum. In qua diffinitione tanguntꝰ omnia que ad perfectionem elemosine ꝙcurrunt

scdm q̄ est meritoria. Nam primo tangitur aliena miseria cum dicit̄ indigenti cui soli opus misericordie est impendendum dicente dño. Cum facis prandiū noli vocare diuites ⁊c. sed pauperes qui non habent vt retribuant tibi ⁊c. Secundo tangitur misericordia que nascitur ex aliena miseria cum dicit̄ ex cōpassione qua scz alienam miseriā facit esse suam. Sicut eniz homo miseriā a se expellit q̄tū potest ita misericors alienā expellit ei subueniendo Tercio tangitur effectus misericordie cū dicitur opus in quo scz aliquid datur Vñ sm phm. ij ethicoꝝ. Omnia illa quorū precium nūmismate cōparari potest vel consueuerit in ratione dari vel accepti venire potest. et ideo omnia illa quasi dona accipiuntur. Quarto notatur intentio directa in deuz que sola dat operi rationē merendi cum subditur. ꝓpter deum. naz si ex alio quolibet intentio moueret̄ scz ꝓpter importunitatem petentis aut vanā gloriam hominū aut spem retribuētis ⁊c. totam meriti rationē euacuaret. Si aūt pie moueretur ex cōpassione ꝓpter amorē tamen naturalē vel acquisitā ita q̄ intentō cōplectitur aliquod humanū in recipiēte ⁊ nō sm eius participationē ad diuina q̄ scz ad imaginē et similitudinem dei fact⁹ sanguine christi redemptus heres regni cōstitutus merendi rationē minueret. Secundum miliare sunt opera corporalis afflictōnis que ꝯprehendunt̄ in ieiunio. De quo dicit doc. sanct⁹ scda scde. q. cxlvij. Q⁹ assumitur ieiuniū principalit̄ ad tria Primo ad concupiscentias carnis cōprimendas. quia ꝑ ieiunium castitas cōseruatur et tepescit luxuria. Secūdo vt mens liberius eleuet̄ ad sublimia cōtemplanda Dicitur enī Daniel. x. q̄ post ieiuniū triū ebdomidarū reuelationē accepit ab angelo qui dixit inter alia. Ex die qua posuisti super corpus vt te affligeres exaudita est oratio tua. Tercio ad satisfaciendum pro peccatis. Iohel. iij. Cōuertimini ad me in toto corde uestro in ieiunio et fletu ⁊c. Tercium deniq̄ miliare sunt opera deuotionis que cōprehenduntur in oratione. vide alibi.

Dominica octaua post penthe. Ser. lxxxviij.

Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos Math. vij. In plerisq̄ scripturarum sententijs malorum peccatis notorijs. seruientiū cōuersatio presertim familiaritatis interdicit̄ nobis. dicēte apl̄o j. Corinth. v. Scripsi vobis ne ꝯmisceamini fornicarijs. glosa id est cum criminosis generaliter qui fornicant̄ a deo. Non vtiq̄ fornicarijs huius mundi scz tantū. Vnde subdit magis distincte. Si is qui frater nominat̄ id est christianus ⁊ est fornicator scz manifestus aut auarus scz publice per vsurā et rapinam auariciā ostēdens. aut maledicus id est blasphem⁹ vel detractor assiduus aut ebriosus. id est ebrietate assuetus cum hmōi nec cibum sumere q̄diu in his perseuerant vt sic vere cōfundantur et emendent̄. Dix enī possibile est aliquē cum his sedule cōuersari nisi peccatoꝝ suorū participiū sumat. Hinc dictum est Iosaphat regi Iuda. ij. Paralip. xix. Impio prebes auxilium et his qui oderunt dominū amicicia cōiungeris Idcirco iraz domini merebaris scz ex rigore iusticie. In hoc autē euangelio quid amplius audeo q̄ hi quoq̄ vitandi sunt q̄ter ypocrisim se bonos similant. Nec mirum. nullus enim magis nocet q̄ familiaris inimicus qui pretextu virtutis malicie venenum infundit. a quibus summe cauēdum est. Quorum prima species est falsorum religiosorum qui solo habitu spirituales se mentiuntur intrinsecus autē spurcicia pleni sunt velut sepulcra dealbata. Secunda species est prelatorum qui licet honesto habitu decenter induti ⁊ ecclesiasticis officijs diligēter intenti. maledicta tamē auaricia detenti patenter ostendūt q̄ ecclesijs dumtaxat questus gratia deseruiunt quorum de salute animarum est

143

cura minima. Tercia species laicorū qui multa opera de genere bonorum actitāt sed vt videantur ab hominibus. nam aliquibus peccatis grauibus inuiscati detinentur de bonis operibus palleare conātur et sic vitam bonorum multiuarie corrumpunt per similatam deuotionē. De q̄bus omnibus dñs nos premonēs. Attendite inquit ⁊c̄. Nam a fructibus eorū cognoscetis eos ⁊c̄. Attendite a falsis prophetis ⁊c̄. Verito cōuersos ad fidē christianā monet Apls Ephe. v. Videte quō caute ambuletis nō quasi insipientes qui credunt omni spiritui sed quasi sapientes qui ꝓbant spiritus si ex deo sint. Nam sicut generaliter inuenitur triplex ꝓphecia in ecclesia scz de preterito presenti ⁊ futuro. Sic triplex ꝓphecia falsa inuenitur ad decipiendum incautū ⁊ cito credulz. Est enim primo ꝓphetia aliquādo de preteritis licet occultis sicut illa in principio creauit deus celum et terrā. Et in talibus ꝓphetijs inuenitur diabolus ꝓpheta falsus Qui suadens hominibus in peccatis permanere sicut primis parentibus decipiēdo responderat dicens. nequaq̄ morieminī sed eritis sicut dij. Vbi dicit Bernū. O nequā nequā vbi est tuum nequaq̄ ecce omnes morimur. Sic cottidie male cautꝫ fructum vetitum porrigit dum peccatū suggerit. Et dicit nequaq̄ est hoc peccatum mortale nec tam magnū sicut dicitur ⁊ cito credimus miseri quia quod delectat minus ponderatur. Q⁹ si peccatū palleare nō potest subinfert dicēs. Misericors est dominus et tu in iuuentute robustus postea penitebis. quia nequaq̄ adhuc morieris. Adducit quoq̄ quosdam ꝑteritos in medium qui licet peccauerūt nō solum misericordiam sed et singularē familiaritatem adepti sunt sicut Dauid Petrū paulum magdalenam matheuz ⁊c̄. Et ex his arguit in corde peccatorum q̄ talia peccata leuia sunt quetam facillime relaxanē et quasi nulla reputantur vt ad vnicam cōfessionem audiret dauid. dominus quoq̄ transtulit peccatum tuum a te. Sic Amō filius Manasses rex iuda videns patrez suum per tam enormia et infinita scelera tam mirabilem misericordiam cōsecutā vt patet supra fm Crisō. in opere imperfecto dixit in corde suo. Pater meus ex iuuentute sua multa mala fecit et in senectute penituit. et ego nūc ambulabo in desiderio cordis et postmodum cōuertar ad dominum sed a domino preuentus in viciis interijt. O q̄ infinitos hac falsa promissione cottidie decipit ⁊ ad inferos deducit sequentes peruersam parentum vitam et damnationem Notandum autez q̄ ꝓphetia predicta tria falsa ꝓtinet. Primum quidez qui a deo vobis ꝓpositi sunt non vt eorum exemplo peccemus. q⁹ maledict⁹ homo qui peccat in spe sed si a peccatis cōuerti volumus vt de dei misericordia profusius confidamus. Non enim cōsiderare debemus quomodo ceciderunt. sed quomodo post lapsum ad penitentiaz redierunt vel surrexerunt. Nam fm Gregoriū. Qui penitenti veniam spopondit. cōtemnenti diem crastinum non ꝓmisit. vt patet in. iiij. dialogoꝝ Gregorij. De illo qui clamauit inducias vsq̄ cras. Secūdum falsuz est q̄ peccata leuia sunt. ⁊ hoc patet in eo. Quia tria sunt robustissima ⁊ fortissima scz celum. de quo dicitur Job xxv. Tu forsitan cum eo fabricatus es celos qui solidissimi tanq̄ ere sunt fusi Peccatum tamen solius cogitatōnis in lucifero cum suis celos fregit quasi pondus ei⁹ ferre non valentes cum tamē cuiusq̄ spissitudo esse dicitur iter quingentorum annorum vt ponit Raby moyses. Secundo terram que perpetuam habet stabilitatez Eccle. j. Terra autem in eternū stat. Sed Dathan ⁊ Abyron ⁊ Chore cum suis murmurantibus sub pedibus eorum se tremēs apparuit et vivos absorbuit quasi pond⁹ peccati ferre non sustinens. Nec quidem peccantes nos ad momentum sustineret nisi diuina pietas ad penitentiā nos preseruās misericordie manū suā supponeret Tercio deus qui sua fortitudine infinita nos sustentat. Apls dicente ad Hebre. j. Portans omnia verbo virtutis sue. vide nunc quo pōdere peccatorum premiaē

Loquatur ipse fatigatus Jere. vj. Vos mihi onus estis o peccatores ꝓijciã quoq; vos dicit dominus. Quid igitur relinquitur misero peccatori nisi descensus ad inferos. Descensus ꝓfundissimus in centrũ terre velut in locum omni graui generalẽ vbi stabiliatur ineternum. Nam infernus ibi esse creditur distans a superficie terre ſm curiosos ĩuestigatores fere Mcccccc. et. xxij. leucas. Tercium quoq; falsum est ꝙ leuiter peccatuz punit deus eo ꝙ facillime relaxat rogatus. Sed attendant hi qualis post datam veniam in eis penitentia subsecuta est vt scz non solum culpam sed etiam eius reatum abstergerent. Attendant inquã horribilis vindicta peccatum primorum parentũ subsecuta est quo scz annorum fere quinq; milium spacium sufficienter punire nõ potuit deus nisi et vnigenitum crucifigendum traderet. O quid erit miseris obcecatis quorum vniuersitas viciorum tam numerosa hic laxata non fuerit. Audiant super hoc sententiam beati Thome super. iiij. dist. xxj. vbi cõcludit ꝙ decedentes in mortali etiã ꝓ venialibus non deletis cruciandi sunt in perpetuum. vide infra. ¶ Secundo fit aliquando ꝓphetia de presenti licet occulto: sicut infra Johis. j. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi et in huiusmodi ꝓphetijs inuenitur mũdus falsus propheta qui suadet de tribus cõcupiscentijs cõsequendis scz carnis oculorum et elationis. In his felicem ꝓmittens prosperitatem sed mendax est quia mundus transit et cõcupiscẽtia eius. Et velit nolit homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs. Hinc merito cõcupiscentias has insequentes Nauz propheta. ij. capitulo. subsannat dicens. Primo ad superbos et inflatos sed finaliter morientes scdm quosdam. State flate id est inflati superbia qui tam arroganter incedere et stare soletis modo flate. id est ad respirandum. Flatum spiritus cõtinete et de mundo quem dilexistis exire nolite. Sed ve misero nam deus solus quem cõtempsit flatum cõtinuit. vt dicitur Danielis. v. ad Balthasar regem pre superbia deum cõtemnentem. deum qui habebat flatum tuum in manu sua et omnes vias tuas non glorificastis. et ideo super te iudicium mortis datum est. Unde cõcludit Naum ꝓpheta. Et non est qui reuertatur scz de morte ad vitam vel de senio ad pristinum corporis vigorem. Secũdo subsannat auaros morientes dicens. Diripite argentum diripite aurum. Quasi ad regionem ignotam pergitis o auari. Ideo hec vobiscum sumite ne deficiatis egestate. Sed ve impio ad cuius exitum portarius crudelissimus scz mors appositus est qui nihil sinit assumere nisi vicia et virtutes. Et ido iuxta illud Eccle. xlj. O mors q̃ amara est memoria tua homini iniusto et pacem habenti in substantijs suis. Unde cõcludit Naum ꝓpheta. Non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus quasi diceret. mors que est finis hominis non est ordinata ad diuitias portandas vel vasa aurea vel argentea. Unde sequitur eos omnium sanctorum in fine subsannatio. Videbunt inquit iusti et timebunt et super eum ridebunt ⁊ dicẽt. Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum. Tercio delitiosos alloquitur dicens. Cor tabescens et dissolutio geniculorum et defectio in cunctis renibus: Quasi diceret O delitiosi terre qui cor iocundum coluistis iam acerbitate penaruz tabescens erit ita ꝙ in momento tradent̃ obliuioni cuncte delitie preterite. Et qui genua nõ infirmata a ieiunio vel sedulis assueta flexionibus p̃ delitijs habuistis. modo dissoluta erunt pre inedia. Deniq; qui renes nutristis inflatos igne concupiscentie cõsumptos lugebitis igne gehenne quia per que quis peccat per hec et punietur. Attendite ergo a falsis prophetis. Tercio fit ꝓphetia de futuro sicut illa. Ecce virgo cõcipiet. Et in huiusmodi inuenit̃ caro falsus ꝓpheta q̃ sp̃ suadet vt in iuuẽtute q̃s ꝯcupiscẽtijs eiꝰ deſuiet ĩ senectute sufficientẽ ꝓmittens emendam.

Sicut figuratū est .j. Re. iij. in puero Samuele qui ter a domino vocatus semp cucurrit ad hely. quia necdum sciebat dñm neq; sermo domini reuelatus ei fuerat Et ait semp hely reuertere et dormi. Hely q̄ interpretatur fortis robustam iuuenturis eratem signat in qua si quando mouentur ad penitentiam loquente domino per inspiratōnes predicationes ⁊c. semper currunt ad carnem iuuentute floridaz vel ad amicos carnales cōsiliū expetentes quoz vna vox est. Ecce adhuc iuuenis es ⁊ annozum multozū restat vita. dormi adhuc in fecibus peccatozum et delectationū et in senio penitebis. Sed reuera prophete mendaces sunt. quia velit nolit homo peccatoz eiꝰ vita erit anxietate plena que tamen videtur delitiosa. quia non est pax impijs dicit dominus. Vnde refert Tulius in tusculanis questionibꝰ q̄ cum quidam Dionisium tyrannum in tot diuitijs delitijs ⁊ honoribus cōstitutum. vt plenꝰ haberur infra Beatum dixerūt ⁊c. Sic reuera vix est credibile in expertis quāte tribulatiōes angustie et sollicitudines sub pura latēt et splendidis epulis magnaq; pompa ⁊ diuitijs multis Vnde de singulis his falsis prophetis dicit Jeremias Treñ. iij. Prophete tui viderunt stulta ⁊ falsa nec aperiebant iniquitatē tuaz vt te ad penitentiaz reuocarent. Attendite ergo a falsis ꝓphetis.

Dominica nona post penthe. Sermo. lxxix.

Redde rationez vilicatōnis tue. Luc. xvj. Moyses dei famulus cōsiderans lubricitatem humane nature modicitatem presentis vite eternitatem future pene inflexibilitatem diuine iusticie iam morti ꝓximus inter omnia monita salutis velut ꝓcipuum hoc intulit in Cantico Deutro. xxxij. Gens absq; cōsilio est et sine prudētia vtinam saperēt et intelligerent ac nouissima prouiderent. Que latius exponēs beatus Bernñ. ait. Vtinam saperent tria preterita scz bonozum amissionem que facta sūt in peccato mortali aut que facere neglexerunt. malozum cōmissionem quozum infinitus est numerus. temporis perditionem quo nihil preciosius. sed heu hodie nihil vtilius reputatur. Transierunt enim dies salutis et nemo sibi perire diez quasi rediturus causatur. Et intelligerēt tria presentia scz vite breuitatem. q̄ nō habemus diem certum neq; horam. Saluandi difficultatem dicente domino Luce. xiij. Multi querent intrare regnum celozum ⁊ non poterunt. cōtendite ergo intrare per angustaz portam. quia regnum celozum vim patitur. Saluandozū paucitatem. Nam arta est via que ducit ad vitam et pauci ambulant p eam et licet multi sunt vocati pauci tamē inueniuntur electi. Ac quiderent tria nouissima scz mortem qua nihil amariꝰ. Eccle. xlj. O mors q̄ amara est memoria tua homini iusto ⁊ pacem habenti in substātijs suis. O quid igitur est presentia. Futurum iudiciū quo nihil horribilius Malachie. iij. Quis stabit ad videndum eū ipe enim vent quasi ignis cōflans. Eternum supplicium quo nihil penalius. hinc ad piam cautelam induxit ecclesia parabolam de villico iniquitatis quam dominus ꝓposuerat de futuro iudicio vt audientes sollicitos redderet ad puniendum pijs operibus iudicij tempus dicens. Redde rationē villicationis tue ⁊c. Sanctus Job in spiritu futuram in iudicio peccatozum calamitatē prospicies in eoz psona districtionē eius exhorrescens exorat dicens. Quis mihi tribuat vt in inferno ꝓtegas me ⁊c. Mirum cum iudicium formidabile reddit iudicis presentia intollerabilis. districtio inflexibilis. vindicta interminabilis. Nam primo erit eius presentia intollerabilis ⁊ hoc q̄tum ad visum ⁊ auditū. Dicit enim ps. Ignis in cōspectu eius exardescet et in circuitu eiꝰ tempestas valida. Vñ dicit Augustinꝰ q̄ reprobi mallent omne tormētū sustinere q̄ videre faciem iudicis irati Ad cumulum autem intollerabilis eius

aspectus erit oculis suis ꝑspicabile oē solidum. apertū omne secretum. Eccle. xxiij Oculi domini multoplus lucidiores sunt super solem circumspicientes vias hominum et profundum abissi et hominū corda intuentes in absconditas partes. Audiant hec qui operantur iniquitatē in abscondito dicētes. Quis vidit nos. Si enī vermiculo terre basilisco vim tantā aspectus sui tribuit ꝙ exire cōmotōne qua naturaliter mouetur ad homines solo visu longe positos interficiat. O quid putam⁹ aspectui suo terribili reseruauit. Secūdo intollerabilis q̄tum ad auditum. Si eniz verbum eius tante virtutis erat vt in eo celum crearet ⁊ terram quā terrifice penalitatis erit q̄tum ad iudicij executionē Cuius terrorez si quis expertus fuerit potius eligeret abdicatis omnibus mūdi delitijs centum annorū strictissimā agere penitentiam quā denuo seueritatis eius experiri ꝓlationem vt tantā euaderet iram iudicis etiam si damnatio minime sequeretur. Ad cuius indignatōnis nutum dūtaxat lucifer nō solum precipitatus sed penis gehennalibus eternaliter ē addict⁹ a domino nec dum finalem ferente damnationis sententiā sed in futuruz reseruante vt quasi de hoc admiratus Isa. diceret xxiiij. Quomodo cecidisti lucifer id est q̄ horribiliter ꝓ tantillo peccato summ⁹ angelorum ꝓiectus es q̄ inexpressibilib⁹ penis addictus q̄ irreuocabiliter pro vna cogitatōne damnatus. Quid ergo somnias o miser homuncio ꝙ tibi peccāti parcet in die vindicte. Secundo erit districtio iudicis inflexibilis et hoc principaliter q̄tum ad tria. Primū q̄tum ad malorū discussionē. erit enī inquisitissima discussio operū malorū verboꝝ effectuum cogitationū. O q̄tum tunc angustiabit̄ peccator. Anselm⁹ de similitudinibus. A dextris erunt peccata accusantia a sinistris infinita demonia subtus horrendū cahos Desuꝑ presentia iudicis foris mundus ardens. intus cōscientia vrēs. Nam vt de maioribus iterum sileamus etiā de passu pedum rationē exigit. Dicente Job. xiij Obseruasti omnes semitas meas et vestigia pedum meoruz cōsiderasti. Similiter de verbis minutissimis domino dicente. de omni verbo ocioso quod locuti fuerint ⁊c̄. Deniq̄ de cogitatōnibus minimis vt dicitur Sapīe. j. In cogitatōibus impij erit interrogatio. Sic et de omissionibus bonorum operū neglectoꝝ. vite in correctione filiorum. Nam ⁊ filij qui nascentur testes erunt nequicie aduersus parentes Sapīe. iiij. vbi dicit glosa id est argumentum. quia merito sunt damnādi parētes similiter. et de omissione temporum infructuosa. Gerū. in sermone ad scolares. Nihil preciosius tempore sz heu nihil hodie vilius reputatur. transeūt dies salutis et nemo sibi diem ꝑire nunq̄ rediturū causatur. sed sicut nō ꝑibit capill⁹ de capite sic nec momentū de tꝑe. de quo rō nō exiget̄ Hec ille. Verū de his oīb⁹ ꝓsequi gratia breuitatis suꝑ sedeo. Ad euidentiā tamē actus hūani q̄rit do.. s. suꝑ. ij. sententiaꝝ dis. xl. vtrū in humanis actib⁹ aliq̄s sit indifferēs. Et videt̄ ꝙ nō. ꝑsertim cū dicit̄ j. Corinth. x. Oīa in gloria dei facite. Si ergo opus suū in gloriā dei ꝯstat ꝙ actus ille ex fine bonitatē sortiet̄ si tñ in illū finem sit referibilis qd̄ ꝯtingit omni actui q̄ de se malus nō est. Si vero nō refert ꝑterit preceptū apl̄i et ita peccat ⁊ sic oīs actus ē meritori⁹ vel demeritori⁹. Ad qd̄ rñdet ꝙ nullus act⁹ a volūtate deliberatiua ꝓgrediēs ꝑt eē indifferēs sz bon⁹ vel malus bonitate vel malicia ciuili. Sed tñ bonitate ciuili ꝑfectus nō est susceptibil̄ efficacie merēdi nisi ī eo qui habz gratiā Cui⁹ causa est. qꝛ charitas imꝑat oībus virtutib⁹ sicut voluntas omnibus potentijs. Et ideo oportet quicquid ordinatur in finem alicuius virtutis ordinetur in finem charitatis et sic meritorium est. sicut ꝯmedere bibere seruato mō tꝑantie et ludere ad recreatōnem seruato mō eutropolie que medium tenet in ludis. vt dicitur. ij. ethicoꝝ. Actus autē qui sequitur apprehensionem subite imaginatio-

nis sicut cōfricatio barbe vel aliqu od bu
iusmodi dicendi sunt indifferentes. Ver
bis autē et cogitatōnibus est immediat⁹
effectus rationis. et ideo minus possunt
esse preter deliberationem q̄ factum. Et
ideo verbum ociosum est magis peccatuz
veiale vel cogitatio q̄ factū ociosum. Nō
tamē omne verbū quod videtur ociosum
est ociosum si referatur ad recreationē ꝛc
Intelligitur enim verbū ociosum qō ca
ret intentōe pie vtilitatis vel iuste necessi
tatis. Secundo q̄tum ad intentionū pra
uarum inuestigationē. Sicut enim inten
tio bona si fieri debeat requirit q op⁹ de
se maluz nō sit vt iam tactum est. Sic op⁹
q̄tum cunq bonum requirit intentionem
bonam. Alioquin malū reputabitur quia
ad cōpletionem mali sufficit intentio cor
ruptavt dicit doctor sanctus sup. iiij. dis.
xxix. vt videbitur infra. Tercio q̄tū ad
districtam meritorum retributionem ne
videatur ociose facta discussio. Non enim
flectetur prece vel precio nec verebit po
tentiam alicuius. Sapie. vj. Nō verebit
dominus magnitudinez cuiuscunq quo
niam pusillum ꝛ magnū ipe fecit nec vul
tus cuiuscūq accipiet presertim cum fm
Aug⁹. misericordia fugiet a gemma etiaz
paradisi Maria. Nō ergo cōfidat qui scq̄
in meritis alienis. quia iuxta ppbetā fra
ter nō redimet redimet homo. De distri
cta tamē retributōne venialium ꝛ morta
lium vide infra. Pro his omnibus in red
denda ratione horror erit intollerabilis.
Sicut patet in tribus mortuis. meritis ꝛ
veste beati Jeronimi resuscitatis. De q̄
bus dicit Cirillus in epla ad Augustinū
q̄ resuscitati ꝛ superuenientes diebus. xx.
irremediabilibus fletibus cruciabant ac
beato Cirillo causam fletus et statū mor
tis ꝛ iudicij importunius inquirenti tan
dem coactus vnus eoruz respondit q ad
ueniente mortis hora innumerabilis ad
uenit demonū multitudo quorum species
erat tam horribilis q quis poti⁹ medias
flammas intraret q̄ eas ictu oculi vide
ret. Qui reuocantes ad memoriā suā om

nia peccata desperationē ingerebant ita
vt pene prebuiset ascensuz. Stat. mq̄ af
fuit Jeronimus voce terribili cūctos fu
gando precepitq̄ angelis vt vsq̄ ad eius
reditū eos custodirent ꝛ abiit reuertēsq̄
post horam et ait. Venite velociter. Sta
tim reliquit corpus anima cuz tanta pres
sura q nō posset capere mens humana ni
si experientia didicisset in ictu oculi ad pre
sentiam iudicis deportata terroribus in
cogitabilibus cōstricta. Naz minima pec
cata cunctis astantibus clara erant. accu
sabat multitudo demonum. declarans lo
cum modum et tempora. Heu quā presto
labamur inquit sententiam. ob cuius solā
memoriam nunc formido. Heu cur nesci
unt mortales quibus hoc eueniet qō tūc
nobis euenit. Cum ergo nihil deesset nisi
publicare sententiā aduenit Jeronimus
et suspende sententiam. eosq̄ ibi dari ob
deuotionem quā sibi fecerant et erroris
destruendi necessitatem impetrauit. In
surgebat tunc error q aīe sanct or vsq̄ in
diē iudicij diuina vltione privarent ꝛ aīe
damnatorū nullis penis cruciarent. De
inde traxit animas eoz in paradisum vbi
anime fideliū inestimabili gloria fruunt
vt viderent ꝛ testimonia redderēt. Post
hec ad purgatorium ꝛ infernū deducens
non soluz que ibi erant indicauit sed etiā
voluit vt penarum experientiā p̄barent.
Sicq̄ duxit ad corpora p̄mittens gloriaz
si debitam facerent penitentiā. Vira res
neglecta visa ꝛ promissa gloria. ob memo
riam penarum. xx. diebus fere resoluebā
tur in lachrimas. Vnde respondit Ciril
lo. Si causam mei fletus interrogas. Ti
mor penarum est que peccatoribus iuste
dantur. mallet enim quisq̄ viuentium si
solas penas experientia nosceret vsq̄ fine
mundi cruciari simul omnibus penis quas
omnes homines ab Adam huculq̄ singu
latim pertulerunt q̄ vno die in inferno
vel purgatorio minori que illic habetur
pena torqueri. Quare ne mireris si plan
go sed potius admirare cur homines qui
se mortales sciunt tanta securitate viuāt

nec recogitant tantas euadere penas. Tercio principaliter vindicta iudicis interminabilis. Deus enim cuius potestas inuincibilis ita q̄ nō sit qui de manu eius possit eruere terribili cōminatōne. Dicit in Cantico Deutro. Et reddam vltionē hostibus meis ⁊ his qui oderunt me retribuam. In argumentum seueritatis aperta terra rebellantes impios Dathan et Abyron in infernum viuos absorbuit. Vnde dicit doctor sanctus ꝑma scōe. q. lxxxvij. q̄ peccatum presertim mortale facit hominem reum nō solum eterna pena sed etiam pena infinita scōm quantitatē. Quia in peccato duo sunt scz auersio ab incōmutabili bono quod est infinitum. et ex hac parte peccatum est infinitum. cui peccato auersiōis correspōdet pena damni que etiam est infinita scōm quantitatē Est enim amissio infiniti boni ⁊ iudicatur pena grauissima in inferno dicēte Criso. super Matħ. Si mille quis mihi gehēnas proponit nihil tale dicturus est quale est ab honore illius glorie propelle ⁊ exosum esse christo. Secundo est inordinata auersio ad bonum mutabile et huic correspōdet pena sensus. que quidem erat finita ꝑm quantitatem sed infinita ꝑm durationem. Quia duratio pene correspōdet durationi culpe non quidem ex parte actus sz ex parte macule qua durante manet reatus. Perseverat autez macula donec voluntas ecōtrario se auertens a bono cōmutabili ad incōmutabile bonum se conuertat q̄ si in auersione perpetua obstinatur et punitur. Justum est enim ꝑm Ezegorium q̄ qui in suo eterno peccauit ecōtrario in eterno dei punatur ex hoc enim q̄ finem suum in peccatuz cōstituit in eternum peccandi voluntatem habuit. De q̄bus dicit Criso. in libro de reparatione lapsi. Quāta putas erit miseris dsperatō prenidere infinibilem penarum eternitatem que profecto grauior erit omni pena Et iterum ibidem. Dic quāta tempora luxurie que delitiarum spacia cōparare vis penis eternis. centos si placet delitijs demus. addē et alios centum adde, decies centum que erit ex his ad eternitatem cōpensatio. Hec ille.

Dominica decima post penthe. Sermo. xc.

Vos aūt feciſtis illā spelunca latronū. Luc. xix. Sicut habetur Genes. xxxv. Patriarcha Jacob peregrinatione cōsumma ta ꝑ cōsiliatōne ab omni periculo ꝑ multiplicatione bonorum spiritualiū et tēporalium. Pro euasione fraterne ire pro angelica multiplici visitatōne ⁊ cōsolatōne iubetur ascendere Bethel ad edificandū altare domino vt de omnibus gratiarum referat actōnes. Qui iuxta vocem domini ascendit. Sed quomodo audiam⁹? Sic enim et nos ascendere oportet in templū domini precepit enim domui sue omni vt abiicerent omnes deos alienos vestimenta mutarent ac inaures que erant in auribus eoruz deponerent. Per deos alienos intelliguntur peccata per veram cōtritionem abiicienda vt mundi cōscendere valeamus in templum domini. Per vestimēta vero cōuersatio pristina que erit mutata quia nō sufficit de preteritis cōteri nisi et cōtrita deserantur omnino. Per inaures autē omnia superbie signa quia dominus superborum orationem detestatur dicens. Quare tu enarras iusticiam meam etc. Venit ergo Jacob ad locum designatum et edificauit altare offerēs holocausta domino in eo loco vbi postea crucifixus est dominus apparensq̄ dominus benedixit ei sicut prius fecerat cum fugeret Esau et oraret in eodem loco et ait. Non vocaberis vltra Jacob sed israel erit nomen tuum. Appellauitq̄ Jacob nomen illius loci domus dei. De qua dicit dominus in euangelio hodierno. Domus mea domus orationis vocabitur dicit dominus etc. Sz horribile est valde q̄ sequit Vos autē feciſtis illā spelunca latronum eo q̄ frigescente charitate ibidem

fere cuncta vicia perpetrantur cogitatō-
ne verbo ꝯsensu vel opere. Que sunt ver
ba proposita Vos autem fecistis ꝛc. De
miseris quibus improperat dn̄s verba ꝓ-
posita quoruꝫ infinitus est numerus. Qꝛ
templum salutare refugiū deuotorum iaꝫ
factum est carnalibus sentina viciorꝫ. De
quibus dominus satis admirans Jere.
xj. Quid est quod dilectus meus in domo
mea facit scelera multa. Nunquid carnes
sancte id est corpus meum pro vobis ob-
latum auferet a te malicias tuas. Unde
ꝓhibet ibidē dominus Jeremie. ne scilicꝫ
oret ꝓ populo qui talia perpetrat ī domo
domini. Ad cuius euidentiā apparēs Eze
chieli angelus domini in forma humana
qui a lumbis deorsum erat quasi ignis et
sursum velut aspectus splendoris eundeꝫ
ꝓphetam in babilone cōstitutum ac sedē-
tem in domo cum senibus iuda per manū
apprehendit cum floscello capitis ꝛ eleua
uit eum in spiritu adducens in hierusaleꝫ
vt videret horrenda que fiebant in domo
domini. sicut habetur Ezehiel. viij. Sub-
sequamur et nos vt eadem cōspicientes
ad penitentiam cōpugnamur. Nam quin
qꝫ presertim abhominatōnes ibidem di-
stinctas inuenio que districtius etiam ꝓ-
hibentur de emunitate ecclesiarum c. de-
cet domum libro. vj. Nam primo iussus
est respicere ad aquilonem vbi vidit posi
tum idolum zeli. In hebreo habetur ido-
lum accensionis id ē ire. Et erat illud ido
lum Baal. ꝺ quo dicūt hebrei ꝙ erat ido
lum cupreum factum ad formaꝫ hominis
intus cōcauū in q̄ cōcauitate fiebat ignis
quousqꝫ idolum erat ignitum. Dehinc pu
er idolo cōsecratus ponebatur in manibꝰ
eius. Sacerdotes quoqꝫ percutientes in
tympanis faciebant sonum magnum ne
parentes pueri morientes vocez percipe
rent et sic crederent ip̄m sine afflictione
A transisse ad gloriam. Et ideo vocabatur
idolum accensionis. Qꝛ nobis vicium de
tractōis exprimit qꝺ cupreum dicit̄ quia
cor humanum reddit eneum et induratuꝫ
Huic enim innumerabiles detestabilē ido
latriam exhibent qui detractiones inge-
minant in ecclesia dei ad quam dum per-
uenitur requiruntur cognati et noti salu-
tantur dulcius fit ratio de successibus cō
queritur de austeritate mariti de vxoris
infidelitate de illatis iniurijs tandem de
vicijs extraneorꝫ nec minimum indiscus-
sum pretereūt. Quia vt dicitur Prouer-
biorum. xix. Sagitta infixa seniori canis
sic verbum in corde stulti nec ille quiescit
donec sagittā amouerit nec iste donec ma
lum quod audiuit retulerit. Quos cernēs
diabolus colloquētes mirabili glutino cō
nectit et libidine detractōnis inficit Vn̄
dicit Jeronimus ad celantiam Tāta hu
ius mali libido mentes hominum inuasit
vt etiam qui procul ab alijs vicijs recesse
runt in istud tamen quasi in extremum la-
queuꝫ diaboli incidant. Contra quod ibi
deꝫ precipitur libro. vj. Cessent in illis lo
cis vniuersitatum et societatum quarum
libet cōsilia cōtentiones. publica parla-
menta prophana colloquia omnisqꝫ secu-
larium iudiciorum strepitus conquiescat
nulla inibi causa per laycos maxime crimi
nalis agitetur. Dicitur autem imolare fi-
lios suos paruulos idolo eo ꝙ conceptuꝫ
deuotōnis propositum in ecclesia deo de
putandum vicio detractionis cōmaculāt
Quia dicit glosa super illud Jacobi. iij.
In ipsa scꝫ lingua benedicimus deum et
maledicimus homines qui ad imaginem
dei facti sunt ꝙ amaritudine maledictio-
nis cōsumitur dulcedo benedictionis. Si
cut aqua dulcis cōmixtione aque amare
cōuertitur in amaritudinem. Unde con-
cludit ibidem dominus. Fili hominis vi-
des quid ibi isti faciunt abhominationes
magnas vt procul recedam a sanctuario
meo. non loci mutatōne sed exauditione
et gratie subtractōne. ¶ Secundo vidit
omnem similitudinem animalium et repti
lium depictam in circuitu parietum ita vt
nulla esset bestia quā non pictura mōstra-
ret vt dicit glosa et hoc vsqꝫ hodie cerni-
mus in ꝓphanis gētilibus vbi cuncta ge
nera bestiarum adorat stulta religio.

Debinc vidit.lxx. viros de senioribus domus israel cum thuribulis stãtes ante picturas ad offerendũ incensuz thuris. Vñ ad tam vilia colenda descenderunt q̃ vt dicitur Isaie.ij. talpas ꝛ vespertiliones adorarent. Per hos igitur.lxx. viros omnes auaros et cupidos p̃sertim diuites intelligo qui licet ad adorandum et sacrificandum domino templum ingredi videantur tamẽ iuxta preceptum domini percogitationem et affectum eiã orantes terrenis ĩbiant auro scz argẽto luto ꝛ lapidi ꝛc. Vnd cõqueritur Iacob.xv. Popul⁹ hic labijs me honorat cor autem eorũ lõge est a me. sed quia occultũ hoc esse speratur ideo minus ponderatur. Vnde dominus ibidez. Certe vides fili hominis que seniores domus israel faciunt in tenebris vnusquisq; in abscondito cubilis sui. Dicunt enim id est opere ostendunt nõ videt dominus scz in abscondito cordis. Quidam enim in ecclesia corde terrenis occupantur licet orationes ore depromerevideantur. Quidaz q̃ plus est etiam verbo tenus his negocijs occupantur requirentes cõsilia exigendo debita. Quidam ibi cõputationib⁹ intendunt vel emunt et vẽdunt quod omnino iudicatur illicitũ. Cõtra quos precipitur ibidem libro. vj. Cessent in ecclesijs earũq; cimiterijs negocia tiones ꝛ precipue nundinarũ ac fori cuiusc̃unq; tumultus. Nullus in locis eisdẽ cõclamationem moueat impetumue mittat in quibus cum pace et quiete vota conuenit celebrari. quod est cõtra tales qui canes ꝛ paruos infantes absq; necessitate in ecclesia adducunt. Nullum enim peccatũ tam acriter dominus vindicasse legit̃ in natura mortali sicut illud viciũ. Dicit enĩ Jeronimus super hunc locum. mihi autẽ inter omnia signa que dominus fecit hoc videtur esse mirabilius q̃ vnus homo et in illo tempore contemptibilis in tantum postea crucifigeretur scribis et phariseis cõtra se sentientibus ꝛ videntib⁹ lucra sua destrui potuerit ad vnius flagelli verbera tantam eijcere multitudinem. Igneũ enim quidem et siderium radiabat ex oculis eius et diuinitatis maiestas lucebat in facie. Thus autem oblatum signat affectum amoris terrenis implicatum Tercio vidit mulieres deplangentes adonidẽ De quo dicit Ouidius methamorphoſ. libro. xiij. Q⁹ adonides erat quidam iuuenis gratissimus quem dea venus intãtum dilexit q̃ deo amicum suuz fecit. hũc ab apro quez venabatur occisum ceperũt mulieres deplangere et redituum inter deos credere et laudare. et sic aput mulieres gentiles mos inoleuit plangendi mortem adonidis quẽ morem secute sunt mulieres in hierusalem. Et vr̃ dicit Raby salomon. fecerunt ydolum eius cõcauum in quo fiebat ignis cuius calor surſum ascendens oculos idoli qui plumbei erãt liquefaciebat et sic plorare videbatur que condolentes simul flebant. Qui sunt ergo deplorantes adonidem nisi stulter̃ fatue frequentãtes ecclesiã vt videanẽ et videãt. quos enĩ alibi suspicio sociare vetat ficta sanctitas ibidem cõiungit saltem ad mutuum cõtuitum vt inuicem nutibus et signis ostẽdebit amorem male sanũ. Vnde plerunq; p̃tensis tristicie signis de mutua separatõne quasi deplangere videnẽ adonidem. Cũ ergo dicit doc. sanct⁹ scda scõe. q. cliij. q̃ nõ solum cõsensus in delectationẽ peccati mortalis est mortale peccatum. Quanta putas in ecclesia cõmittantur affectu fornicatõnes et adulteria sub missarum solennijs cũ incedunt circũ ornate vt similitudo templi ad allaqueandas animas. Osee. vj. In domo israel vid. horrendum ibi fornicatõnes effraym. viri autem circueũt officinas templi quorum oculi ad venationẽ ducti luxuria pleni. Cõtra quos precipit̃ ibidem libro. vj. Q⁹ sit in ecclesia q̃ta cõuersatio deo grata cernentibus placida que cõsiderantes non solum instruat sed reficiat. Cessent ibidẽ vana ꝛ ppbana multo fortius feda colloquia. cessent cõfabulatõnes quelibz sint postremo alia que diuinũ officiuz turbare possint aut oculos diuine maiestatis offendere ab ipis ꝓsus extranea. ne vbi est peccatorũ venia postulanda ibi etiam

peccandi detur occasio aut deprehēdant̄
peccata dimitti. Hec enī cōportant ignē
dicēte Jeronimo. Gladius igneus ē spe-
cies mulierū quasi ex omni parte sagittas
emittens hic aūt apponit stipulā Treñ. iij
Oculus meus depredatus est animā meā
Quarto. xxv. viros habētes dorsa cōtra
templū et facies ad orientē adorātes ad
ortum solis id est solē tanq̄ deū. Dicitur
etiā. iiij. Re. xvij. q̄ adorauerūt omnem
miliciā celi scz solē lunam stellas ꝯsecrā-
tes eis etiā filios suos. Per quos nō in-
cōueniēter accipiunt̄ elati qui pompa de-
testabili frequentāt ecclesiā ꝓpter fauorē
et cōplacentiā humanā. nō vt deprecent̄
humilem Jesum sed vt appareāt homini-
bus gloriosi. Et hec cōplacentia ꝑ milici-
am celi signari arbitror que visu delectat
ad quod vergit omne studiū eoꝝ nec verē-
tur terrificis misterijs ꝓpius assistere vt
ꝓpinquitate loci digniores ceteris appa-
reant. Quib⁹ improperat dñs Jsa. xxix
dicēs. Appropinquat popul⁹ iste ore suo
et labijs suis glorificat me id est similādo
iusticiā cor aūt eoꝝ longe est a me. Et ti-
muerunt me mandato hominū et doctri-
nis id est exteriori religione ne ab homi-
nibus vt publicani despicerent̄ hoc est igi-
tur ponere dorsa ꝯtra templū cordi repu-
gnare quod actu exteriori vident̄ exsequi.
Nō enim venit in templū phariseus lau-
dare deum sed glorificare seip̄m. Contra
quos precipitur ibidē libro. vj. Sit itaq̄
ad ecclesias humilis et deuotus accessus
et ꝯuenientes nomē illud Jesu exhibitō-
ne reuerētie specialis attollant. Et quod
generaliter scribitur vt ī noīe Jesu om̄e
genu flectat̄ singulariter in seip̄is implen-
tes quādo illud recollitur flectant genua
cordis sui et corpis si patitur illud facul-
tans quod etiam in capitis inclinatione
testentur. Attendantur in locis eisdez in-
tentis precordijs sacra solennia deuotis
orationibus insistatur. Unde cōcluditur
ibidem. Ordinarij locoꝝ hec faciāt obser-
uari suadenda suadeant. interdicta hui⁹
canonis autoritate ꝯpescant. Quā dete-
stabile vero sit hoc viciū in. j. Re. xvj. figu-
ratum in rege Saul qui reprehēsus a Sa-
muele de inobedientia diuina. Respōdit
quidē. peccaui. nec tamē vere penituit sz
poti⁹ se glorificare voluit pergēs ad ado-
randuz dominū. Plus enī quesiuit hono-
res hominū q̄ veniam criminū. Peccaui
inquit sed nunc honora me corā senioribꝰ
populi mei et reuertere mecum vt adorez
dñm deum tuum nō vt adores ꝑ me domi-
num. Et ideo deinceps recessit ab eo spi-
ritus dñi et agitabat eum spirit⁹ nequaz
spiritus supbie rancoris ⁊ inuidie vsq̄ in
finem. His igit̄ respondet domin⁹ Jere.
xv. ij. Dorsum id est reprobationē et non
faciem ostendi id est ostendā eis in die ꝑ-
ditionis eoꝝ. quia reuera taliū oratio nō
eis misericordiā ꝓuocat sed iram ⁊ indi-
gnationē et reprobationē. Quia dicitur
Amos. iij. Jurauit dñs de⁹ in aīa sua di-
cit deus exercituum. detestor ego supbiā
et sequunt̄ cōmunicationes horribiles.
Quinto vidit quosdā applicātes ramum
ad nares suas. Quod exponūt doctores
nostri dicentes q̄ idola erant in alto po-
sita et sic idolatre ramos leuabant ad ea
tangenda quos ob eorum reuerentiā po-
stea ad nares applicabant. Per hec idola
depictas aut exaratas in ecclesia imagi-
nes intelligo scz christi et sanctorum eius
quorū vite cursum aut martirium visu pi-
cture cōsiderantes vel auditu p̄dicatōis
ꝑcipientes letant̄ et quidē et laudant eo-
rum cōstantiam fidelitatē ⁊ charitatē ⁊c.
et hoc est applicare ramos ad nares dicta
scz vel facta sanctorū vel adorando ꝑci-
pere eo q̄ ecclesiarū limina terunt sermo-
nes et diuinā frequentāt delitijs tamen
assueti mollibus vtentes delicatioribus
vestentes nihilominus potius q̄ eoꝝ ex-
empla sequi disponunt. In his dūtaxat
deo se posse satisfacere putantes. De qui-
bus ait dominus Jsa. lviij. Me de die in
diem querunt et scire vias meas volunt.
id est p̄tendunt q̄ hoc velint quasi gens q̄
iusticiā fecerit et que iudicia dei nō dere-
liquerit. Sed his respondetur Luce. xij.
Seruus qui cognouerit voluntatem dñi
sui et nō fecerit plagis vapulabit multis.

Non enim auditores verbi sed factores beatificantur. Quãuis tamen ſm Aug⁹. ad valentinum ſit grauius peccare ſcienter q̃ neſcienter. ideo nõ eſt fugiendũ ad ignorantie tenebras vt in eis quiſq̃ excuſationem requirat. Aliud enim eſt nõ ſcire aliud ſcire noluiſſe. quia in his qui ſcire nlouerunt ignorantia ipa peccatum eſt. in eis vero qui nec potuerũt pena peccati Ignorãtia vero eorũ qui tm̃ ſimpliciter neſciũt ſcz nõ requirẽtes vel ſcire ꝓponẽtes. nullum ſic excuſat vt ab eterno igne nõ ardeat ſed fortaſſe vt minus ardeat. Hec ille. Unde cõcludit dñs in Ezechiele. Ergo et ego faciam in furore meo. non parcet oculus meus nec miſereboꝛ et cum clamauerint ad aures meas voce magna non exaudiam eos.

Dominica xi Sermo xci

Deſcendit hic iuſtificatus in domũ ſuam ab illo et ꝑ illo. Luc. xviij. Querit doc. ſanctus ꝓma ſcde q. cxiij. Utrum iuſtificatõ impij ſit maximum opus dei. et videtur q̃ nõ. quia magis eſt ex nihil aliquid facere vbi nihil cooperatur agenti q̃ ex aliquo facere aliquid cum aliqua cooperatõe patientis ſic etiam eſt in iuſtificatione impij vbi cooperatur motus liberi arbitrij. Dñ Aug⁹. Qui fecit te ſine te nõ iuſtificabit te ſine te. Ad quod reſpondens adducit Aug⁹. ſuper illud Job 9. ix. Maioꝛa boꝛum faciet. Q. maius opus eſt q̃ ex impio fiat iuſtus q̃ creare celum et terram. Cuius cauſam aſſignat quia celum et terra tranſibunt predeſtinatoꝛ aũt ſalus et iuſtificatio permanebũt. modo maius opus eſt impij iuſtificatio que terminat̃ ad bonum eternũ diuine ꝓticipatõis q̃ creatio celi et terre. que terminat̃ ad bonum nature cõmutabilis. Et licet in iuſtificatione impij ſit aliqua coopatio patientis per liberum arbitriũ. Ipm tamẽ liberum arbitrium quod ante mouebat̃ affectu cõtrario prius mouet̃ ordine nature ab ipa infuſa gratia. et ſic primo inuenit motum liberi arbitrij potius cõtrariantem q̃ cooperantem ex quo magna patitur difficultatem. Que difficultas figuraliter oſtenſa eſt in reſuſcitatione Lazari. Nam deꝰ qui ſolo verbo cuncta creauit ex nihilo. ad ſuſcitationẽ Lazari vt dicit gloſa Johãnis. xj. Fremuit lachrimatus eſt clamauit quia difficile ſurgit quẽ moleſtia male cõſuetudinis premit. Unde dominus qui ſolo verbo mundum creauit tantis ſudoribus plagis tormentis hominẽ redemit et ex hoc morti ſuccumberet. In hoc aũt euangelio duos inuenimus aſcendentes vt oꝛarent et iuſtificarentur quoꝛũ primꝰ qui iuſtioꝛ operibus inuentus eſt deo gratias agendo nõ ſolum nõ iuſtificatus, ſed eriam in ſua iuſticia reꝓbatus eſt. Iniquioꝛ vero iuſtificatus a dño iudicat̃. deſcendit inq̃ hic iuſtificatus quia ꝓplacet deo magis peccatoꝛ humilis q̃ iuſtus ſuperbus. Deſcendit hic iuſtificatꝰ ab eoꝛẽ Dicit Criſo. ſuper hunc locum. Geminos aurigas et duas bigas in ſtadio poſitas ſermo preſens ꝓponit. In altera quidez iuſticia cum ſuperbia. in altera peccatum et humilitatẽ. Et vides bigam peccati ſuperare iuſticiã nõ ꝓꝓriis viribus ſed coniuncte humilitatis. Illam vero deuictaz nõ fragilitatem iuſticie ſed mole et tumore ſuperbie. Si ergo faſtus cõiunctus iuſticie eam deprimere potuit ſi cõiunctus ſit peccato in quantã gehennaz detrudet̃ Ad euidentiã autẽ huius iuſtificatõnis q̃ iuſto ſuperbo reꝓbato peccatoꝛ humilis electus eſt. dicit doctoꝛ ſanctus ꝓma ſcde q. cxiij. q̃ ad iuſtificationẽ impij quatenꝰ requiruntur que quidã ſimul fiunt tẽpoꝛe quia iuſtificatio impij nõ eſt ſucceſſiua ſed inſtantanea. Ordine tamẽ nature primo requiritur gratie infuſio que tria ſequentia operetur. Secundo motus liberi arbitrij in deum per fidem charitate formatã Tercio motus liberi arbitrij in peccatum per deteſtationem. per hoc enim deteſtat̃ peccatuz eo q̃ ſit cõtra deum. Quarto vero remiſſio culpe. Quantũ ad primum requiritur infuſio gratie. Cum enim homo peccãdo deũ offendit. offenſa nõ remittit̃

148

nisi animus offensi placetur et pacificet̃ que pax cõsistit in dilectione qua deꝰ nos diligit. Dilectio autẽ dei inquantũ est ex parte actus diuini est eterna et immutabilis sed q̃tuz ad effectũ quẽ nobis imprimit quãdoq̃ interrumpit̃ ꝓut ab ipo qñq̃ deficimus et quãdoq̃ iterum recuperamus quia dilectio dei nõ solum cõsistit in actu voluntatis diuine sed importat quẽdam effectuz gratie causantẽ ne hoĩ imputetur a deo peccatũ qua scz gratia sit dignus vita eterna a qua mortale peccatũ excludit. Et quia subtrahendo gratiã deus superbis resistit. Hinc superbus phariseus etiã in iusticia sua reprobatus fuit. vbi humilis publicanus per gratiã iustificatus fuit. O quid igitur meret̃ peccator elatus qui ecclesiam frequentat ⁊ orat cũ superbia et abusione? Reuera labor eius inanis reputabitur et sup̃bia in perditionem. Vnde querit doctor sanctꝰ ibidẽ. q cix. Vtrũ homo sine gratia mereri possit vitam eternã p̃sertim cum inquirenti. respondit dñs Math. xix. Si vis vitã ingredi serua mandata. Ex quibus verbis videtur ꝙ ingredi in vitã eternã ꝯstitutũ sit in hominis volũtate et ergo per seip̃m potest ingredi. Ad quod respõdet ꝙ vita eterna est finis excedens ꝓportionem humane nature. et ideo homo per sua naturalia nõ potest ꝓducere opa meritoria vite eterne ꝓportionata sed ad hoc exigit̃ altior virtus scz virtus gratie. Dicit enĩ Apl's. Si distribuero in cibos paup̃m ⁊c̃. j. Corinth. xiij. Vnde licet homo sua voluntate facit opa meritoria vite eterne adhuc tamẽ exigitur ꝙ voluntas hominis p̃paretur a deo per gratiã vt dicit Augꝰ in tercia responsione cõtra pelagianũ Secundo requiritur motus liberi arbitrij in deum per fidẽ charitate formatã. Nam prima cõuersio in deum fit ꝑ fidẽ. Ad Hebre. xj. Accedentẽ ad deũ oportet credere quia est. sed iste motus fidei nõ est ꝑfectꝰ nisi sit charitate formatus. ita ꝙ sit simul in iustificatõne impij cum motu fidei motus charitatis. nõ enĩ sufficit cognitio naturalis ad iustificationẽ. quia per eam nõ cõuertitur homo in deum inquantũ obiectum est beatitudinis et causa iustificatõnis sicut ꝑ fidem charitate formatã. Hãc autẽ fidem que requirit que dei sunt phariseus nõ habuit quia nõ domini gloriam sed ꝓpriam laudem quesiuit. Erat enĩ de illorũ genere de quibus refert Augꝰ libro ad fratres in heremo scripsisse Jeronimũ de sarabaitis qui in egipto erant in foraminibus petrarũ habitãtes induti porcorum et boum pellibus accincti funibꝰ palmarum spinas ad calcaria portantes pedibus discalceati ⁊ cruentati. pergebãtq̃ ad festum scenophegie hierosolimã intrãtes sancta sanctoꝝ predicabãt abstinentiaz ⁊ paupertate postmodũ barbas euellebant sine redemptõne ⁊ sic acquisita fama et lucro ad ꝓpria remeantes solitare gaudentes et epulãtes sup̃ illud quod explicare possumus. Hos ergo non beatos sed iam damnatos esse p̃dicamus. Ad sciendum autẽ que sit fides charitate formata que mouet liberum arbitriũ in deũ ponitur a doctoribus triplex gradus fidei. Primus eũ credere esse deum verũ ⁊ vnũ omnipotentẽ creatorẽ vniuersoꝝ. Secundus est credere deo id est dictis eius fidez adhibere et de his fides mortua est. vt patet supra. Sequatur tercius gradꝰ scz credere in deum. De quo Augꝰ. ad Ro. iiij. sup̃ illud credenti in eum qui iustificat impium. credere in deũ est credendo amare. credẽdo diligere credendo in eum ⁊ in eiꝰ mẽbris incorporari. Fides enĩ ostẽdit homini deum esse summũ bonuz ideo gressu amoris ⁊ boni opis fidẽ habens tendit in deum vt patet ibidẽ Tercio requiritur motus liberi arbitrij in peccatũ quod detestatur. Cum enim iustificatio impij sit q̃dam motus quo mens humana mouet̃ a deo de statu peccati in statũ iusticie oportet ꝙ mens se habeat ad vtrũq̃ extremorum s̃m motum liberi arbitrij sicut corpꝰ aliquod localiter motum ad dnos terminos motus. Mouetur aũt a termino a q̃ ad terminũ ad quẽ. Sic mẽs humana mouetur ꝑ motũ liberi arbitrij a peccato per detestationẽ ad deum ꝑ desideriũ. Vnde

oportet q̄ singula peccata cōmissa detestetur quorum memoriā habet. et sic subsequitur quidā vniuersalis motus detestationis omnū criminū seu peccatorū que cōmisit inter que includunt̄ etiā peccata obliuioni dedita quia in illo statu sic dispositus est vt etiā de his que nō meminit cōtereret̄ si memorie adessent. Sic rex Ezechias amarissime flens. Recogitabo tibi inquit omnes annos meos in amaritudie anime mee. Vide nunc districtionē diuine iusticie phariseus hic oīm fere peccatorū detestationē ostēdit dicens. Non sum sicut ceteri hoīm raptores iniusti adulteri. ieiuno bis in sabatho. decimas do oīm que possideo. Sed ve misero q̄ in vno peccato detentus est nec detestatus. superbiaz loquor qua sibi placuit. alios cōtempsit. quia hāc ipam nō est detestatus cū omni sua iusticia legitur reprobat⁹ vt verificet illud Jacobi. ij. Quicūq; totā legē q̄pleuerit offendit autē in vno factus est oīm reus scz q̄tum ad priuationē omniū operum bonorū q̄ omnia opa meritoria mortificat actū omnia mandata transgressus fuisset. Et q̄tū ad adeptionē penarū quo eternitatē nō quo ad acerbitatē. Publicanus autē qui humili cōtritione cū ctavicia detestatus est veniā exorās et dicēs. Deus ꝓpicius esto mihi peccatori legitur iustificatus. Nos fratres respicit hec parabola ne q̄ absit conemur mēriri dño dimidiata cōtritione simulata cōfessione inuoluntaria satisfactōne. Quarto requiritur remissio peccatorū que est finis mot⁹ in iustificatōne. In hac enim cōsumat̄ iustificatio q̄ ad remissionē culpe tota ista trā̄mutatio ordinatur sicut ad finē. Hec autem remissio q̄tum ad duo fit. Primo q̄tum ad maculā de qua dicit sanct⁹ Thomas vbi sup̄. q. lxxxvj. q̄ macula ꝓpe dicitur in corporalibus q̄n corpus nitidū perdit suum nitorē ex cōtactu alterius corporis. Ad cuius similitudinē in aīa spiritualiter dicitur esse macula. Nam duplicē habet nitorē. Primū ex refluentia luminis naturalis rōnis per quā dirigit̄ in suis actibus. Secundū ex refluentia diuini luminis scz sapientie et gratie q̄ quā homo ꝓficitur et bene et decenter agendū sicut per primū ad agendū bonum ad fugiendā malum. Dicitur autē quidā cōtactus aīe q̄n rebus adheret aliquib⁹ p amorē quod qz facit ptra lumen rōnis et diuine legis peccat et sic ipm detrimentū nitoris ex tali cōtactu pueniēs anime macula methaphorice dicitur que macula nō est aliq̄d positiue sed significat priuationē quandā nitoris in ordine ad causam que est peccatum quod interponitur. Sicut ptz de vmbra q̄ est priuatio luminis ex obiecto corporis alicui⁹ p̄sertim ad speculū aliqd quod nō solū patitur priuationē lumis sed etiā recipit similitudinē corpis vmbrā causantis Vnde diuersa peccata diuersas maculas inducūt sicut ꝑm diuersitatatē corpm obiectorū diuersificant̄ vmbre. Secundo macula quendā defectū mentis importat ꝓpter recessum a lumie rōnis vel diuine legis ad ipas res quibus inheret inordīate et ideo etiā transeūte actu peccati manet in eo macula donec redeat ad lumen diuinum et lumen rationis p motū voluntatis cōtrariū primo motui. et hoc ꝓpter priuationē cōiunctionis ad diuinū lumē. Affectus enī peccati fecit distantiā a deo quā sequitur defectus nitoris. Sicut igit̄ cessante motu nō tollit̄ distantia localis ita nec cessante actu tollitur macula donec p affectum ptrariū rediens appropinquet. Ex quo liquet q̄ macula tolli nō potest nisi voluntas hominis ordinē diuine iusticie acceptat vt scz penā sibi spontanee assumat in recōpensationē culpe patrate vel etiaz a deo illatam patienter sustineat. qz vtroq; mō pena rationē satisfactōnis habet. Secundo fit remissio q̄tum ad reatū Peccatū enī nō solum causat maculā sed facit etiā hominē reū pene inquantū trāsgreditur ordinē diuine iusticie. Vnde remota macula plerūq; remanet ipe actus qz ad ordinē diuine iusticie nō redit nisi p quendā recōpensationē pene que ad equalitatem iusticie reducit. Et sic patet q̄ licet mutata voluntate p affectū in motum ptrariū remouetur macula requirit̄ tamē

149

adhuc pena p reatu ad restituendū equalitatem iusticie et ad ammouendū scandalum p̄morum vt edificent in pena q̄ sunt scandalizati i culpa. Quod eleganter claret in Dauid qui vt habet. ij. Re. xij. tam enormiter in peccatū homicidij ⁊ adulterij post humilē ⁊ cōtritiosam p̄fessionē maculevenia adeptus audire meruit dicente nathan. Dñs quoq; transtulit peccatum tuū verumtamē vindictā reatus nō euasit vt patz supra. Q. si penitentiā q̄s egerit nec voluntatē mutauerit nihil p̄ficit quia reatus nō purgat nisi prius macula deleatur p affectū vicio ꝓpetrato ꝯtrariū. vt ptz in phariseo isto.

Dominica. xij. Ser. xcij.

Q Vis fabricatus est mutū surdū videntē et cecū. Exo. iiij. Refert magister in historia q̄ cuz Moyses puerulus esset ⁊ ꝓpter ei⁹ pulcritudinē a filia pharaonis in filiū adoptatus. nā tante pulcritudinis fuit vt dicit Josephus q̄ multi dum cernerēt euz p plateas ferri cōspectui ei⁹ herēdes occupatōes in quib⁹ studebāt desererēt. Quē dū patri sui pharaoni offerret ⁊ eū in filium adoptaret rex ei⁹ pulcritudinē admirans cozonā suā cum imagine hamonis illi imposuit Quā moyses imaginē detestatus in terrā p̄iecit et cōfregit. surgens ergo sacerdos a latere regis exclamauit dicens. Hic est puer quē nobis deus occidēdum mōstrauit. Predixerat enī quidā eo tpe masculū nasciturū qui humiliaret regnum egipti et hic esset de filiis israel. voluit igit̄ in eum ruere sacerdos sed auxilio regis ⁊ p̄suasione cuiusdā sapiētis liberatus est qui hoc p ignorātiā factū asseruit Jn cuius argumentū cum puero p̄unas puero allatas obtulisset oz applicuit ⁊ lingue summitatē exussit et ex hoc autumāt hebrei eū impeditioris lingue fuisse. Dñ postea posillamitate deuictus educere rēnuit filios israel allegās suā insufficientiam eo q̄ impeditioris lingue essz. Et postq̄ inquit locut⁹ est mihi factus sum impeditioris lingue q̄ fragilitas humana ex p̄sentia diuina vel angelica stupescit.. Cui dñs. q̄s fecit os hoīs? Quod exponūt hebrei dicētes. q̄ Moyses accusatus pharaoni de interfectōne egiptij captus erat et adductus cozā eo vbi cū cōstanter loq̄retur q̄ iuste fecisset nō veritus animositatē regis vt dicit ad Hebre. xj. Cōdemnatus est ad sententiā capitalē. Speculatoz aūt p̄cussus acrisia cum vellet percutere moysen ipsum nō vidit fugitq̄ moyses cernēte pharaone sed facto tam stupido q̄ nec verbo nec signo p̄cipe potuit vt caperet ac si surdus vel mutus fuissz. Et hoc tangit̄ in themate p̄nti Quis fabricatus est mutū et surdū id est pharaonē mō p̄dicto videntē ⁊ cecū. i. speculatozē quasi diceret. Sicut talia miracula feci sic tāta et maioza facere possum. Que verba quenīunt cum p̄nti euāgelio. Quis fabricat⁹ est surdū ⁊c. Surdus ⁊ mutus de quo legitur euangeliū Marci. vij. Nō erat his sensibus p̄uatus a natiuitate nec a supueniente infirmitate vt dicit Lyra. sed a sathana possidente q̄ instrumēta magis necessaria ad salutē ab vsu suo naturali ꝓpediebat ne verba salutis ⁊ monita p̄ualeret audire nec p linguā q̄ salutis sunt inuestigare. O q̄s innumerabiles tales adhuc sustinet mater ecclesia furoz ad similitudinem serpentis ⁊ sicut aspidis surde ⁊ obduratis aures suas ⁊c. Quatuoz ei modis facit hoīez surdū. Primo ad p̄scientiā. Priam p sinderisim reclamantē. hoc enim ei sufficit ad p̄ditionē nostrā. hic est cozu⁹ de quo dicit Sophonie. ij. Vox cantātis in fenestra id ē in cozporeis sensibus cozuus in subluminari cantās cras cras ne miseri inopinata p̄cula p̄caueant Cū tñ ipa cōscientia duas p̄cones emittit. Primo timozē damnatōis reclamantē. quacūq̄ hoza p̄feceritis morte morietmini. Qui p co vociferās ante peccati ꝓpetrationem signatur p angelū qui stabat ꝓtra Balaā euaginato gladio vt dicit Numeri. xxij. et mortem minabatur eo q̄ cōtra p̄ceptum dñi pergebat intentione p̄ua maledictus israel que non potuit abscondi a deo ⁊ licet minat⁹ ab angelo nihilominus

tamē querebat maledicere populo sed impeditus a dño et coactus p maledictione benedictionez intulit. sicut dicit Deutro. xxiij. Noluit dñs audire Balaā vertitq maledictionē eius in benedictionē tuā eo q diligeret te. Qui videns se nil ꝓficere pollicitus est dare prauū ꝓsilium reuertēs ad terrā suam. Cogitabat enī q in reditu ad terrā suā spiritus dei ab eo recederet. et tunc permitteret agere z loqui scōm malam voluntatē suaz. Sic revera licz timor cōscientie mortem minaꝛ et supplicū si ꝓgredimur in cōsensum peccati. delectatione tamē vicioz obcecati piculū ꝓprium p cauere cōtemnimus. Secundo post culpe ꝓpetrationē sm preconē emittit scz dolorem amissionis cū sedata malicie cōcupiscentia recogitat inestimabile bonoz dispendiū quod passus est. Nam vnico mortali cōmisso dissipatur bonoz vniuersitas sola remanet obiurgās ꝓscientia damna cōmemorans. Que per nunciū Job significatur qui semper solus euasit nuncians que facta sunt damna. Et ideo merito cuz eo surgere debet de luto peccati et scissis vestibus id est dissipatis per ꝓtritionem sordidis moribus et roso capite id est facta cōfessione nō solum operū sed z cogitationū malarū que ita menti sicut capilli adherent capiti et sic euadere p humilitatem in terram p mortis memoriā nudus inquit ingressus sum. Secūdo facit hoīez surdū ad audiendū verbū dei saltē affectu ꝓprie emendatōnis licet audiat arida cōsuetudine vel curiositate nouitatis cuius finem ponit in auditu nō vt inde regulet vitā suaz. De qualibus ait dñs Isa. xlij. Quis cecus nisi seruus meus et surd⁹ nisi ad quem misi nūcios meos. Sequitur. O israel qui vides multa id est intelligis legem z ꝓphetas nōne custodies supple que tibi ꝓcipiunt? Et qui aptas habes aures scz corpis nōne audies id est obedies Dis igit respondet Prouer. xxviij. Qui declinat aurē suā ne audiat legem scz ad hunc finē vt regulet inde vitā oratio ei⁹ erit execrabilis. Dicit enim dñs ps. lxxx. Et nō audivit popul⁹ meus vocē meā ꝛc. Et ergo dimisi eos scz subtrahēdo ab eis gratiam a peccatis cōseruantē. sm desideria cordis eorū ibunt igitur sm inclinationem fomitis ad malū in adinuentōnibus suis id est peccatis enormib⁹ ab ipis inuētis. Nihil enī abhorribilius q̄ a deo dereliqui vt ambulēt sm desideria carnis sine retractatōne. Sic filij dei accipientes filias hoīm contra diuinū preceptū eo q pulcre essent z libidinose relicti sunt a deo vt irēt in adinuentionib⁹ suis. Et tūc enī ceperūt multiplicari mala sup terrā. quia abutebantur vxoribus suis nimijs fornicatōnibus. debinc abutebanꝰ vxorib⁹ fratrum suorū. Post hec etiā mulieres in vesaniā verse supgresse viris abutebantur. Deinde exarserūt hoīes in alterutrū viri in viros. mulieres in mulieres turpitudinem operātes. Ecce q̄ abbominabiles adinuentores vicioz operati sunt q̄s secuta est generalis vindicta diluuij. Sic dimisit pentbapolim sm desideria eoz quorū terra sicut dicit Genes. xiij. Erat sicut paradisus dñi ꝓpter nimiā pulcritudinē z fertilitatē quibus abeuntes dimissi sunt ꝓpter peccata sm desideria cordis eorū in omnē affluentiā tpaliū vt etiā ꝓuenirēt in adinuentōnes vicioz abbominatissimas quousq̄ scz iratus dñs plueret super illos ignē sulpbureū qui feroꝛē ministrat piter et ardoꝛē. Nā vt testat Solinus micabātur fulgura audiebāt tonitrua. z sic ignis et sulpbur de celo mittebat punies nō solum reos sed etiā paulos ꝓ peccatis parētum iumenta quoq̄ et terrā vt in eternuz aresceret. Quia sm Bern. Bebēnalis fāma morā nō sustinēs execrabilē venit tollere nationē necnō tellurē vtpote ꝓsciam tāte ꝓfusionis cōsumpsit. Dñ versa est regio in mare mortuū vt adhuc appareant crudelis vindicte vestigia nec sufficit tradere aīas sz z eoz corpa tradidit igni piter z feroz. Tercio facit hominē surduz ad vocē fratris venientis ne remittat vt sic nec ei peccata remittanē. Juxta illud Eccle. xxviij. Relinque ꝓximo nocēti te z tunc deprecanti tibi peccata soluent. Notate verba. nō ei dicit. relinque deprecāti

150

sed nocenti. quia precipit dominus Luc. vj. Diligite inimicos vestros id est ex corde salutē ⁊ bonū eoꝝ desiderate. benefacite his qui oderūt vos quoniā benificentia est affectus dilectōnis quē etiā tenemur inimicis exhibere in certis causis vt patet. Alioquin si iram seruauerint scdm Apl'm inuicē ꝓuocantes. inuicē inuidētes audi quid sup hoc dicit glosa ad Gal. v. Cum ꝑ omne viciuz hostis antiqui virus humano cordi infundit. ī hoc tñ nequicia tota sua viscera serpens cōcutit et imprimende malicie pestem vomit. Unde nō solum hominē inficit sed etiā opera meritoria iam facta ⁊ faciēda sicut salamandra ⁊c. vide infra. Quarto facit hominē surdum ne audiat vocē pauperū sciēs misericordiā esse refugiū singulare miserorū ad inuocandū dominū ꝓvenia. medicinā efficacem ad sanandū vulnera. Nā plerunqꝫ meretur elemosina etiā in merito gratiaz qua reuocetur ad peccatoꝝ cognitionē et auersionē. impetrat veniam. multiplicat gratiā. Quod liquido satis ostendit dñs Actuū. x. vbi dicitur. Q⁹ cornelius quidā centurio cohortis. id est centū militū ⁊ adhuc gentilis multas fecit elemosinas ita ꝙ ꝯz Grego. ibidē bono opere ꝓmeruit vt deum cognoscere ⁊ misterium incarnatōnis credens ad baptismū veniret. Venit enī ad eum angelus dñi qui timore correptus ꝓpter fulgorē faciei eius ait. Quis es dñe? Et angel⁹. Elemosine tue ⁊ oratōnes ascenderūt in memoriam in cōspectu dei qui ꝓuidit tibi salutis tue doctorē Et ecce res mira. quia vt dicit glosa ad inuocationē Petri descēdit spiritus nouo genere in eum ante baptismū ⁊ impositionē manus ꝙ nunqꝫ iudeis euenisse reperitur Unde obstupuerūt ex circumcisione fideles. O quid igit̄ valebit oratio christiani sulta pietatis operib⁹ vt beati misericordes vberiorem misericordiā cōsequantur Sciens igitur diabolus efficaciā eius aures multoꝝ obstruere nititur ne et ipi ad veniam exaudiantur. Prouer. xxj. Qui obdurat aurē suam ad clamorē pauperis et ipe clamabitur nō exaudiet̄ sicut diues epulo. Pro secūdo principali facit etiam hominē mutum ne cōfiteatur saltez enormia tum pudore cōfitendi tuz spe diu viuendi. ꝓponēs in posterū se cōfitenduz Sz hec ꝓmissio nequissima que plurimos perdidit sicut refert Beda in gestis anglorum de quodam milite regis anglie. vide supra. Hinc cōcludit Augustin⁹. Si q̄s positus in vltima necessitate accipit penitentiam fateor vobis nō ei negam⁹ quod petit sed nō presumimus ꝙ bene hinc exit Penitentiā dare possumus sed nō securitatez. Nunquid dico damnabitur sed nec dico saluabitur. Vis ergo a dubio liberari age penitentiam duz sanus es. Si sic agis dico tibi quia securus es. quia penitētiam egisti quādo peccare potuisti. Si vis agere penitentiam quādo peccare nō potes peccata te dimiserunt tu nō illa. Secundo facit mutuz ꝙ eius oratio nō exaudiatur ꝓpter peccatum nōdum cōfessum. Quod deplorans p̄s. Quoniā inquit tacui scz cōfessionem inueterauerunt omnia ossa mea dum clamarem per orationē tota die. sicut diffusius patuit supra de confessione. Deniqꝫ videndum est quomodo curandus sit surdus et mutus. Ad quod primo requiritur ꝙ ad christum adducatur per auditionem sedulaz verbi dei licet ipe tūc adimplere nō curat audita. Dicit enim Crisostom⁹ super Math. ꝙ nō paruus est fructus ex ipo auditu verbi dei. nā qui audit et seip̄m sepius reprehendit et altius ingemiscit eo quādoqꝫ perueniet vt studeat adimplere quod didicit. quia gutta cauat lapidem nō vi sed sepe cadendo. Cuius prescius diabolus totis virib⁹ suos retrahere nitit̄ timens se forte qñqꝫ ex auditu seq̄ libeat actionē. Secūdo adductum oportet seorsuz separi qꝛ necesse est vt curandus prauā relinquat societatē et peccatoꝝ occasiones Quia dicit Seneca Quo maior est popul⁹ cui miscemur eo ꝑiculi plus est. auarior eī redeo ambitiosior et luxuriosior. Dicit eī Criso. sup Math. ꝙ in rerū natura sic est vt quotiēs bonus malo cōiungitur non ex bono malus melioratur sed ex malo bonus cōdemnatur.

Tercio requirit̃ ꝙ digitus dei tãgat lin-
guam ei⁹ et aures. i. gratia spiritussancti
qua fit vt qui habeat aures audiendi au-
diat. etiã ad executionẽ opis et soluat vin
culum lingue eius ad ꝯfessionẽ ad laudẽ ⁊
orationem.

Dominica. xiij. Sermo. xciij.

Beati oculi qui vi-
dent q̃ vos videtis. Luc. x. Doc.
sanctus p̃ma scd̃e q. ij. mendaces
arguẽs eos q̃ beatũ dixerũt ꝓpl̃m cui hec
sunt hec tꝑalia falsa et deceptoria bona.
Cõcludit ibidẽ ꝙ beatitudo hoĩs nõ cõ-
sistit in diuitijs auro argento lapidib⁹ p̃-
ciosis nõ in honorib⁹ aut gloria tꝑali nõ
in delitijs ⁊ voluptatib⁹ corꝑis nec in ali
quo bono creato. qꝛ ꝟm Boetiũ. ij. de ꝯso-
latõne. Beatitudo est status oĩm bonorũ
cõgregatione ꝑfectus. et ideo homo non
est perfecte beatus q̃ꝫdiu sibi restat aliq̃d
desiderandũ cuius vltimã ꝑfectionẽ tm̃
cõsequitur in diuine essentie visione. Põt
tñ quis beatitudinẽ quandã imperfectaꝫ
ꝯsequi q̃ habet̃ in hac vita cõsistens ĩ ꝯpa
ratõe virtutũ intellectus practici vel spe
culatiui. Quã beatitudinẽ notat hic dñs
dicẽs. beati oculi qui vidẽt que vos vide
tis. Cũ enĩ principaliter cõsistat hec bea
titudo vie in ꝯparatõne virtutuꝫ merito
beati dicendi sunt oculi nõ tm̃ exteriores
qui viderũt eius humanitatẽ in qua potis
sime lucebat eius diuinitas. Cũ enĩ dicit
doc. sanctus sup. iij. dis. xvj. christus sibi
claritatẽ veraciter inherentẽ assumpsit ĩ
transfiguratõe q̃ claritas similis erat cla
ritati corꝑis gloriosi q̃ visum nõ corrũpit
sed demulcet licet claritatẽ solis excede-
ret Sed beati iudicant̃ oculi interiores q̃
intelligebant eius diuinitatẽ ꝑ fidẽ ⁊ mi-
raculoꝝ operationẽ. que visio vrgeret vi-
derũt et excellentissimã charitate q̃ allice
ret. cõuersationẽ deniq̃ et vite sanctita-
teꝫ. que instrueret ad eius sequelã que ad
beatitudinẽ ꝑfectã ꝑduceret. Et ergo be-
ati oculi qui vidẽt ⁊c̃. Cũ alibi dicat dñs
in reprehensiõe sancti Thome. qꝛ vidisti
me Thoma credidisti beati qui nõ viderũt
et crediderunt. satis indicat hãc beatitu
dinẽ esse visionẽ interius. fidei scꝫ ⁊ inter
ne inspiratõis. Alioquin oẽs iudei qui vi
derant ⁊ audierãt dñm predicantẽ beati
fuissent. Ad cui⁹ euidentiã sciendũ ꝙ ipe
deus hoĩbus se ꝓposuit quasi triplex ob-
iectum dulcifluũ scꝫ corꝑale visibilis p̃sen
tationis. spirituale mentalis cõtemplatõ
nis. ⁊ diuinale eternalis fruitõis. Primo
se ꝓposuit obiectũ corꝑale visibilis p̃nta
tionis vt per hoc visibile in assumpta na
tura in inuisibiliũ amorẽ raperemur. Nã
hoc obiectũ erat forma speciosum. iuxta
illud p̃s. Speciosus forma p̃ filijs hominũ
Cuius figurã sicut in omnibus sic ⁊ in pul
critudĩe gessit Moyses. de quo refert ma
gister in historijs vt ptꝫ in sermone p̃cedẽ
ti. Volunt enĩ quidã ꝙ eius gratiosa pul
critudo fuerat vna causa ꝙ eius faciẽ ve-
labant in passione ne scꝫ ei⁹ ꝯspectu ⁊ gra
tiositate ad cõpassionẽ mouerent̃. Secũ-
do fuit obiectuꝫ cõuersatõne gratiosum.
tãta nanq̃ pietate relucebat inter hoĩes
etiã peccatores vt nullũ despiceret nõ pec
catricẽ osculantẽ nõ publicanũ deprecan
tem nõ adulterã assistentẽ nec inimicum
cor eius transfigentẽ. Sed oĩm miserat⁹
miserabili quodã affectu misericordie dul
citer peccatores cõfouebat qui nõ venit
vocare iustos sed peccatores ad peniten
tiam. Inde murmurabãt falsi iusti ꝙ ad
hoĩeꝫ peccatorẽ diuertisset cũ illis mãdu
caret ⁊ ad suã familiaritatẽ tã dulciter re
ciperet. Vñ et ei⁹ vestimẽta quedã visce-
ra pietatis induisse videbant̃ quoꝝ sacro
cõtactu morbidi sanabant̃ ⁊ verba ei⁹ in-
imicis grata reddebant̃ vt dicerẽt nunq̃
sic locutus est homo. Tercio fuit obiectuꝫ
in opib⁹ famosum. qꝛ nemo potuit hec si-
gna facere nisi de⁹ esset cũ eo. q̃ tria visuꝫ
ꝑiter ⁊ affectũ humanũ efficaciter rapie-
bant vt merito moueretur zacheus ad
videndũ Iesum q̃s essꝫ ⁊ oblectatus solo
visu tã efficaciter se emẽdaret ⁊ sciret. qꝛ
beati oculi ⁊c̃. Secũdo se ꝓposuit obiectũ
spirituale mẽtalis cõtemplatõnis ⁊ hoc
ꝑ fidẽ charitate formatã qd̃ p̃sertim tri-
pliciter nobis exhibet intuendum q̃ꝫtũ ad

151

differentiā triplicis status scz incipientiū
ꝓficientiū et ꝓfectorū. Est enī incipienti
bus obiectū horroris iudicialis q̄ cōtem
plant̄ eū vt inflexibilē ⁊ infallibilē iudicē
cui⁹ districtū iudiciū nihil indiscussū nihil
inultū relinq̄t dicētes cū beato Job. ve
rebar oīa opa mea sciēs qꝛ nō ꝑcis delin
quenti. Et inde luctus ⁊ meror remorsus
cōscientie. fuga peccati plena ꝯtritio. fre
quēs cōfessio. Felix hec visio q̄ ducit ad e
mendā, vt verificet̄ illud Eccle. j. Timor
dñi expellit peccatū. Que visio ꝯgrue fi
gurata est Isa. vj. qui in anno quo mor
tuus est rex Ozias totus leprosus pecca
torē signās. vidit oculis cordis dñm sedē
tē sup̄ soliū excelsuz ⁊ eleuatū tāq̄ paratū
ad iudiciū ⁊ plena erat domus a maiesta
te ei⁹ ⁊ ea que sub ip̄o erāt. i. angl̄i ⁊ sancti
replebāt templū celeste. Quo viso clama
uit Isa. Ve mihi qꝛ tacui scz ꝯfessionez.
qꝛ ex hoc vir pollutus labijs ego sum ⁊ re
gem dñm exercituū vide oculis meis. Si
militer ⁊ Job. xlij. seu vltīo. Nūc aūt ocu
lus meus videt te idcirco me reprehēdo ⁊
ago penitentiā in fauilla ⁊ cinere. In fa
uilla scz ꝯtritionis ⁊ cinere hūilitatis. hec
tñ visio nondū est plena qꝛ nō videt Je
suz solū nec cū tribus discipulis sed inter
turbas fluctuantiū cogitationū inter affe
ctum ad viciū allicientē ⁊ timorē dñi re
trahentē. nondū enī abstractus sed refre
natus est affect⁹ q̄ occasione ꝑfacili redu
ci p̄t ad inolitā vicioꝝ cōsuetudinē sic do
cet exꝑientia multiplex. Est aūt ꝓficienti
bus obiectū reuerētie paternalis q̄ ducū
tur ꝑ affectū seorsum in montē excelsū mē
talis ꝯsideratōis qua paternalē affectum
cōtemplantes timore ꝑiter ⁊ amore ꝓfici
unt. Timore quidē qꝛ nōdū plene depura
ta ꝯscientia nondū ad intimā dei familia
ritatē ꝑtingere ꝑmittit̄. qꝛ licet ab illece
brosis retraxerūt affectū in cottidianis
tñ ꝑ negligentiā defluūt Vñ dicit Alber.
magn⁹ in li. de veris virtutib⁹. q̄ ex ꝯsue
tudine venialiū securitas mētis ⁊ familia
ritas dei amittit̄ et gratia multiformis
negligit̄. Inde timor mortis tremor iudi
cis trepidatio male secure ꝯsciētie. Amo
re vero ꝓficiūt filialis affectus cum volu
ptatib⁹ abdicatis paterna studēt vestigia
imitari nec tñ solū Jesum videre merent̄
qꝛ affectus celsioris vite ex sola radice di
uini amoris nō ꝓcedit sed cū Moysi id ē
timore penarū ꝑ moysen signato qui solo
verbo iudiciū mortis ꝓmeruit ⁊ in limbo
iudiciū carceris accepit ⁊ cū Helya id est
amore p̄mij ꝑ helyā signato q̄ viuēs igneo
curru sublatus est in ꝑadisum voluptatis
Deniq̄ ꝑfectis est obiectū dilectōnis de
sponsalis q̄ scz amore solo rapiunt̄ velut
ad sponsum desiderantissimū in quoꝝ affe
ctu nō versat̄ timor supplicij nec spes p̄mij
sed amor dilecti. Sic dñm respexit dauid
dicēs. Quid eī mihi est in celo ⁊ a te q̄d vo
lui sup̄ terrā quasi diceret nihil: Quia de
fecit caro mea scz carnalis dilectio et cor
meū. i. cogitatio supplicij vel p̄mij. Deus
eī inhabitator cordis mei q̄ potissimū fla
grat amorē ⁊ ꝑs mea deus ineternū quaz
velut optimā elegi. Ad quā visionē cōse
quendā oportet p̄mo ꝯscientiā purā esse
ab oī affectu ꝑegrino ne ꝯfundat̄ in ꝑñtia
dilecti. Bern. sup̄ Cantica. Cū veritas in
mēte fulget ⁊ mens in veritate se videt q̄
in nullo cōsciētia erubescat ꝑñtiā verita
tis. quo cogat̄ auertere faciē quasi ꝯsusaz
et reꝑcussam a lumīe diei. Sequit̄ hoc pla
ne bonū est q̄ sup̄ oīa bona aīe diuinos ob
lectat aspectus. Oportz secūdo intentōz
esse peīt⁹ purificatā nihil querentē nisi di
lectū et hoc ꝓpter ip̄m eq̄ ꝓmptam ad ad
uersa et ꝓspera ad abiecta ⁊ sublimia di
lectio frequentās illud Canticū. Paratū
cor meū deus ꝑate cor meū. Oportet ter
cio charitatē intensam esse q̄ deificat ho
minē sicut deū humanat. Job. in Cano
nica sua. Deus charitas est et q̄ manet in
charitate in deo manet. Is enī neminem
videt nisi solū Jesuz cui⁹ affectu rapta fe
lix maria deserta petijt vt eū solū inueīret
Tercio se ꝓponit obiectū diuinale eterna
lis fruitōis. Ad cui⁹ euidentiā sciendū q̄
de⁹ tripliciter se videndū exhibet. Primo
visione imaginaria siue corꝑali. De q̄ di
xit Jacob Gen. xxxij. ꝓpe finē. Vidi do
minū facie ad faciem et salua facta est aīa

mea. vbi dicit glo. ꝙ formā vidit in qua deus locutus est scz figurā angeli. Et sic legit̄ de moyse Exo. xxxiij. ꝙ loquebat̄ ei dn̄s facie ad faciē sicut loq̄ solet amic⁹ ad amicū q̄ locutō intelligi p̄t fuisse imaginaria siue corpalis. vt dicit sanct⁹ Tho. sup iiij. dis. xlix. Vn̄ vult Aug⁹. ij. de trinitate ꝙ locutio illa q̄ fiebat motib⁹ sic modificata fuit tāq̄ esset amici loquētis ad amicū. Nec p̄t intelligi tunc vidisse deū ꝑ essentiā. qꝛ subdit ibidē. oñde mihi gloriā tuā. Secūda est visio qua videt deū creatura intellectualis in statu vie nō ꝑ essentiā sz ꝑ similitudinē creatā que est ip̄a natura angeloꝝ. Dicit eī doc. s. sup. iiij. dis. xlix. ꝙ angeli nō viderūt deū in p̄ma ꝯditōne ꝑ essentiā sed ꝑ similitudinē creataz q̄ est ip̄a natura eoꝝ q̄ est dei sil̄itudo qꝛ intellectus angeli in statu vie ꝑ oēs dispositōnes naturales vel etiā gratuitas nō p̄t in aliqd̄ ampli⁹ nisi vt intelligat oē qd̄ intelligit ꝑ formas creatas ad q̄s naturalis facultas intellectus ei⁹ determinat̄. Naz licz nō sit determinata ad formas sensibiles est tn̄ determinata ad formas creatas q̄ sunt sui generꝫ ⁊ iō sicut intellect⁹ nō deficit a ꝯgnitōne substātiaꝝ sepatarū ita ⁊ multo ampli⁹ deficit intellect⁹ angelicus s̄m suā facultatē naturalē a visione dei ꝑ essentiā nisi sit in eo aliq̄d ꝑ modū dispositōis p̄parans intellectū ad vnionē diuine essentie qd̄ est lumē glorie. De q̄ p̄s. In lumine tuo videbim⁹ lumē. Et illud nō p̄t ꝯmunicari inferiori nature scz angelice vl̄ hūane vt illud naturalit̄ habeat nisi trāsferatur in naturā supiorē qd̄ est impossibile. Sic̄ diaphono nō p̄t ꝯmunicari vt absente lucido luceat nisi ip̄m lucidū fiat. Et sic ptz ꝙ angeli diuinā essentiā nō vider̄t nisi post casum luciferi cū ꝑ ꝑseuerātia ꝓmerebant̄ in gloria ꝯfirmari. Tercia visio est q̄ videt̄ res in verbo. et sic videnda est de⁹ ab electis ineternū quā visiōis eminētiā in statu vie soli meruerūt singulari p̄uilegio ꝑcipe magister iudeoꝝ ⁊ doctor gētiū vt s̄m Aug⁹. idē priuilegiū doctor gētiū ⁊ mgr̄ iudeoꝝ cōsequerent̄. De moyse nāq̄ legit̄ Nume. xij. dicēte dn̄o ad aarō et mariā. ore ad os loquor ei et palā ⁊ nō per enigma et figuras deū videt. vbi ostēditur impleta fuisse ei⁹ petitio quā petijt. Exod. xxxiij. Ostēde mihi faciē tuā ita ꝙ ante mortē deū ꝑ essentiam vidit. vt dicit Aug⁹. xij. sup Gen̄. in li. de vidēdo deum Sil̄r et Paulus rapt⁹ in terciū celū vidit deū ꝑ essentiā. vt ibidē dicit glo. j. Coꝝ. xij. sup illud raptū hmōi dicit. Q. oñdit deus apl̄o vitā in qua videnda est ineternū ⁊ ita ad hoc raptus est vt ip̄m deū in se nō in aliqua figura videret et hoc in tercō ordine angeloꝝ vbi sunt throni cherubin et seraphin q̄ vicini⁹ deū ꝯtemplant̄ ad q̄rū similitudinē deū vidisse dicitur apl̄s. Q. si arguit̄ deū respōdisse moysi nō videbit me homo ⁊ viuet rn̄dit sanct⁹ tho. sup. iiij. dis. xlix ꝙ quādo natura creata miracl̄ose eleuat̄ ad aliqd̄ sup naturā nō p̄t simul esse in ꝯtrario actu. Sicut corp⁹ Petri cū actū dotis agilitatis habuit supra vndas ambulādo nō erat in eo simul act⁹ grauitatꝫ q̄ est ferre deorsum. Sic cū intellect⁹ viatoꝝ eleuat̄ miraculose ad vidēdū deū ꝑ essentiā nō p̄t simul eē in actu visionis vie q̄ sensibilia ꝑcipit. Ideo dic̄ ibidē Aug⁹. ꝙ nēo videre p̄t deū ꝑ essentiam nisi ab hac vita ꝙ āmodo moriat̄ siue oīno exiēs de corpe siue alienat⁹ a sensib⁹ carnalib⁹. Et sic nō est ꝯtrariū qd̄ dicitur Nūe. xxxiij. nō videbit me hō ⁊ viuet ⁊c̄.

Dominica. xiiij. Ser. xciiij.

Nonne decē mūdati sunt ⁊ nouē vbi sūt Luc̄. xvij. q̄rit doc. s. p̄ma s̄e. q. lxxxv. Vtrū bonū nature diminuat̄ ꝑ pctm̄ p̄sertim cū dicit Beda sup illud Luc̄. x. hō quidā descēdebat ab ihr̄lm̄ ī iericho. i. in defectū pctī q̄ expoliat̄ gratuitis ⁊ vulnerat̄ in naturalib⁹. Ad qd̄ rn̄dz ꝙ bonū nature triplex p̄t dici. Primū ip̄a p̄ncipia nature ex q̄b⁹ ip̄a natura ꝯstituit̄ ⁊ ꝓp̄ecates ex his causate sicut potētie aīe. ⁊ illud bonū nature neq̄ tollit̄ neq̄ diminuit̄ ꝑ pctm̄. vulnerātur tn̄ potētie aīe ꝑ tāto qꝛ ꝑ iusticiā originale ꝑfecte rō cōtinebat inferiores aīe vires. Et ideo ratio perfecte fuit ei subiecta. sed hec iusticia quia subtracta est per peccatum originale. ideo omnes vires

A

anime remanēt quoddāmō destitute ipso ordine quo naturaliter ordinant̄ ad virtutem que destitutio nature vulneratio dicitur. Sunt enī quatuor anime potētie q̄ possunt esse subiecta virtutū scz ratio in q̄ est prudentia q̄ rō inquantū destituitur a suo ordine ad verū recipit vulnus ignorātie. Secūdo voluntas in qua est iusticia q̄ inquantū destituit̄ a sua ordine ad bonuz recipit vulnus malicie. q̄ malicia sumitur hic ꝓ quadā pronitate volūtatis ad malum. Secūdo irascibilis in qua est fortitudo que inquantū destituit̄ a suo ordine ad arduū recipit vulnus infirmitatis. Quarto ꝯcupiscibilis in qua est tꝑantia q̄ inq̄tum destituitur a suo ordine ad delectabile moderatū rōne. suscipit vulnus cōcupiscentie. Que quatuor adhuc magis vulnerant̄ ꝑ actuale peccatū. qꝛ ratio magis ebetatur p̄cipue in agēdis. volūtas indurat̄ ad bonū maior etiā difficultas bñ agēdi accrescit ⁊ ꝯcupiscētia magis ardescit Secundū bonū nature est inclinatio naturalis ad virtutē que quidē cōuenit hoī ex eo ꝙ rōnalis est qꝛ ex hoc habet qđ operetur ꝟm rationē qđ est agere ꝟm virtutem ⁊ hoc bonū innuit̄ ꝑ peccatum. quia ꝑ actꝰ humanos fit quedā inclinatio ad similes actus. Cum igit̄ ordinat̄ ad vnū ꝯtrariorū oportet ꝙ diminuat̄ eius inclinatio ad aliud ꝯtrariorum. Nunq̄ tamē inclinatō illa tota cōsumitur qꝛ ipa intelligit̄ vt media inter duo. Fundatur enī in natura rōnali sicut in radice ex ꝑte cuiꝰ nō minuit̄. qꝛ peccatū nō diminuit ipam naturā sed tendit ad bonū virtutis sicut in finē ⁊ int̄ ꝓnitatē ad malū et ex ꝑte huiꝰ diminuitur inclinatio inq̄tum ponit̄ impedimentū ꝑtingendi ad terminū scz peccatū ⁊ sic infinita impedimēta pñt apponi cū additur peccatū peccato. nō tñ potest totaliter cōsumi qꝛ semꝑ manet radix illius inclinatōnis. Unde et in damnatis manet naturalis inclinatio ad virtutē. alioquin nō essz in eis remorsus ꝯscientie. Terciū bonum nature p̄t dici donū originalis iusticie qđ fuit ī primo hoīe collatū toti humane nature quod bonū totaliter est ablatū. ⁊ sic patz quō debilitat̄ bonū nature ꝑ peccatum quod figurat̄ per leprā vt ptz supra. Nōne decez mundati sunt scz a lepra que carnē occupās ⁊ fedans ipam peccati maculam designat animā rōnalē fedantē et aduertēs debilitantē ⁊ abhominabilē reddentez diuine pñtie ita ꝙ cōsulit moyses Deutro. xxiiij. Obserua diligēter ne ĩcurras plagā lepre. nimirū cū morbus sit pene incurabilis. Hinc enī nouē mundati recidiuationē passi intelligant̄ ꝓpter viciū ingratitudinis. p̄cipue tñ signat peccatū alicuiꝰ virtutis velamine vel apparenter occultatū. rōne cuius vix sanabile reꝑitur sicut lepra que nō totam carnē sed partez tm̄ occupat et maculis quibusdam fedat. Unde ad maiorē euidentiā ꝑ hos decem leprosos decē intelligo peccata quoꝝ vnū tm̄ reꝑitur ad curandū ꝑfacile. Primꝰ leprosus est prauitas intentōis sub bono opere velut caro quedā respersa lepre maculis ⁊ corpꝰ opis penitus fedās ⁊ occupans. Dicit enī doc. sanctꝰ ꝟa ꝟe. q. xxiij. Qꝛ si q̄s facit opꝰ bonū in ordīe ad id qđ est ex̄ charitatē tūc talis actꝰ semꝑ est malus. Vñ dicit Ambro. et habet̄ in decretz j. q. j. c. vide q̄tū bonū est charitas. Si ita martiriū fecerimꝰ ꝙ nr̄as ab oībꝰ velimꝰ honorari reliquias et si opinionē vulgi sectātes intrepidi sanguinē fuderimꝰ ⁊ substantiā nostrā vsq̄ ad mendicitatē ꝓpriā dederimꝰ huic opi nō tā p̄miū q̄ pena debetur ⁊ ꝑfidie magis tormēta sunt q̄ corona victorie. nec mirū. qꝛ ad ꝯpletionē mali sufficit intētio mala vt dicit sanctꝰ tho. sup. iiij. di. xxxix. et ista est lep̄ Ozie regis de quo habet̄. ij. Paral. xxvj. vide infra. Secudꝰ leprosus est p̄uitas opatōnis sub bona ĩtentōe vt scz cū q̄s facit mala vt veniāt bona ꝟeuitent̄ peiora. Exēpli cā ponamus mendaciū officiosum ꝙ nulli nocz et alicui ꝓdest vel ad ꝯseruandas res suas exteriores aut vitā corporalē vel illicitam pollicitationez quod mendacū licz iuxta bonitatē finis intenti diminuit culpam nunq̄ tamē ꝟm Augꝰ. est sine culpa. Et ideo de hoc mendacio dicitur. xxij. q. ij. c. omne genus mendacij summope fuge

nec casu nec studio loquaris falsum nec vt prestes. glosa. aliqd̄ ꝯmodū. mentiri studeas nec qualibet fallacia vitā alicui⁹ defendas. Caue mendaciū in omnib⁹. Similiter nō sunt facienda opa mala vt fiāt bona. Nō enim furandū vsurandum iniuste rapiendū vel iniuste mercandū vt fiat elemosina et sic de singulis. Et hec est lepra manus moysi Exo. iiij. Quā primo de sinu trahens inuenit leprā q̄ntum ad prauū opus. Secundo inuenit sanā q̄ntum ad intentionē bonā. Tercius leprosus est sub velo humilitatis in curia diffamie sicut q̄dam nō curant de scandalo ꝓximi adhibere remediū dum cōscientiā ꝓpriam nō arguit ip̄m factū eo q̄ se culpabiles minime cognoscūt. et ideo ꝓximorū scandalū precauere nō curant. Cōtra quos dicitur in decret. xj. q. iij. Nō sunt audiendi siue viri sancti siue femine qui quādo reperiuntur in aliqua negligentia ꝑ quā fit vt in malā veniant suspitionē vnde suam vitā longe abesse sciant dicunt corā deo sibi sufficere cōscientiam existimationē hoīm nō soluz impudenter verum etiā crudeliter ꝯtemnentes cū occidāt animas alioꝝ siue blasphemantium viam dei quibus ſm suā suspitionē quasi turpem que casta est displicet vita sanctoꝝ vt excusationē imitantiū nō qd̄ videt sed qd̄ putāt. hinc enim doc. sanctus scd̄a scd̄e. q. xliij. Q. scandalum actiuū est peccatū mortale sic quia cōmittit actū peccati mortalis vel q̄ habz similitudinē actus peccati mortalis ī quo cōtemnit salutem ꝓximi ita q̄ ꝑ ea cōseruāda nō pretermittit facere quod sibi libuit. Et hec est lepra vestis per quā cōuersatio exterior intelligit. Leuit. xiij. Vestis lanea. i. cōuersatio delicate viuentiū sine linea. i. ꝯfitentiuz q̄ leprā habuerit in stamine. i. ī ip̄a tela hoc est ope. vel in tegmine hoc est in ip̄a trama q̄ intexit hoc est in sola exteriori apparētia cōburet flammis qz mortale reputat. Quart⁹ leprosus est sub velo virtutis spēs ypocrisie. Sicut q̄dam innitētes verbis dn̄icis. Luceat lux vestra corā hoībus vt videāt vestra opa bona negligētes tn̄ qd̄ sequit ⁊ glorificēt patrē vestrū qui in celis est sed potius agunt vt videant ab hoībus. de quib⁹ scribit Aug⁹. et habet in sermōe. descēdit hic iustificatus. Et hec est lepra symonis leprosi quē scz reprehendentē peccatricē reprehēdit ⁊ sanauit dn̄s. Quint⁹ leprosus est affect⁹ rancoꝝ sub zelo iusticie Quidā enī iusticiā ꝑtendere videntur sed non ſm cōscientiā cū displicētia peccati detestātes naturā inde tūores aī ⁊ despectio ꝓxī sicut patuit in phariseo. nō sum inq̄t sicut publicanus iste. Et inde temeraria iudicia oblocutōes detractōnes ⁊ sic facta est eius iusticia in baratrū damnatōis eo q̄ falsa fuerat. Nā ſm Greg⁹. vera iusticia ꝯpassionē hz falsa aūt dedignationē. Sz audiat Cris. dicentē sup Math. Qui seuere discutit aliena nūq̄ ꝓprioꝝ reatuuz veniā merebit. et hec est lepra marie sororis moysi de qua videbit infra. Sext⁹ leprosus est sub velo honestatis affect⁹ supbie. Quidā enī honestatē ꝑtendere volūt pōpositatib⁹ nō virtutib⁹. Cum tn̄ dicit Criso. de reparatōne lapsi q̄ honor verus virt⁹ est aī. sed ve mūdo vergēti in seniū. qz iā trāsit honor ab oī virtute ad rerū copiā. Hinc dicit Sene. in epl̄a quadā. Pecunia ex quo in honore eē cepit verus honore cecidit. Et iō sollicitudo q̄ virtutib⁹ debet exhibet vestib⁹ ⁊ diuitijs ita q̄ hūilitatē pn̄ie plerūq̄ subire dedignant. Et hec est lepra naamā ꝑncipis regis syrie. d̄ quo dicit. iiij. Re. v. Q. erat vir magn⁹ ⁊ honorat⁹ apud dn̄m suū ac fortis ⁊ diues sed leprosus. Qui veniēs ad Heliseū ꝓphetam vt humiliaret de tumore suo. humilē iniunxit ei medicinā. Cui indignat⁹ respōdit. putabam q̄ egrederet ad me et stans inuocaret nomē dn̄i dei sui ⁊ tangeret manu sua locū lepre ⁊ sanaret me. Septim⁹ leprosus est spūs curiositatꝫ ꝑtextu mūdicie. Quidā enī oēm diligentiā adhibēt ad ornandū domū vasis splēdidis aureis argēteis cupreis stāneis ⁊ vniuerso suppellectuli domus. Hec enim dij eoꝝ in quibus habēt fiduciā ⁊ cōplacentiam fouēt sensualitates exercēt pompositates. Vnde de Salomone legitur q̄ in domo

saltus quā mirabli cōstruxit artificio po-
suit nō solum vasa aurea ex quibus pota-
bant sed etiā omnis suppellex domus sal-
tus erat de auro purissimo qꝛ argentū nō
putabat̄ alicuius precij in diebus eius. Et
hec est lepra fetidissima de qua legit̄ Le-
uit̄. xiiij. Si viderit sacerdos creuisse le-
pram domus debēt erui lapides in quib⁹
est lepra et eijci extra ciuitatē et domum
ip̄am radi faciat intrinsecus ac luto alio
liniri. Alioquin qui dormierit in ea ⁊ ꝯme-
derit quippiā immundus erit et hoc ꝓpter
cōplacentiam ornatus q̄ facit ꝑticipē pec-
cati alieni. cōplacuit enī ei aliena pompa
Octauus leprosus est affectus cupidi-
tatis sub velo ꝓuidentie. Dicit enī Greg⁹
ꝙ primo diabolus sollicitat vt querat ho-
mo necessaria. qñ vero est ī opere vt que-
rat supflua que scꝫ superfluitas ꝓuidetia
nuncupatur vt sic ꝓuideat future necessi-
tati vel infirmitati vel vt habeat vt tri-
buat necessitatē patienti. Et sic ſm apl̄m
Qui volunt diuites fieri incidūt in tem-
ptationē per immoderatū affectū et in la-
queum diaboli id est potestatē ꝓpter iniu-
stam acquisitionē aut auaram retentionē
Vnde dominus iudicauit hunc morbum
velut incutabilē dicens. Facili⁹ est trāsire
cameluꝫ ꝑ foramē acus. Quod bene figu-
ratū est in lepra yesi. Qui scꝫ auaricia du-
ctus vt habet̄. iiij. Re. v. Cū iniusta acq̄-
sitione temporaliū per mendacia ꝑ furta
⁊c̄. ꝓmeruit etiā sibi et posteris suis pla-
gam lepre in sempiternū. Vnde dixit ad
eum Heliseus. accepisti argentū ⁊ vestes
vt emas tibi oliueta ⁊ vineas oues ⁊ bo-
ues seruos et ancillas sed et lepra naamā
adherebit tibi et semini tuo ineternum et
egressus est ab eo leprosus de quo pleni⁹
videbitur inferius. Nonus leprosus ē
sub velo necessitatis cura castrimargie.
Quidam enī deficere timent nisi delica-
tius et habundantius reficiant̄. Contra
quos Seneca. potest nostra prouidentia
huic corpusculo longiorem ꝓlongare mo-
ram si voluptates quibus maior ꝑs parit
poterimus regere et cohercere. Hinc enī
tempore ieiunij ingeminantur potatōes
frequentantur electuarie. De quo Tho-
super. iiij. dis. xv. Electuaria si comedunt̄
ad delectationē soluunt ieiunium. Si ve-
ro causa medicine. nō soluunt ieiuniū q̄ꝫ-
uis homo potest totaliter vel in parte ex
hoc meritū ieiunij perdere vel etiam pec-
care mortaliter si sit immoderata libido.
nō tamē est transgressor precepti ecclesie
nisi in fraudē sumeret aut eis quasi alijs
cibis vteretur ad famē extinguendā. hec
igit̄ lepra figurat̄ in quatuor leprosis. iiij
Re. vij. qui habitabāt iuxta introitū por-
te samarie que obsessa est a rege syrie ⁊ fa-
me laborabant. Dixerūtq̄ leprosi Quid
hic esse volumus donec moriamur. venite
transfugiamus ad castra syrie quo cū ve-
nissent reperierūt omnes fugisse ⁊ ingres-
si in castra comederūt et biberunt tulerūt
q̄ argentum ⁊ aurū et vestes et absconde-
runt ⁊c̄. sic multi dū sentiunt se debilitari
fame discretione carnali currūt ad castra
sirie comedētes et bibētes. Decim⁹ le-
prosus est peccatum transgressionis vel
omissionis solo ductu ignorātie sicut pau-
lus qui se dicit. Qui fui blasphemus ⁊ ꝑ-
secutor ⁊ iniuriosus sed misericordiā cō-
secutus sum quoniā ignorās feci. Nō tñ
intelligendū ꝙ omnis ignorātia excusat
a peccato Dicit enī Gerñ. in epl̄a quadā
Multa scienda nesciuntur aut sciendi in-
curia aut discendi desidia aut inquirēdi
verecūdia ⁊ quidē hmōi ignorātia nō ha-
bet excusationē. Sed ꝑ tāto citi⁹ veniam
meret̄. peccās sola ignorātia qꝛ cū ad no-
ticiā ꝑuenerit. penitus se abstinet nō ac-
quiescēs carni ⁊ sanguini. Qui signat̄ per
decimū leprosuꝫ alienigenā q̄ sol⁹ reuers⁹
dedit gloriā deo. qꝛ ad peccatū in ignorā-
tia factū nō reuertit̄ sicut ceteri.

Dominica. xv. Sermo. xcv.

Primuꝫ querite re-
gnū dei ⁊ iusticiā ei⁹ et hec omīa
adijcient̄ vobis. Math. vj. q̄rit
doc. s. ꝑma. ij. q. cxiiij. Vtrū hō īgrā ꝯsti-
tut⁹ posset mereri vitā eternā ex ꝯdigno
presertim cū dicit Apl̄us ad Roma. viij.
Non sunt condigne passiones huius

tpis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Cum tamē passiones assumpte voluntarie videantur maxime meritorie esse Ad quod respondet q̄ opus hominis meritoriū dupliciter p̄t cōsiderari. Uno mō ſm quod ꝓcedit ex libero arbitrio et ſm substantiam operis et sic nō potest ibi esse cōdignitas ꝓpter maximā inequalitatem p̄sertim cuz nec per omnia opera que facimus sufficienter recōpensare possum⁹ deo quod debemus quin semꝑ ampli⁹ debeamus. Luc̄. xvij. Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite serui inutiles sum⁹ quod debuimus facere fecim⁹ Est tñ ibi ꝯgruitas per quandā equalitatem ꝓportōnis. videtur enī cōgruū vt homini operanti ſm virtutē suā deus recōpenset ſm excellentiaz sue virtutis. Alio modo cōsideratur ſm q̄ ꝓcedit ex gratia spiritussancti ⁊ sic ex condigno est meritorium vite eterne. Sic enī valor meriti attenditur ſm virtutem spiritussancti mouentis nos in vitā eternā. ſm illud Joh. iiij. Fiat in eo fons aque saliētis in vitam eternam. Attendit̄ etiam preciū opis ſm dignitatē gratie ꝑ quā homo cōsors fact⁹ diuine nature adoptat̄ in filiū dei cui debetur hereditas ex ip̄o iure adoptionis. Quia dicit̄ ad Ro. viij. si filij et heredes. Cum igitur sola diuina gratia cooperās digna reddit opera nostra premio vite eterne que ad cooperandū nobis sollicita benignitate se semꝑ ingerit. merito nobis ꝓponitur a domino. Primum querite regnum dei ⁊c̄. id est principaliter. Tria sunt genera bonorū que nobis seruant̄ in premium scz celestia. Spiritualia que nobis dātur in premiū. Temporalia que nobis ministrantur in solaciuz. Primo ⁊ p̄ncipaliter nobis ꝓponit id quod est eternale vt ardenti desiderio illud queram⁹ Dñ dicit primū querite regnuz dei id est ante omīa. p̄s. Mane astabo tibi ⁊ videbo q̄m nō deus volens iniquitatē tu es. Sic enī filij israel mane surgebant ad colligenduz manna vt habetur Exo. xvj. Ego inquit diligente me diligo et qui mane vigilauerint ⁊c̄. Secundo primum querite id est precipue in omnibus que facitis tanq̄ bonum vestrum et temporale tanq̄ necessarium vestrum. j. Corinth. x. in fine. Siue manducatis siue bibitis siue aliud q̄d faciatis omnia in gloriam dei facite. vbi dicit glosa. Si enim recte hec fiunt laudes dei sunt. Nam ſm Gregoriū. Somn⁹ sanctorum nō vacat a ministerio. Ideo eniz dormiunt vt ad laudandū deum fortiores exsurgant. Unde dicit doctor sanctus super. ij. dis. xi. super illud Apli iam dictum Q⁹ si quis refert iam opus suum in gloriam dei cōstat q̄ actus ille ex fine bonitatem sortietur si tamē in illum finem sit referibilis quod cōtingit omni actui qui de se malus non est. Tercio primum querite id est cum principali sollicitudine et hoc ꝓpter difficultatem adipiscendi. Luce. xiij. Cōtendite intrare per angustam portam quia dico vobis. multi querent intrare et nō poterant ꝓpter eorum ignauiam Triplicem enim difficultatem patimur in via dei. Prima est ex corruptōne originalis culpe propter quā natura semper prona est ad malum. vt dicitur Genes. viij. Secundo prouenit ex peccandi cōsuetudine. que scz inducit habitum quendam et dispositionem inclināte ad peccata similia. Tercia prouenit ex difficultate bene operandi presertim adhuc incipientib⁹ q̄bus opera virtuosa redduntur insipida ꝓpter que tria q̄ querūt regnū dei sed tepide nō ꝑueniēt. Quarto q̄rite primū. i. p̄ncipaliter regnū dei et hoc ꝓpter ei⁹ excellentiā Est enim regnum dei ip̄o decore incōꝑabile ip̄o dulcore inexplicabile. ip̄o amore inueterabile. ip̄a influentia indefectibile. ip̄o fine interminabile. Hinc merito p̄s. ait. Quā dilecta tabernacula tua domine virtutum cōcupiuit ⁊c̄. Quia melior est dies vna in atrijs tuis super milia. beati enī q̄ habitāt in domo tua dñe ī secula seclor̄ ⁊c̄. Secūdo p̄ncipalit̄ nobis ꝓpōit̄ id q̄d speciale est vt scz iusticiaz in oībus teneam⁹ tanq̄ viā regiā q̄ ducit ad regnū dei Sūit̄ aūt hic iusticia ꝓut ē ordo virtutū quib⁹ ordinatur hō ad semetip̄m per iudicium et punitionē. ad ꝓximū per miseri

154

cordiā ⁊ cōpassionē. Ad deū per subiectō
nez et dilectionē Michee. vj. Indicabo
tibi o homo quid sit bonū et quid deus re-
quirat a te vtiq; facere iudicium. ecce pri
mum. et diligere misericordiā. ecce scdm.
et sollicite ambulare cum deo tuo. ecce ter
cium. Quantū ad primū dicit̄ in p̄s. Bea
ti qui custodiūt iudiciū ⁊ sciūt iusticiā id
est iudicij executionē in omni tp̄e. Quia
si nosmetip̄os iudicauerimus nō iudicabi
mur Tali iudicio se cōdemnauerūt sancti
dei in solitudinibus errātes in speluncis
et cauernis terre. in ieiunijs multis in vi-
gilijs frequenter in temptatōnibus supra
modum velut purgamentū mundi huius
Unde Jeronim⁹ iam exp̄tus districtōez
futuri iudicij damnauerat corpus suum ⁊
vaste et horride solitudini iam crudeli pe
nitentia ne venturus dn̄s iudicaret bis in
idip̄m. Hinc dicit̄. Beati qui esuriūt ⁊ si-
tiunt iusticiā. Ubi dicit Jeronim⁹. Non
nobis sufficit velle iusticiā nisi iusticie fa
mem patiamur. et sub hoc exemplo nunq̄
D nos esse satis iustos sed semp̄ esurire op̄a
intelligam⁹ iusticie. Esurit aūt iusticiam
dei qui s̄m iusticiam desiderat cōuersari.
Sitit vero iusticiā qui scientiā eius acqui
rere cupit. Et hic saturabitur ī gloria p̄s.
Ego aūt in iusticia apparebo ꝯspectui tuo
satiabor ⁊c̄. Secundo per misericordiā et
cōpassionē ordinat̄ ad p̄ximum. hec enī iu
sticia in tribus cōsumat̄. Primo in ꝯmu-
nicatōne facultatis p̄prie dixit itaq; an-
gelus ad Thob. xij. Elemosina a morte li
berat et ip̄a est que purgat pecacta ⁊ facit
inuenire vitā eternam. Ecōtra vero dicit
Job. in Canonica sua. Qui habuerit sub
stantiam huius mundi ⁊ viderit fratrē su
um necessitatē patientē ⁊ clauserit visce-
ra sua ⁊c̄. Secundo in participatōe infeli
citatis aliene p̄ fraternā cōpassionē siue
sit infirmitatis casualis vel delicti crimi-
nalis nō dissimilās nō despiciens nō di-
iudicās. tūc enī p̄prie dicit̄ misericors id
est habēs miserū cor eo q̄ alteri⁹ miseriā
quasi suā reputat et de malo alterius q̄si
de suo dolet. Qualez se paulus sentiebat
cum dicebat. Quis infirmat̄ ⁊ ego nō in-
firmor. q̄s scandalizat̄ ⁊c̄. O vere felicem
animā que cunctoꝝ necessitates sibi visce
rosius incorp̄auit. ea tn̄ que p̄cipue salutē
respiciūt aīaꝝ. Tercio in remissione illate
iurie plenariā recōciliationē q̄d est opus
pietatis excellentissimū ⁊ tales specialit̄
reputant̄ filij dei. Nec mirū cū sicut inter
mādata dei nihil mirabili⁹ q̄ diligere in-
imicū sic nullū deo accepti⁹ nullū hoī fru-
ctuosius esse p̄t. Luc. vj. Diligite inimi-
cos vestros bn̄facite his q̄ oderūt vos et
orate p̄ p̄sequētib⁹ ⁊ calūniātib⁹ vos ⁊ e-
ritis filij altissimi. vbi poīt tria signa dile
ctōnis scz cordis diligite. oris orate ⁊ o-
peris bn̄facite. Hec aūt tria p̄dicta q̄ fra-
ternā charitatē. elegāter impleuit Abra-
hā patriarcha q̄ p̄mo mīe op̄ib⁹ ⁊ preser
tim hospitalitatis dedit⁹ ad hocip̄m ple-
nius exequendū habitauit in valle mābre
vbi fuit ꝯmunis trāsit⁹ p̄egrinoꝝ. vn̄ stās
q̄nq; ī ostio tabernaculi ad vidēdū si trās
irent viatores q̄s ad mensaz recip̄et vidit
tres angelos in hūana forma vniēt es q̄s
p̄mo hoīes eē putabat et festinauit in oc-
cursum eoꝝ ⁊ adduxit eos. Deditq; puero
suo scz ismaheli s̄m hebreos vitulū vt pa
raret cibū vt sic assuefieret in op̄ib⁹ hospi
talitatis ⁊c̄. p⁹ subuersionē vero pentha-
polis. quia peregrini per viā illā transire
desierunt recessit īde Abrahaz ⁊ habita
uit in geraris vbi trāsit⁹ erat p̄ploꝝ. Pro
secūdo ꝯpassus captiuitati loth licet esset
in se pacific⁹ impetu tn̄ grādi cū vernacu
lis trecētis ⁊. xviij. p̄sequēs īimicos redu
xit oēm substātiā ⁊ loth fratrē suū. Pro
tercio vero vidēs rex abymelech abrahā
mlt̄iplicatū ⁊ se fortiorē effectū exegit ab
eo fedus pacꝫ q̄z licz iniuriat⁹ a seruis aby
melech in eo p̄sertiz q̄ vi abstulerit puteū
ei⁹ nō solū fed⁹ iuramēto firmauit sz etiā
insup̄ oues ⁊ boues eidē obtulit. signa sin
ceris sui īiuriat⁹ on̄dēs. Tercio p̄ verā di
lectōz ad deū q̄ potissime doczābulare cū
deo suo. nō eī tm̄ reuocat timor supplcij n̄
tm̄ allicit ꝯsideratio p̄mij q̄tū p̄uocat a-
mor dilecti. quē etiā in minimis offēdere
timet. laborat enim vt apis argumētosa
cōscientiaz depurando. intentionē recti-

cõstringuntur vel opilañ ꝙ membra suo motu priuantur in quib⁹ palisis inualuit: Vnde si paliric⁹ ambulare voluerit. aut penit⁹ subsistit ex impaciẽtia aut retrocedit aut vnũ passum ad sinistrã ⁊ aliũ ad dextrã faciet. Tales sunt peccatores de quibus ait Aug⁹ Q.⁊ tria sunt genera hominũ quos deus odit scz remanentes retroeuntes ⁊ aberrantes. Primi sunt qui non ꝓficiunt. Dicit enim Beñ. In via dei non progredi retrogredi est. Et his dicit dñs Apoc. iij. vtinam frigidus esses aut calidus sed quia tepid⁹ es ⁊c. Quod exponens Grego. in pastorali dicit. Calidus est qui bona studia arripuit ⁊ consummat. Frigidus vero qui cõsummanda non inchoant. Et sicut a frigore per tepores transit ad calorem ita a calore per teporem ad frigus redit. Sequit sed sicut ante tepore frigus sub spe est. ita post frig⁹ tepor in desperationem. Qui enī adhuc in peccatis est cõuersionis fiduciam non amittit. Qui vero p⁹ cõuersionem tepuit etiam spem que esse potuit de peccatore subtraxit. Secundi retroeuntes sunt recidiuantes. Qui similes sunt vxori Loth cui p̃cepit angelus Beñ. xix. Salua aiam tuã ⁊ noli respicere post tergũ tuum nec stes in omni circa regione. sed in monte saluũ te fac ne et tu simuliter ꝑeas. vxor añ eius inobediens precepto ⁊ affectu īordinato respiciens retro versa est in statuam salis. Quod factum est in figura. Sal enim condimentum est ciborum et ideo versa est ī statuam. quia punicõ eius dat condimentum sapientie penitentib⁹. ne redeant ad peccata pristina. ne quidẽ per affectum quod est retrospicere. nec ꝙ cogitatum quod est stare in circa regione sed in monte sublime charitatis saluum te fac. Alioquin vt dicitur Luce nono. nemo mittens manum ad aratrum ⁊c. Tertij sunt aberrantes modo ad dexterã modo ad sinistram pedem figunt. Circumferuntur enim omni vento modo ad dexteram prosperitatis per intemperantiam gradiuntur modo ad sinistram aduersitatis per impacientiaz labuntur. Sic fatui filij israel in deserto. aquilone aduersitatis flante ꝙ impacientiã concitati murmurabãt aqua deficiente vel manna deficiente labore aggrauante vel concupiscentia instigante. Austro vero ꝓsperitatis flante ⁊ alludente ꝙ intemperantiã defluxerunt. Aut enī saturati ydola colebãt vel illecti cũ alienigenis fornicabant. aut victores de anathemate rapiebant. Tercium denicz est insensibilitas membrorum Cum enim fortiter nerui constringuntur ex frigiditate vel opilañ ex humiditate. tunc impeditur transitus spirituum ad membra sensuum ⁊ sic fit aliquando priuatio sensuum. Sic in palisi spirituali humiditate deliciarum impeditur spiritus ne scz intret cor ei⁹. Quia vt dicit Job xxviij. Nescit homo pretium eius nec inuenietur in terra suauiter viuentium. Et ideo est ibi quedam insensibilitas que triplex diuidit. Primo est ibi insensibilitas quantũ ad diuinas suauitates que iustis largiuntur a deo ⁊ hoc facit amor mũdanor. j. Corint. ij. Animalis homo nõ percipit ea que sunt spiritus dei. Sicut enī spũalibus in quibus sapor spũalis ẽ reputus carnalia desipiunt. Sic carnalib⁹ in quibus sapor est corruptus ⁊ immutat⁹. spiritualia redduntur insipida. Sicut figuraliter habemus in manna qđ erat naturaliter gustu dulcissimũ. Nam fm Aug⁹ inerat purũ dulce ꝙ nulla res visibilis tã dulcis inuenit fm tñ meritũ mãducãtiuz vnicuicz sapiebat. Mã bonis sapiebat qc quid volebant ör enī Sapien. xvj. Panem de celo p̃stitisti eis. sine labore omne delectamentũ in se habentem ⁊ omnis saporis suauitatem dulcedinez enim tuã quam in filios habebas. ⁊ deseruiẽs vnuscuiuscz voluntati. ad quod quiscz volebat conuertebat. Econtra vero malis cibus insipidus suis demeritis. Querentes ergo saporem per diuersas vias decocrõis immutabat eis sapor in peius ⁊ sic de merito suo priuati sapore manne flagrabant desiderio carnium.

Sic spūalis sapor immutatur de merito peccati fastidiensq; peccator spūalem gustum ad carnalem se cōuertit ⁊ in mellis dulcedine veneni virus insumit. ⁊ sequit̄ inde gustus spūalis insensibilitas. Contra qd̄ p̄s. Quā dulcia faucib⁹ meis eloquia tua super mel ori meo. Fauces autez ibidē accipiunt̄ methaphorice pro virib⁹ anime supiorib⁹ quibus dulcedo celestiū degustat̄. Secūdo est ibidē insensibilitas quātū ad dyabolicas temptatiōes quas nō sentit quia statim consentit. vnde Ieronim⁹. Non sentit qui consentit sed sentit qui dissentit. hic enī delicijs corpalibus resolut⁹ nō mō non resistit sed etiam occurrit vel etiā p̄uenit plerūq; dyabolicas temptationes ne forte triste quid patiat̄. Sic Salomon p̄⁹ elect⁹ dñi dicētis Ego ero illi in patrem ⁊ ip̄e erit mihi ī filium post adeo in delicijs virib⁹ spūalib⁹ resolut⁹ est vt diceret Eccs. ij. Non p̄hibui cor meū quin omni voluptate frueret̄ Vnde coadceruās sibi vxores multas nimis p̄ eas ita deprauatū ē cor ei⁹ vt deos eaꝝ adoraret quos falsos esse sciebat ne cōtristaret suas dilectas. Tercio est ibi insensibilitas quātum ad p̄prios defectus quos nō sentit vel ponderat ⁊ hoc p̄pter maledictā ⁊ inueteratā consuetudinem. Dicit enī Aug⁹ in Enchi. q̄ pctā quāuis magna ⁊ horrenda cū in cōsuetudinē venerūt aut p̄ua esse. aut nulla credunt̄ vsq; adeo vt non solū nō occultanda verū etiā p̄dicanda. diffamādaq; videant̄. Isaie. iij. Peccatū suū quasi sodoma predicauerūt nec absconderūt in verecūde ⁊ publice peccādo. ve aīe eoꝝ q̄ reddita sunt eis mala d̄r enī Gen. xviij. Clamor zodomorū ⁊ gomorreoꝝ multiplicat⁹ est ⁊ peccatū eoꝝ aggrauatū ē nimis vbi dicit Grego. q̄ peccatū in voce ē culpa in actione. Peccatū vero cū clamore est culpa cū libertate. Et sic peccatū aggrauat̄ nimis. cū fit cū complacentia cū contemptu dei cum iactantia sui.

Dominica. xx. Sermo. c.

Nuptie quidem parate sunt sed qui inuitati fuerant nō erant digni Mathei. xx. Ad consideratōnem nobilis creature rōnalis merito queri p̄t. Vtꝝ omnia alia creata facta sunt p̄pter hoīem p̄sertim cū non videt̄ esse sapiētis artificis multa facere ⁊ magna p̄pter aliqd̄ p̄uū sed hūana natura videt̄ quoddam minimum in vniuerso. Ad qd̄ rñdet doc. sup. ij. di. prima. q̄ diuina bonitas est finis reꝝ sicut vltimū intentū ab agente. Et hic ē principalis ordo quem deus instituit in vniuerso q̄ omnes creature ordināt̄ in ip̄m. Non enī hūana creatura ē intēta a deo quasi mouens voluntatē ei⁹ sed sicut ad cuius vtilitatē ordinat⁹ ē effect⁹ creaturaꝝ. et hic est ordo secundari⁹ scd̄m q̄ vna res iuuat aliam in p̄ueniendo ad similitudinē diuinā. Est ergo homo finis oīs creature non sicut vltimū contentū ab omni creatura sed sicut cui p̄uenit vtilitas ex omni creatura. Corpalis nāq; creatura quantūcūq; magna sit s̄m quātitatē est tamen inferior hoīe rōne intellect⁹. Et licet multa sunt homini nociua tñ nō erāt a principio. que si deseruiunt ad oblectatōnē vel visum iuuāt tamen ad pacientiam. Vnde p̄s. Omnia subiecisti sub pedibus eius ⁊c̄ vt ex hoc cunctis se celsiorem cognoscens despectis omnibus alijs soli deo p̄ amorem suauiter inhereat quasi ligatus vinculo spiritualis matrimonij quo consensus animoꝝ vniunt̄ quo diuini fruunt̄ amplexus quo felix aīa nobilitate regia sublimat̄. O vere beate nuptie que talib⁹ priuilegijs oppignorantur. Sed ve d̄ quibus dicitur nuptie quidē parate sunt sed inuitati fuerant ⁊c̄. Nuptie quidē p̄ate sunt ⁊c̄. Ex serie thematis nobis ostenditur largitas dñi inuitantis ⁊ sollicitudo ac tepeditas inuitati serui ⁊ ingratitudo qua propter ⁊ indign⁹ iudicatur. Ad cui⁹ euidētiā sciendū q̄ quadruplices sūt nuptie nobis proposite ad quas inuitamur ingredi et epulari. Prime sunt nuptie

diuinales in rerum creatōne. Cum enim cuncta creasset verbo quasi vestigiū quodam sue magnitudinis sapiētie bonitatis suauitatis. pulcritudinis. solū hominē facturus cōsilium iniit dicens. Faciam⁹ hominem ad imaginē et similitudinē nostrā Est enim ꝑm Aug⁹. vox patris ad alias ꝑsonas ad insinuandū ingenitā nobilitatē humane creature. fecit enim eam ad imaginem suā que pertinet ad potentias naturales scz memoriā que refertur ad patrem. Intelligentiā que refertur ad filiū Et voluntatē que attribuitur spiritui sancto. Et sic imago cōsistit q̄tum ad esse in suis naturalib⁹ Similitudo vero que ꝑtinet ad habitus sequentes scz innocentiā iusticiā ⁊c̄. est quedā ꝑfectio imaginis q̄ cōsistit in gratuitis et gratia que perficit naturā Ex quo sicut sequit̄ q̄ imago q̄tū ad bene esse cōsistit in gratuitis in quib⁹ est ip̄a similitudo. Ex quibus ꝑtz ineffabilis dignatio diuine que nos imagine sua insignitos ordinauit ad cōmunicatōnem eterne btatitudinis ad fruitionē summe trinitatis ꝑ inseꝑabilē vnionē feruide charitatis velut quoddā vinculū matrimonij spiritualis. hinc enī et spōse sue naturalez amorē summi boni viscerosius impressit. Patet inq̄ inscrutabilis dignitas humana que sua ingenuitate ⁊ diuina bonitate sustollitur ad diuinum cōsortiū. Sed o ingratitudinē abhominandā qui ad has nuptias erant inuitati nō fuerunt digni Homo enī cum in tanto honore esset nō intellexit id est nō aduertit q̄ creauit euz deus in iusticia naturali ita q̄ nulla rebellio fuisset in viribus sensitiuis ad rationē. Sed omnimoda subiectio ita q̄ temptatōnib⁹ sine difficultate resistere potuisset ⁊ libere diuinis amplexibus intendere. Sz de merito peccati cōparatus est iumentis insipientibus ⁊ similis factus est illis eo q̄ elegit vitā voluptuosam et terrenam que vocatur vita pecudū ꝑmo ethicoꝝ. eo q̄ solum intendit comodo corꝑis et sic indignus iudicat̄ his intelligētie. ¶ Secūde nuptie sūt humanales ī incarnatōe christi cōtracte. vidēs enī dn̄s dn̄antiū se derelicto ip̄am animā meretricari cū vniuersis creaturis. ne penitus intento fine frustraret̄. se dignatus est exinanire ⁊ inseꝑabili glutino vnire sibi naturā humanā illam exaltando. se humiliando. illā deificādo. et omnibus creaturis angelicis ꝑferendo. vt vel sic visibilis specie nature similitudine viscerosius sibi copularet humana corda ac mortis acerbitate paternū furorē placaret ⁊ ad veniā ꝓuocaret. Et hee quidē nuptie celebrate sunt in thalamo ventris virginalis. Unde ad earuz cōplementum laborauit in fame et siti in frigore ⁊ nuditate in fatigatōne et predicatione in oblocutōne ⁊ ꝑsecutione. ⁊ tādem in passione et amarissima morte dulcis amator occubuit vt sponsam suam fedam ablueret sanguine. odiosaz recōciliaret passione. seruitute subditaz redimeret morte squalidam saginaret corꝑe. ⁊ nobilitati pristine restitutā ꝓflua cōplecteret̄ charitate. Hinc merito deuotam sponsaz ad reddendā vicissitudinē ꝑstite dilectōnis ꝓuocaret in psalmis dicens. Audi filia scz ꝓmissiones sponsi multiplices in sacra scriptura quas fideliter adherentib⁹ repromisit credēs q̄ omnes ꝑficientur in te si ꝑseueraris. Et vide id est cōsidera in multis ꝑdecessoribus habundanti⁹ impleta etiam in vita ꝑsenti in qua multis amplexibus spiritualibus ⁊ familiaritatibus suauissimis cōsolatus est suos fideles ꝑus horridos sz cōuersos. De quo numero ꝑmo mihi occurrit illa magdalena quaz p⁹ tanta scelera que ab euāgelista dicta sunt demonia. ad tantam diuinam familiaritatem ⁊ amoris plenitudinem venisse mirari nō sufficio. Sequit̄. Et inclina aurē tuam scz ad humilem obedientiā. Et obliuiscere populum tuū scz q̄tum ad affectum carnalem socialem vel etiā naturalem vt solus vigeat affect⁹ charitatis. Et donū patris tui. i. etiā effectu fuge ꝯuersationē humanam. quia difficillimū est cū iniustis iuste viuere. qꝛ multos sollicitat societas nephāda. Et cōcupiscet rex decorē tuum Subditq̄ causam mouentē. Quia ip̄e est nō solum rex et sponsus tuus sed et deus

163

tuus creator omniũ qui te querit amplecti et in sponsam sumere. Ecce quales nuptie parate sunt in recreatõe humane nature sed qui inuitati sunt fecerũt se indignos. quare? Precium inquit meũ cogitauerunt repellere quasi vilipendentes redemptionẽ tam copiosam cum tamẽ ego cucurri in siti. Ipi vero quidẽ benedicebant ore sed corde suo maledicebãt. O ingratitudo merito detestãda ¶ Tercie nuptie sunt carnales quas christus instituit vt carnales ⁊ molles. luxurie voraginẽ declinarent. nam matrimoniũ principaliter institutum est in officium nature et in sacramentum ecclesie. vt scz proles procreetur quod est officium nature quia natura intendit prolem vt in ipa saluat̃ bonũ speciei sed in prole ꝓut est bonum sacramẽti matrimonij supadditur ꝙ ꝓles suscepta vlterius ordinetur in deum. Unde actus cõiugalis tantũ duobus modis fieri põt sine peccato. Primo modo causa debiti reddendi vel exigendi vt caueat fornicationem in cõiuge. Secũdo modo causa ꝓlis procreande ⁊ hoc ad cultum dei alias enim staretur in creatura ꝙ sine peccato esse nõ potest. vt dicit doctor sup. iiij. dis. xxxj. alias dũ ꝯueniunt est ibi ad min⁹ peccatuz veniale. qꝛ est ibi q̃daz superfluitas nec ad hoc est matrimoniũ institutuz nisi ſm indulgentiam que est de peccatis venialibus que essent extra matrimoniũ peccata mortalia. Ad has ergo nuptias vocati sunt carnales sed etiã effecti sunt indigni qui sacramento hoc abutunt̃ multipharie multisqꝫ modis sicut patet supra latissime. ¶ Quarte nuptie sunt eternales ad quas licet omnes sunt vocati. multi tamen se excusant operibus qui tamen ꝓperare videntur affectibus. Quas nuptias reddunt ꝯmendabiles. Primo spõsi magnitudo quia filius est altissimi regis non terreni sed eterni. De quo sponsa in Canticis interrogata qualis est dilectus tuus ex dilecto o pulcra mulierũ satis iactantur respondit. dilectus meus candid⁹ per innocentiam et rubicundus per charitatem electus ex milibus. Nunquid ergo Petrus est dilectus vel Paulus aut Johannes baptista electus ex milib⁹ sanctoruz aut Michael electus ex milibus angelorum. Non inquit. Sed cum ꝑtransissem eos paululum inueni quem diligit anima mea qui est electus ex id ẽ pre milibus angelorum vel hominũ. Unde qui dixerunt totum vniuersum esse velut vestigiũ creatoris fecerũt nos intelligere remotissimã distantiã illi⁹ ab vniuerso ⁊ dederũt vnde cũqꝫ occasionẽ imaginãt̃ magnitudĩez sup magnitudĩez vniuersi incõpabilit̃ eminẽtẽ. O q̃d erit tali spõso tãardentissima caritate iugiter amplecti. liberalissima familiaritate copulari cum se sentiet anima fidelis veraciter ab eo mille millesies plus diligi q̃ꝫ a seipa. et ab omnibus alijs celiculis nec ꝓ vicissitudine reciproci amoris vnum reddere se posse pro mille milibus. Secundo vero sponse pulcritudo. nõ eniz sponsi formositatez laudare necesse est cũ oĩs pulcritudo suauitas ⁊ omne desiderabile ab eo ꝓfluit velut a fonte plenissimo. Sed pulcritudo sponse nobis ꝯmendãda ꝓponit̃. Quã si dixerim⁹ eẽ vnãquãqꝫ animã beatificandã a deo. noli mirari cum ⁊ sponsus ꝓ ea recupanda debellauit hostẽ sponsaz arripuit ⁊ occubuit. Cui⁹ etiã pulcritudinẽ describit Mat. xiij. dicẽs. Tũc fulgebũt iusti sicut sol in regno pr̃is eoꝝ. Lyra ibidẽ. Et hoc ꝓpt̃ dotẽ claritatꝫ ab aĩa in corp⁹. Dicit enĩ doc. s. sup. iiij. dis. xliiij. Q⁹ claritas corpis causabit̃ ex gloria aĩe ĩ corp⁹. et qꝛ q̃d recipit̃ ĩ aliquo nõ recipit̃ ꝑ modũ influẽtis sed ꝑ modũ recipientis. Ideo claritas que est in aĩa spiritual̃ recipit̃ ĩ corpe vt corpalis. Et ſm eaz aĩa erit maioris claritatis ſm magis meritũ. ita etiam erit differẽtia claritatis in corpore. Unde in corpe glorioso agnoscetur aĩe gloria sicut in vitro color infusus. Cum igit̃ in futuro sol septempliciter clarior erit sicut lux septem dierũ vt dicit̃ Isaie. xxx. Cuius claritati cõparantur corpora sanctorum glorificata refulgentia ex redundantia glorie aĩaꝝ. Quanto tũc putas gloria coronabit̃ ipa fidel̃ aĩa vt meritus ꝯcupiscat rex decorẽ ei⁹? licet

speciali prerogatiua beata mater christi debeat hec spōsa censeri, cui soli veraciter congruit illud Canticoꝝ. Tota pulcra es amica mea ⁊ macula nō est in te que ꝓmeruit quia ſm Hubertinū glorie virginalis plenitudo precellit gloriā omniū sanctoꝝ et angelorū. Tercio reddit nuptias has cōmendabiles. cōuiuij plenitudo. Naꝫ in primo refluxu oculorū ad illud dulcifluuꝫ obiectū diuinitatis tota felicitas infunditur vel potius illi beatitudini immergitur ita ꝙ omnes virtutes anime erunt in ꝑfectōnibus suis et erit vnaqueqꝫ virtus in suo actu ꝑfectissimo quarum erunt delitie et gaudia et sic permanebūt in vltimitate sue perfectionis ⁊ actualitatis. Similiter et vires exteriores quibus anime operantur ꝑ corpora liberabuntur a malo potentialitatis ⁊ erunt in vltimitate ꝑfectionū suarum et actualitatū. vide plenius infra Quarto vocatorū multitudo. nullus enī ibidē refutat̄ nec cecus nec claud⁹ nec debilis nec paup. Solus infelix peccator reprobat̄ ⁊ eijcit̄ ligatis manib⁹ ⁊ pedib⁹ in tenebras exteriores Cuius rō est qꝛ sponsus et sponsa dicunt veni et qui audit dicat venio. Cum enī crescente numero crescit leticia. multiplicatur opulentia ita ꝙ quis diligit ꝓximū sicut seip̄m ⁊ gaudebit de bono ꝓximi sicut de suo. Sequit̄ ex hoc ꝙ innumerabilis multitudo ꝯuiuantiū ineffabilem leticiam germinabūt. De eis q̄ ad has vocati nō sunt digni.

Dominica. xxi. Ser. ci.

A Domine descēde prius q̄ꝫ moriatur filius meus Joh. iiij. Sicut docet experientia duplicem nobis infirmitatē originale peccatū inducit corporalē scꝫ et spiritualē. Quantum enim ad primū dicit doctor sanct⁹ super. ij. sententiaꝝ. dis. xix. ꝙ homo fuit impassibilis simpliciter ⁊ passibilis ſm quid scꝫ si peccaret. Quia licet caro ei⁹ mollis erat et diuisibilis tamē per iusticiā cōtinebatur a tali passione dum sibi a nociuis cauebat quod si nō faceret peccaret. Unde per diuinā ꝓuidētiam ab omni violentia extrinseca cōseruabatur illesus ita ꝙ nec diabolus ei nocere potuisset nisi ꝑsuasione callida cui tamē sine difficultate resistere potuit ⁊ per cōsequens erat immortalis simpliciter ⁊ mortalis ſm quid scꝫ si peccaret. Que quidā immortalitas causabatur per virtutem quandam anime collatam supra facultatem principioꝝ naturaliuꝫ sic indeficiens esse vt tribueret corpori et perpetuam equalitatē cōplexiōis Secundario vero subueniebat lignū vite cuius virtute alimentū assumptum in ꝑfectam assimilationem adducebatur ⁊ deperditum perfecte restaurabat. Quantū etiam ad secundū dicit ibidem dis. xxx. ꝙ finis ad quem ordinatus est homo est vltra facultatem create nature scꝫ beatitudo que in dei visione cōsistit. oportuit ergo naturam humanam taliter institui vt homo non solum haberet id qđ ex principijs naturalibus ei debebatur sed etiā aliquid vltra per quod facile in finem perueniret ⁊ quia vltimo fini adherere nō poterat nec ad ip̄m tenendum peruenire nisi ꝑ supremam partem suam que est mens intellectus vel ratio in qua est imago dei insignita. ideo vt illa pars libere possꝫ in deum intendere subiecte fuerant sibi partes inferiores vt nihil in eis accidere posset quod mentem impediret ab itinere in deum. Similiter et corpus hoc modo dispositum erat vt nulla passio in eo accideret per quam cōtemplatio mentis impediretur Sed facta deordinatōne a fine per peccatum hec omnia in humana natura esse desierunt et relictus est homo in illis tantum bonis que eum ex principijs naturalibus sequuntur et sic relictus est infirmitatibus spiritualibus et corporalib⁹ Descende ergo domine. Domine descende prius q̄ꝫ moriatur filius meus Cum de se patet historia sensum misticum inquiramus. Quo duplex mors spiritualis pōt assignari. Una quā ductu vel impulsu ꝯcupiscētie tīoris fauorꝫ amorꝫ ⁊c. ꝑ actū pctī mortalis incurrim⁹ ex sola quadā B

violentia passionis. Et quia cōseruatio habitus virtutis in subiecto non requirit cōtinuationem actus. eo q̄ actu ꝓtrario supueniente non statim habitus acquisitus excluditur. ideo de facili potest reflecti et reduci ad statum pristinum. Et hec potest dici mors spiritualis prima quaz incurrimus amissa charitate sed cito recuperamus eam digno fructu penitentie. De qua morte figurate dicit dominꝰ Nō enim mortua est puella sed dormit. Dormit enim christo per quē cōcito est resuscitanda. Qua quidē mortuus nisi roget efficaciter dominū vt descēdat priusq̄ moriatur secūda morte aīa statim subsequit mors secunda quā sibi coaceruāt q̄ actuale cōtemptum dei cōquisitū q̄ habitum cōtrariū in multiplicatōne viciorū. Pro uerbioꝝ. xvij. Impiꝰ cū in ꝓfundū venerit peccatoꝝ cōtemnit et inde sequit illud horribile ibidem. ij. Qui letantur cum male fecerint et exultāt in rebus pessimis De qua duplici morte dicit doctor sanctꝰ scōa scōe. q. xxiij. q̄ charitas est que vita spiritualis duplicit amittit. Uno modo indirecte quādo cōmittitur aliquid charitati cōtrarium ꝓpter passionē aliquā cōcupiscentie vel timoris. et hoc modo contra charitatē faciens charitatē amittat sz eam cito recuperat sicut Petrus dū christum negauit. De quo dicit Bern. q̄ charitas in Petro nō fuit extincta sed sopita. Quod accepit Bern. ex verbis leonis pape dicētis in sermone quodā ad petrū negantem. Didit in te dns nō fidē fieraz nō dilectionem auersaz sed cōstantiā fuisse turbatā habundauit fletus vbi nō defecit affectꝰ et affectꝰ charitatis lauit verba formidinis. Alio mō per actualē ꝓtemptum. et hoc modo Petrus charitatē nō amisit. et sic mortē secundā nō attingit. a qua quāq̄ ꝑ gratiā resuscitari difficillimum iudicauit Apl̄us Hebre. vj. dicens Impossibile est eos qui semel illuminati sunt gustauerūt etiam donū celeste et pricipes facti sunt spiritussancti et prolapsi sunt id est ꝓcul lapsi ꝑ cōemptuz rursum renouari ad penitentiā. Cuiꝰ causam subdit vicens. terra enī sepe supꝫ se venientez bibens ymbrem. Sequitur. et ꝓferēs spinas et tribulos reproba est et maledicto prima cuius cōsummatio in cōbustionem Hic mater ecclesia cui p̄sens thema assentibimꝰ exposcit descensum dñi ad filios priusq̄ morte secunda morianē et hoc per timorem. aduersitatē infirmitatē. internā inspirationem. vel per quecūq̄ alia que reuocare possunt ad emendā. Sicut respexit dominus Petrū et fleuit amare. Hec enim mors prima vt in pluribus nō est ad mortem sed spiritualē resuscitationē pro gloria dei. Secūda mors igitur principaliter primo inducitur per spiritū blasphemie. de qua dicit sanctus Tho. scōa scōe. q. xiij. q̄ nomē blasphemie videl̄ importare quandā derogationē excellētis bonitatis et p̄cipue diuine. Deus enim vt dicit Dionisius. j. ca. de diuinis nominibꝰ. est ipa essentia bonitatis. Unde inquit deo cōuenit pertinet ad bonitatē eius q̄ quicquid ad ipm nō pertinet longe est a rōne perfecte bonitatis. Tribus ergo modis blasphemia cōmittitur. Primo cū aliq̄d attribuit deo quod ei nō ꝙuenit scz q̄ salua bit hominē etiam impenitentē q̄ in peccatis ꝑseuerantē. Secundo quādo remouetur ab eo quod ei cōuenit scz q̄ non sit summe misericors impenitentes et q̄ nec aduertit humanos actus nec detestē vicia. Tercio cuz creature tribuitur scz diabolo quod soli deo cōuenit sicut sortilegi faciunt et sic deuulgāt diuine bonitati vn de opponitur cōfessioni fidei q̄ habet in se gratuitatē infidelitatis si fit fm solā operationem intellectus. aggrauat vero peccatum si fiat cum quadā affectus detestatione. quia tunc intendit inferre nocumētum bonoꝝ dñoꝝ sic grauius peccat q̄ homicida. Unde super illud Isa. xliij ad populum terribilem. dicit glosa q̄ omne peccatum blasphemie cōparatum leuius est. Attendant hoc miseri obstinati cecati bibuli et ꝑsertim taxillatores in aduersitatibus blasphemantes nomē dei q̄ in despectum diuine maiestatis malicias suas ingeminantes q̄. Unde plerunq̄ solet

dominus etiam in presenti punire vicium istud. vt patet. ij. Machabeoꝝ. ix. in Antiocho rege. Quia cum blasphemia magna festinaret hierusalem vt spoliaret tẽplum dei percussus est a deo et apprehendit eum dirus dolor viscerũ et vermes scaturirent ita ꝙ fetore illius exercitus grauabatur nec ipe fetorem suum ferre poterat Et vide horribile quod sequitur tũc orabat scelestus dominum a quo nõ esset misericordiam cõsecuturus. Nam sero penituit quia iam iudicatus fuit vt dicit Josephus. Dicunt enim doctores cõmuniter ꝙ eius penitentia nõ fuit vera. quia non fuit ppter offensam dei sed propter euasionem flagelli. Et blasphemus et homicida miserabili morte vita functus. vide etiam bonaventuram supra. Secundo vero inducitur per odium diuine iusticie. de quo ps. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper Ecce ꝯ execrabile malum operatur plena conuersio ad peccatum. Dicunt enim diuinam odiunt iusticiam quam velent impotentem esse ad vindictam. Ad cuius euidentiam doctor sanctus mouet questionem scõa scõe. q. xxxiij. Vtrum deus possit odio haberi dicente christo Joha. xv. Nunc aũt viderunt et oderunt et me et patrem meum. Ad quod respondet ibidem. Q. odium est quidam modus affectiue potentie que non mouetur nisi ab aliquo reprehenso. Deus autem dupliciter potest ab homine apprehendi. Primo sm seipm pura cum per essentiam videtur per quam est ipa bonitas quaz nullus habere odio potest ⁊ impossibile est ꝙ aliqs videns deum per essentiam eum odio habeat. Secundo videtur per effectus suos quorum quidam sunt ꝙ nullo modo possunt humane voluntati esse cõtrarij. cum esse viuere intelligere sit omnibus appetibile et amabile sm hoc ꝙ apprehenditur vt horum dator effectuum nõ potest odio haberi. Sunt autẽ quidam effectus dei q̃ repugnant inordinate voluntati sicut inhibitio peccatorum afflictio penarum ⁊ cẽ. Et per cõsiderationem talium effectuum ab aliquibus deus odio habetur. Non tñ quicunꝯ odit penas deum odit quasi penarum actorez quia multi licet odiunt penas patienter eas tamen ferunt ex reuerẽtia diuine iusticie. Sed prumpere in odiũ dei punientis hoc est odio habere dei iusticiam quod est peccatum grauissimũ. Vnde Gregorius. xxv. moraliũ. Sicut nonnũꝯ grauius est peccatum diligere iniusticiam ꝯ perpetrare ita nequius est odisse dei iusticiam ꝯ non fecisse. Sic Achab odiuit prophetam domini quia non ꝓphetauit ei bonum. iij. Re. xxij. Sic puer annoꝝ quincꝯ prorupit in blasphemiam dei grauatus infirmitate et traditus est diabolo vt habetur in dialogo Gregorij. ¶ Tercio preterea inducitur per odium fraterne gratie multi nancꝯ quod maxime deflẽdum est inuident pfectui ⁊ multiplicatõni christiane relegionis et ꝓbitatis cũ vicijs et irrisionibus detractõnibus ⁊ persecutionibus personas religiosas inuastantes et hoc est signum potissimũ diuine reprobationis. Quam enim execrabile sit hoc vicium satis ostendit vindicta puerorum. iij. Re. ij. Cum enĩ ascenderet Heliseus vt iret in bethel pueri paruuli egressi sunt obuiam qui edocti erant a parentibꝰ idolatris vt subsannarent ꝓpheras dñi. eo ꝙ cultores dei odio habuerunt. Videntes ergo ꝓphetam ascendentem esse caluum subsannauerunt dicentes. Ascende calue. Et maledixit pueris vt eorum parẽtes in ipis punirentur et parentum malitiam amplius nõ imitarentur. Venerũtꝯ duo vrsi et lacerauerunt ex ipis quadraginta duos. Si ergo talis pena pueris irridentibus retribuebatur qualis putas nunc senibus inuidentibus reseruatur. Nimirum cum sit vicium penitus diabolicum quorum partem gerunt. tristantur enim de salute aliorum et de perditõne letantur. velut eorũ volũtati execrabiliter cõfederati. ¶ Quarta denicꝯ scõa mors inducitur per omne vicium inueteratum cõsuetudine. Dicit enim Augustinꝰ in libro cõfessionũ ꝙ ex voluntate prouersa facta

165

est libido et dum seruitur libidini facta est cōsuetudo et dum cōsuetudini nō resistit facta est necessitas. O detestanda necessitas qua cōpelluntur plerunq; dicere despe rauimus scz resipiscere. et ideo cōcupiscē tias nostras ibimus et sic efficiunt incorrigibiles cecati in malicia que preuidere nō sinit peccatorum grauitatem aut futuram calamitatem. Quia dicit Augustin⁹ in Encheridion q; peccata q̄uis magna aut pua eē aut nulla credunt vsq; adeo vt nō solum nō occultanda. verum etiā predicāda diffamandaq; videantur. Ista enī oculata discimus experientia. Nam ꝓpter maledictam cōsuetudinem peccatum fornicatōnis simplicis a plerisq; vix ꝙ peccato reputatur. Imo potius adulteriuz quasi scandalū nullum vel peccatū frequētatur quos tamborribili iudicio lex iubet esse feriendos. Sic maledicta vsura ⁊ rapina iniusticia ludus alearū et similia horrenda quasi nulla reputantur inualescēte prauacōsuetudīe. Quare dicitur in decretis dis. viij. Mala cōsuetudo non minus q̄ mala corruptela vitanda est. quia nisi citius radicitus euellatur in priuilegiorū ius ab impijs assumitur⁊c.

Dominica xxij Ser cij

Sic pater meus celestis faciet vobis Matb. xviij. Cum dicit Augustin⁹ in epistola ad quendam comitem. dicit q; nullum scelus coram deo tā abbominabile sit q̄ peccata vnicuiq; vestrum dimissa reminiscēdo gaudere et inde exultare Cōuenienter queri potest. Vtrum peccata dimissa redeant in eo que recidiuat presertim cū dicitur Ezech. xviij. si auerterit iustus se a iusticia sua omnes iusticie sue quas fecerit nō recordabuntur. Et magister in. iiij. sententiarū dis. xxij. quo nihil apti⁹. Qui inquit diuini beneficij oblit⁹ suas vult vindicare iniurias nō soluz de futuris peccatis veniam nō merebit. sed etiā preterita que sibi dimissa credebat ei ad vindictaz replicabuntur quod etiam dominus ostēdere videtur in euāgelio presenti. Ad qō respondet doctor sanctus vbi supra. Q. aliquid potest redire dupliciter. Primo in se et sic peccata dimissa nullo modo redeunt q̄ctum ad maculam ⁊ per cōsequēs nec q̄ctum ad reatum. Secundo mō in suo effectu ⁊ hoc modo peccata dimisse redeūt in q̄ctum ex peccatis dimissis aliquid relinquitur in sequentibus. Et ex hoc enim ꝙ homo deum per peccatū offendit post remissionem precedentiū peccatorū quandā deformitatem ingratitudinis act⁹ sequētis peccati acquirit. Et ideo dicitur ꝯmuniter ꝙ redeunt q̄ctum ad ingratitudinē Vnde magister sententiaꝝ ibidē. Ideo dicunt dimissa redire qz ꝓpter ingratitudinem ita reus et peccator cōstituitur vt antea fuerat. Precipue tamē redire dicuntur ꝓpter quatuor vicia. Vnde vers⁹ Fratres odit apostata fit spernitq; fateri Penituisse pudet pristina culpa redit. Et hoc ideo. quia nō solum sunt cōtra remittentem peccata sicut omnia alia sed sunt etiam cōtra remedium quo peccata dimittuntur quorum remissio attribuitur fidei cui opponitur apostata. Secundo charitati cui opponitur odium fraternum. Tercio penitentie cui opponuntur alia duo. Et ideo specialiter habent rationē q̄ faciunt redire peccata vt sonare videt euāgelium de quo sumpsimus verba ꝓposita. Sic pater meus celestis ⁊c. Petrus audiens de remissione iniuriarū interrogauit dominū dicens. quotiens in me peccauerit frater meus et dimittā ei vsq; septies? Cui dominus. Nō dico tibi vsq; septies sed septuagesies septies id est totiens quotiens offenderit. Ne ergo quis vilipēderet eius responsionē subiunxit hanc parabolam in qua ad terrorem retentōnis offense ⁊ remissionis iniuriarū emendatōes ostendendā principaliter tria ꝓponit scz humanā citationē ad reddendā ꝙ debitis rationē. diuinā miserationē ꝓpter humane ꝙtritionis humilē exhibitionē. Et finalem damationē ꝓpter iniurie illate seueri

retentionē. Primo inq̄ proponit huma-
nam citationem ad reddendā pro debitis
rationē. Dicitur enī q̄ oblatus ei est vn⁹
hec oblatio fit ꝑ instantē infirmitatez vel
periculū aut a deo immissam cōpunctiōz
quibus quisq̄ reuersus ad cōscientie scru
tinium inuenit se criminibus infinitis ob
ligatū et impotentē ad soluenduz. Quid
aget miser horrēs carcere ⁊ ignorans fu-
gam reuera dicere potest. Angustie mihi
sunt vndiq̄. Quia iubet eum dn̄s venun
dari. Remigi⁹. id est sentit ī scripturis q̄
tales iussit dn̄s venundari. id est eterno
incendio mancipari ac seruum malignorū
spirituū fieri. Nec solū vir id est spirit⁹ vl
ratio sed etiā vxor eius iussa est venunda
ri scz cōcupiscentia ex qua cōcipiunt̄ mali
filij. id est cōsensus et opa praua vel vxor
id est caro cuius ad spiritū debet esse cō-
uersio vt seruiat nō vt seruiat̄. quia vt di
citur ad Ro. viij. Si ſm carnem vixeritis
moriemini et tunc oriunt̄ mali filij scz pra
ua cogitatio feda delectatio lubrica affe-
ctio criminosa operatio. Quia igitur spi-
ritus cōsensit carni vsq̄ ad cōsummatō-
nem peccati. ideo nō solum spiritus sed ⁊
caro tota cum vicijs tradet̄ incendijs qd̄
est horribile. quia licet pena soli⁹ spiritus
vel anime sit adeo grauis q̄ vt dicit doc.
sanctus sup. iiij. dis. xxj. q̄ q̄tum ad dupli
cem penam scz sensus damni. minor pena
purgatorij excedit maximā penā hui⁹ mū
di. Dicit tamē Aug⁹. in sermone quodam
q̄ multo maiores penas passuri sunt. cuz
animab⁹ corpora cōiuncta fuerint in qua
rū cōparatione tales dicit esse penas q̄s
modo patiant̄ anime qualia sunt somnia
hominū qui torquentur in somnis vbi aīe
eorum qui dormiūt patiuntur caro nō pa
titur. respectu penarū quas cōiunctis cor
poribus patient̄ ac si vigilans quisq̄ tor
queret̄ cuius pena incōparabiliter acrior
expitur. Et tunc adijcietur viciorum nu-
merositas. O vere citatio expauenda sed
nō spernenda quia nō ꝓcedit ex vindicte
liuore sed ꝯuersionis amore. Felix qui cū
Ezechia dn̄m audiens dicentē. Dispone
domui tue quia morieris ⁊c. Cōuertit se
ad parietem id est peccatorū ꝯgeriē flens
fletu magno ⁊c. Secundo diuinā misera-
tionē sup humane cōtritōis humilē exhi-
bitionez. Procidēs enī seruus. ecce humi
litas quā ostendit rogabat eum. ecce con
fessio cōtritiosa quā rogando mōstrauit ⁊
veniaz quā inuenit. Patientiā inquit ha
be in me et omnia reddam tibi. Ecce satis
factio quā ꝓmisit. Et ideo domin⁹ omnia
cōdonauit. Notandū ergo q̄ triplex ē pa
tientia dei. Prima est qua tollerat repro
bos misericorditer quo ad ip̄os vt cōuer-
tantur. et vtiliter quo ad bonos vt ꝑ eos
exerceant̄ et purgentur. Dicit enīz Aug⁹
q̄ omnis malus aut ideo viuit vt cōuer-
tatur aut ꝑ illuz bonus exerceatur Vnde
ad Ro. ix. Sustinuit in multa patiētia va
sa ire apta in interitū ignis eterni. Secū-
da patiētia qua expectat p̄destinatos ad
gloriam sed adhuc auersos eoꝝ vltionem
suspendēs. Sicut dicit Apl's de seip̄o. ij.
ad Thi. j. Misericordiā cōsecutus sum vt
in me primo ostenderet christus omnē pa
tientiaz ad informationē eoꝝ qui creditu
ri sunt illi in vitam eternaz. Tercia pa
tiētia est qua cōuersis ad se indulgeat spa
cium vite vt faciant fructus dignos peni
tentie vt vere dici possit patiēs et multuz
misericors. Vnde in augmentū impendē
de pietatis nō soluz dimisit eum sed om̄e
debitum dimisit ei. Sic enim ſm Bern̄. ex
toto dominus indulget et tam liberaliter
omnem delet iniuriam vt nō damnet vl-
ciscendo nō cōfundat improperando nec
minus diligat in putando. Sunt enī aliq̄
sic donantes iniuriā vt nō vlciscantur se-
pius tamē improperāt Sunt et alij qui li
cet sileant tamē alta mente repositum et
rancorē tenēt in aīo quoꝝ neutra plena ē
indulgentia. longe ab his omnibus beni-
gnissima deitatis natura liberaliter agit
plenarie ignoscit. Testis est illa famosa
peccatrix cui in ip̄o cōuersionis initio tā-
ta dilectōnis multitudo cōcessa est tanta
postmodū gratia familiaritatis indulta.
sed ve miseris ingratis qui diuinam pie-
tatē agnoscentes abutuntur eius longa-
nimitate et patientia in sup̄bia ⁊ abusione

166.

eo q̄ super eos nō vouit cito diuina vindicta. Juxta illud ad Hebre. vj. Rursuz crucifigentes sibimetip̄is filiū dei ⁊ ostētui habētes. Glosa id est q̄tum ad seip̄os non enim crucifigunt christum sed similes sunt crucifixoribus et irrisoribus. In se enim crucifigunt filium dei qui gratiā ei⁹ vilipendentes in peccatis iacent ⁊ ostentui habent qui ꝓ modica dilectōne ⁊ momentanea. beneficiū passionis eius vilipendunt. Sz audiant illud apostolicū ad Ro. ij. O peccator ingrate ignoras qm̄ benignitas dei ad penitentiā te adducit. ſm autē duriciā tuā et cor impenitēs thesaurisas tibi iram in die ire ⁊ reuelatōis iudicij dei. nec mirū qr dicit Gerñ in sermone quodam sup̄ Cantica. Q⁹ gratiarum cessat decursus vbi recursus nō fiūt gratitudinis. Nec modo nihil auget̄ ingrato sed quod accepit vertetur ei in p̄niciē. Fidelis autē in modico censet̄ dignus munere ampliori. Sic Saul ingratus diuinis beneficijs reprobatus est. Tercio ꝓponit finalē reprobationē ꝓpter illate iniurie seueram retentionē. nō enim dimissis sibi misericorditer multis nec pauca ꝓ honore ⁊ amore dimittentis sibi dimittebat Nam omne debitum qd̄ in nos ꝓxim⁹ cōmittere possz respectu debiti quo nos deo obligamur vix sunt centuz denarij respectu debiti decem miliū talentoꝝ cū centū denarij centesimā partē nō faciunt vnius talenti. Pondus enim talenti maioris cōtinebat centū viginti libras. Ecce q̄d p̄t appetitus vindicte retentus. Dñs enī qui nō legitur iratus ꝓpter debitū decēmiliū talentorū iam irasci dicit̄ sup̄ seruū ꝓpter retentum vindicte motū. Quid aūt est dominū irasci nisi vindictā malorum expetere ad modū irati? Nam iratus dñs repente tradidit eum tortorib⁹ eternaliter crutiandum. Quia iudiciū sine misericordia fiet ei qui nō fecerit misericordiā in illate iniurie remissionē. Nimirū quoniaz sicut homo similis efficit̄ christo dulcedīe charitatis que ē virtutū excellentissima. Sic p̄cise diabolo similis efficitur amaritudine rancoris que detestabilior iudicat̄ oīm viciorum Et ideo sicut charitas nunq̄ excidit in regno sic nec inuidia in tormento Vnde ī detestationē inuidie depinxerūt eam romane pro informatōne laycoꝝ velut imaginē nudam habentē faciē pallidā et oculos venenosos. Tercio ore porcino Quarto cum gladio in ore gerente. Quīto in dextra manu apem et in sinistra coruum rapacem que nobis inuidie maliciaz euidenter exprimunt. hec enim imago nuda ponitur quia charitate q̄ vestis est nuptialis. omnino priuatur et omnibus virtutum habitibus. Pallidam etiam p̄tendit faciem quia ꝓprium subiectum marcescit et corrumpit. Et oculos gerit venenosos qui quecunq̄ bona videntur ab inimico semper inficiunt̄ oculo prauo. Sicut illi qui dixerunt. In beelzebub demonioꝝ eijcit demonia. Os ꝓinde porcinū habebat quia licet porci vident lacum paludinosum stratum floribus eorum tamē dulcedinem ⁊ odorem nō aduertunt sed illaz immundiciam euertentes flores cōculcāt fetores excitant et ibidez requiescūt. Sic inuidus licet videat quedam vtilia ⁊ edificatoria ab alijs ista tamē cōculcat peiora discutit ⁊ in illis requiescit. Et per cōsequēs gladiū in ore circūfert quia ꝓximū gladio detractōnis interficit. Gerit autē apē in dextra quia sicut apis in anteriore parte id est in presentia mel colligit per fictas blandicias et adulatōes. In posteriore parte id est in absentia aculeo rancoris pungit. detractōnes ingeminando et derogatōnes. Hinc sequitur coruus in sinistra rapax auis et clamorosa. quia detractionibus suis rapit bonam aliorū famam. dimissis tamē singulis gratia breuitatis ad detractōnis viciuz cōuertamur tanq̄ magis detestandum. Nam ſm Albertum magnū in secunda parte de mirabili scientia dei detractio quādoq̄ est licita quandoq̄ veniale peccatum quandoq̄ mortale. Licite fit quatuor modis. Primo ad instructionem presentium vt caueant perficere similia. Secundo ad eorum cautelam ne decipiantur ex talium societate mala. Tercio ad vtilitatē absentium

vt eis vlterius referatur ꝑ correctõe fraterna. Quarto ex cõpassione vt alios moueat ad orandum ꝑ emendatione eorum. In his tamẽ obseruari debent debite circumstantie. Est autem veniale peccatum quando fit ex leuitate non ex malignitate nisi grauiter lederet famam alterius. Tercio deniq; mortale iudicatur cum absenti detrahit ex malignitate ⁊ animo nocendi. quia tunc intendit auferre famã alterius. et sic iudicatur grauius peccatuꝫ q̃ furtũ vel rapina. vt dicit Gerson. Grauius peccatũ est q̃ comestio carniũ in diebus veneris vel ieiunij. His ergo dominꝰ dicit in p̃s. Sedens aduersus fratrez tuũ loquebaris et aduersus filium matris tue ponebas scandalum. Existimasti inique ꝙ ero tibi similis ⁊c̃. Vnde tenetur ad restitutionem fame alterius vel ad recõpensationem in retributõne temporaliũ. Sic ergo pater meus celestis.

Dominica. xxiij. Ser. ciij.

Ostendite mihi nũmisma census. Math. xxij. Querit doctor sanctus super. iiij. dis. xvj. Vtrum veniale sine ꝯtritione dimitti possit. Presertim cum dicit Gregoriꝰ. Qd̃ est aqua ad calorem ignis hoc est veniale ad feruorez charitatis qui potest eẽ sine cõtritione. Potest enim feruenter in deum cõuerti et tamẽ de peccato actualiter nõ dolere. Ad quod respondet ibidem ꝙ q̃uis feruor charitatis possit esse sine hoc ꝙ actu de peccato veniali cogitet explicite. In illo tamẽ motu implicite cõtinetur displicẽtia venialis vnius vel oĩm quia si feruenter in deum fertur displicet ei om̃e quod a deo retardat. Vnde potest esse tam feruens motus charitatis in deũ ꝙ omnia peccata venialia cõsumit etiam sine actuali cogitatione ip̃oꝝ. Sicut dñs ait de magdalena. Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. et talis per amorem in deum cõuersio dicitur ostentio. Ostendite inquit mihi. Sed q̃d? nummisma inquid census id est imaginem et inscriptionem. id est similitudinẽ dei exaratam in anima rõnali. et hoc nõ solum per cõuersionem in deum sed etiam ꝑ deletionem macule animã deformantis. Pro quo sciendum vt dicit doctor sanctꝰ. In aĩa duplex potest eẽ macula. Vna priuat ⁊ tollat aĩe pulcritudinẽ et talis macula ẽ in peccato mortali quod cõparat hominẽ iumentis insipientibus ⁊ similẽ illis fecit Alia vero macula pulcritudinez nõ tollit que gratiam (que est aĩe decor) nõ aufert sed pulcritudinem obnubilat ne scz exterius appareat sicut faciei per puluerem fedate pulcritudo cõtegitur. et talis macula est in veniali ꝓpter quod impeditur decor gratie ne exterius in actibus ostẽdatur. Ostendite mihi nummisma census ⁊c̃ Quantũ ad sensum literalez Nummisma licet ꝓprie loquendo dicitur ip̃a exaratio scripture et imagĩs que fit in aliquo nummo hic tamẽ accipitur ꝑ toto nummo qui dabatur cesari ꝑ censu vel tributo et vocabatur denarius quia valebat decẽ nummos vsualis monete. eratq; argenteꝰ habens inscriptionem ⁊ imaginẽ regis. Qui tropologice significat animam rationalẽ in qua scz est exarata imago regis eterni qui decorata tribus potentijs naturalibꝰ scz memoria intelligentia et voluntate in quibus est imago trinitatis. Exarata est ibidem quedam inscriptio per digitũ dei septiformem id est septem donorum spiritussancti. et hec est exaratio multiformiũ virtutum que causant similitudinem dei imaginem eius adornantem. Qui denarius nummos decem valere dicitur propter obseruantiam preceptorum decalogi vt sic dignus iudicetur mitti in thesaurũ regis. Math. xix. Si vis vitam ingredi serua mandata. Hanc igitur monetã sibi iugiter postulat ostendi vt videat exarationem eius nec solum sed subinfert. Cuiꝰ est hec imago et superscriptio? Per hoc innuens nos velle sollicitos esse ad eius exarationẽ sedule ꝯsiderandã. Ad nostrã

167

igitur instructionem sciendum. q̄ anima
velut speculum quoddam lucidissimuz ad
quodcunq; se cōuerterit eius imaginē et
impressionem q̄ ammodo recipit. Osten
C dite igitur mihi nummisma dicit diabol⁹
ad falsificandū inscriptionē. Dicit caro
ad corrumpenduz impressionē. Dicit mū
dus ad alleuianduz ponderositatē. Dicit
christus ad reformanduz defectibilitatē
Primo dicit diabolus. Ostende mihi nū
misma scz vt falsificet eius inscriptionē ⁊
dei similitudinē. Suggerit enī vt ad eum
se cōuertat mens humana et hoc per ma-
liciam que est perfecta similitudo diaboli
ce prauitatis. Hanc enim amplectuntur
qui diabolico spiritu instigati fouent in-
uidiam rancorē odium detractōnes ⁊ si-
milia semina mētis amaricate. Hec est enī
via diabolica quā qui ingreditur ei⁹ simi
litudinē ⁊ maledictionē sortietur. Unde
diabolus obsessum Saulem vsq; in finem
vite ad inuidiam et odium incitabat tāq̄
vicium sue nature cōformem si dici liceat
nature inq̄ sz corrupte per peccatū inue-
terate malicie. Aug⁹ de doctrina christia-
na. Inuidia vicium est diabolicū quo so-
lo reus est ⁊ inexpiabiliter reus est ꝑseue
rabit in eo viciū hoc in ꝑpetuū. nec etiam
vnq̄ excidet ab inuidioso vicijs ceteris
cessantibus. Et ideo merito similitudinē
quandā diabolicam imprimit sicut chari
tas diuinam Similē impressionē recipiūt
qui ex pura malicia peccant quib⁹ scz ma-
licia placet et nō solum ex affectu delecta
tionis peccati sed etiā ex cōplacentia pec
cati peccant. qui letantur cuz malefecerīt
Dilexisti inquit maliciā. Glosa. nō tantū
fecisti sed etiam dilexisti quod est maioris
peccati. Sequit̄. sup benignitatē. Glosa.
quia et si benignitas quādoq; tangit ani-
mum eius. statim tamē refugit ad malum
et sic anime pulcritudine sublata ꝓpriam
quoddāmodo imaginem imprimens de-
narium ip̄m falsificat inscriptōne ꝑegri-
na. Secundo dicit caro. Ostende mihi nū
misma vt scz ip̄m erugine voluptatū cor-
rumpat. Ad quam se cōuertunt qui victi

cōcupiscentijs ex infirmitate carnis non
ex cōplacentia peccati sed delectationis
delinquūt. In quorum ꝑsona dicit apl's
ad Ro. vij. Ego aūt carnalis sum venun-
datus sub peccato scz prime transgressio
nis in qua carnis cōcupiscentijs circūda-
ti sumus. Sequit̄. Cōdelector enim lege
dei s̄m interiorem hominē. Video autem
aliam legem in membris repugnantē legi
mentis mee ⁊ captiuū me ducentē in legē
peccati. Cuius vincula sunt quinq; sensus
exteriores a quib⁹ qui regitur. bestijs me-
rito cōparatur cuz ab illis nihil differim⁹
nisi per rationē l ps. xlviij. Homo cū in ho-
nore esset nō intellexit. id est nō cōsidera-
uit nobilitatē sue cōditionis q̄ factus sit
ad imaginem dei capax ip̄ius ꝑ cognitōz
et amorem et sic ordinat̄ ad eternā beati-
tudinē. sed hanc homo carnalis nō intel-
ligens cōparatus est iumentis insipienti-
bus ⁊c̄. eo q̄ vitā elegit voluptuosam et
terrenā que dicit̄ vita pecudū. j. ethicoꝝ.
eo q̄ solum intendit cōmodo corporis. et
ideo similis fact⁹ est illis. quia subtracto
honore imaginis nō differt a brutis bru-
talez sumens similitudinē ꝓ diuina. et hec
via illorum scandaluz ip̄is. Sic apte figu
ratum est in rege Nabuchodonosor. Vi-
de supra. Nam sicut pharao rex egipti si-
militudine diabolica impressione detesta
bilis obstinatōis miserabiliter deforma-
tus nullis plagis vel minis flecti potuit
ad obaudiendum mandato diuino donec
morte terrifica cum exercitu suo feriretur
Sic Nabuchodonosor rex vt videt̄ plus
ex infirmitate carnis et ignorantia qua-
dam peccans per somnū dumtaxat cōmi
natus q̄ in vitam bestialē cōmutaret̄ ac
cōsilio Danielis instruct⁹ q̄ peccata sua
studeret elemosinis expiare statim obe-
diens diuinam vindictam suspendit men-
sibus duodecim vt patet supra. Et tandē
humiliatus gratias agens altissimo a quo
flagella suscepit ad pristinū gradū reuo-
catus est. Sed ve miseris qui bestialez si-
militudinem immutare dissimilant in di-
uinam quousq; districtōne iudicij dicetur

eis ostendite mihi nūmisma. Tertio dicit mundus ostende mihi nūmisma et hoc alleuiādum ponderis eius valorem per affectū mundani fauoris aut per excellentiā sui status vel virtutis. Cum enim inimicꝰ quempiā per vitā decorosam deijcere nō potest. nittitur eiꝰ honestatē vel virtuosam conuersationem veneno ꝑegrine intētionis inficere fauore scz hūano. De qualibet dicit dñs Math. vj. Attendite ne iusticiā vrām faciatis corā hoībꝰ. Sequitur alioquin mercedē nō habebitis. In cuiꝰ figura rex Ezechias cū mentē suā ad deū erecta tenuit in orōne mirabiliter exaudiri meruit dum vero mentem hūano fauori inclinauit etiā illū habitis beneficijs deus priuauit. Dicūt enim doc. iiij. Regū. xx. Qꝰ egrotauit ezechias vsqꝫ ad mortē id ē taliter ꝙ per naturā curari non poterat. Qđ ei accidit vt dicit Rabbi Sa. eo ꝙ noluit vxorē accipe qđ tamē facere tenebatur vt linea dauid in regno cōtinuaretur ꝓpter quod cōualescens accepit vxorem et genuit manassen. Missus igitur ysaias ait dispone domui tue ⁊c. Et cōuertēs se ad parietem fleuit fletu magno. dicēs. obsecro domine memento quomodo ambulauerim corā te in veritate ⁊c. mira res remittitur ysaias a domino dicente. Audiui oratōnem tuā ⁊ vidi lachrimas ⁊c. promisitqꝫ ei vulneris sanatōnem vite ꝓlongationem ab hostibus defensionē ⁊ ꝑ miraculū certificationem. Primo dedit ostensionem mirabilem in qua sciret promissionē esse fidelem. Ad eiꝰ enim petitōnem sol vt dicit Dyonisius in epla ad policarpum. Cum decima hora diei esset repedauit ad orientem alijs decem horis designatis. Deinde rursus decem horis alijs ad occidentem currente sole sed ⁊ residuis diei duabꝰ horis ⁊ sic illa dies artificialis que duodecim horas habuisset prolongata fuit vt haberet horas. xxxij. Fuit enī horologiū ad cognoscēdū horas per vmbram. Secūdo opposuit curatōnē vulnerum de ficubus ꝑ emplastrum qđ erat naturaliter infirmitatis aggrauatiuū vt sic sanatio mirabiliter appareret. Tertio vero tertia die sequenti percussi sunt de exercitu sennacherib obsidentis ciuitatē centū octuaginta quinqꝫ milia virorū. Quarto deniqꝫ sanatus eadem die tercia rex Ezechias ascendit in domo domini ꝓ omnibus gratias agens. Post hoc autē caldei qui fuerūt intenti circa cursus siderum accidisse talia contra cursum nature et hoc in argumētum sanationis Ezechie de consilio sapientum. Rex babilonis qui fuit metropolis caldeoꝝ misit ad eum munera ad sciendum de mirabili retrocessione solis. Cum enim adorabant solem audientes deum suum regi mortali prebuisse obsequium crediderunt eum plus hoīe honorandum. Et letatus est Ezechias in epta leticia in aduentu eorum. et sic irrepsit illa maledicta complacētia humana ostenditqꝫ ei omnia que habebat in domo sua et etiā que secretissime et reuerendissime seruabantur in templo scz vnctionem regum et pontificum, tabulas testimonij et legem vt dicit Rabbi sa. que nollo modo erant gentilibus ostendenda. quā tēptationem fieri dominus permisit vt elati cordis eius abscondita per factum praui operis fierent aperta. vt tangit ibidē glosa. Vnde responsionez accepit Isaia dicente. Omnia que sunt in domo tua auferentur in babilonem. sed et filij tui erūt eunuchi. vt patet in textu. Ecce quā seuerā vindictā sumpsit elatio de diuinis impensis beneficijs. Quarto dicit christus. Ostende mihi nūmisma ⁊ hoc ad reformādum omnem defectibilitatem in anima. Ad qđ requiruntur tria. Primū est ꝑ lachrimosam contritionem a peccatis plena auersio. cum enim deo nihil contrariū est in homine nisi peccatū eius. a peccato auersio est ad deum conuersio. in qua lauatur anime facies lixiuio lachrimarum per virtutem sanguinis ihesu christi. Lauerunt inquit stolas suas in sanguine agni. Secundum est per exemplarem cōuersationem ipsius anime quedā adornatio. nam opera virtuosa sunt quedam anime ornamenta. Ad cuiꝰ laudē dicitur Canti. primo. Pulchre sunt gene tue sicut turtu

168

ris. Pulchritudo enim mulierum dicitur esse in genis. Similiter et anime pulchritudo cuius gene sunt vis concupiscibilis ⁊ irascibilis de quibus videbitur infra. Tercium est per viscerosam charitatem quedam gratifica presentatio hec enī sola facit animam deo gratam ita ꝙ vt dicitur Sapientie. sexto p̄occupat qui se concupiscunt vt illis se prior ostendat. Talibus nimirum dicit sponsus in Canticis secundo. Surge propera scilicet affectu ad me erigendo amica mea per charitatē columba mea per conuersationis honestatem. Sequitur ostende mihi faciem tuam omnia tua ad me referēdo ⁊c̄. Sic hester regina ad regem ingressa placuit oculis eius erat enim omnium oculis gratiosa ⁊ amabilis videbatur. Ve tibi virgo fatua que faciem tuam adornare retardans ipsam diuino conspectui presentare dissimilans in presenti quia velis nolis in futuro iudicio tibi dicetur ostende mihi nummisma ⁊ quicquid inuentum fuerit fedatū igne purgabitur. Si vero deleta fuerit eius similitudo. Cuius inquiet est ymago hec ⁊ superscriptio eternaq̄ damnatione multabitur

Dominica. xxiiij.

Sermo. cliij.

Tetigero tantū fimbriam vestimenti eius salua ero Math. ix. Querit doctor sanctus prima secūde. q. cix. Vtrum homo resurgere possit a peccato sine auxilio gratie presertim cum resurgere a peccato pre exigitur ad illuminatōnem gratie. vnde ad Ephe. quinto. Exurge a mortuis ⁊ illuminabit te christus. Ad qō respondet. ꝙ homo sine auxilio gratie licet potest ad tempus ab actu peccati cessare nunquā tamen resurgere potest. quia resurgere a peccato est hominem reparari ad ea que peccando amisit. Incurrit enī homo peccando triplex detrimentum. Primo maculam inquātum priuatur decore gratie ex deformitate peccati ⁊ talis decor in anima recupari non potest nisi deo denuo illustrante. Vnde sequit̄ habituale donum quod est gratie lumen. q̄ decor gratie prouenit ex illustratione diuini luminis. Secundo corruptōnem incurrit naturalis boni. quia natura bōis deordinatur voluntate hominis deo non subiecta hoc enim ordine sublato consequens est vt tota natura hominis peccantis inordinata remaneat. et hic ordo nature recuperari non potest nisi deo voluntatem hominis ad se trahente. Trahe inquit me post te. Tertio incurrit reatum pene per quem homo peccando mortaliter meretur penam eternam. vel eternam demnationem qui reatus remitti non potest nisi a deo in quem est offensa cōmissa. Q̄ autem dicit apostolus. Exsurge a mortuis non intelligitur ꝙ tota resurrectio a peccato precedat illuminationem gratie sed indicitur homini illud pertinet ad motum liberi arbitrij qui requiritur ad hoc ꝙ a peccato resurgat ⁊ ꝙ per liberum arbitrium a deo motum resurgere conatur a peccato recipit lumen gratie iustificantis. Quod lumen signatur p̄ fimbriam vestimenti eius qui amictus est lumine sicut vestimento. frimbria enī vestis diuine est lumen illud gratie quod diffunditur in mundo iustis. ⁊ lumen glorie quod diffunditur in regno beatis. Si ergo tetigero ⁊c̄. Si tetigeris tantum Seneca libro primo suarum declarationum dicit ꝙ in ciuitate quadam talis erat consuetudo ꝙ rapta raptorem petere

debuit ad mortem vel q̄ eam ducat ī vxo
rem sine dote. Qua supposita talis casus
contigit q̄ raptor vnus duas vna nocte
rapuit. Quarum vna mortem suam expe
tens sic arguit. Si pro vna rapta mori
debuit multomagis pro bina. Altera ve
ro requirens raptorem ad nuptias econ
tra sic arguit inter pares sententias mi
tior vincit cum ergo sint equales in lege
quia fui rapta sicut ⁊ tu ⁊ pars mea sit mi
tior ergo sententia pro me dari debet. Ra
ptor iste christus est qui in hoc euangelio
a dyabolo rapuit duas. Vnam sanguine
viuentem ⁊ aliam in domo morientem per
quas intelligere possum⁹ duas ecclesias
scilicet ecclesiā malignantium de qua p̄s.
Odiui ecclesiam malignantium ⁊ intelli
gitur per mulierem sanguine fluentem id
est peccato. Et ecclesiam iustorum que si
gnatur per puellam in domo mortua sed
statim resuscitatam anteq̄ efferretur ex
tra per effectum peccati mortalis. Vtrā
q̄ rapuit ecclesiam lauacro baptismatis
abluens ⁊ a potestate dyaboli eripiens.
Sed vna recidiuans ad consuetudinem
actualium vitiorum per contemptum de
nuo christum crucifigit ⁊ ad mortē expe
tit. Alia vero petit eum ad vitam annu
lo fidei desponsata, ac licet aliquando vi
cta passionibus in affectu vel effectu pec
cati deuiat petit concito pater puelle scz
ratio cui anima in custodia tanq̄ patri
cōmissa est vt veniens imponat illi man⁹
⁊ viuat, ⁊ quia pars hec mitior est surgēs
ihesus sequebatur eum vsq̄ in domū con
scientie ⁊ suscitauit illam. Sed quia ma
ior cura fuit deo pro peccatoribus qui nō
venit vocare iustos sed peccatores ad pe
nitentiam fluxum sanguinis id est pecca
B torem pacientem inspiciam⁹ quoniam sa
nari oportebat. In verbis ergo propositis tria tanguntur que verū ⁊ pfectum chri
sti tactum causant ⁊ spiritualem sanita
tem reparant. Primum est approximatō
cum dicitur tetigero. Remota nanq̄ licet
se videre possunt ⁊ audire, non tamē mu
tuo se tangere nisi fiat approximatio. Et
quia longe a peccatoribus salus, merito
sollicitandum est quomodo peccator de
beat deo appropinquare, vt iustificetur
Quod docet doctor sanctus prima scōe.
q. cxiij. dicens q̄ iustificatio impij fit per
modum quendam quo mens humana mo
uetur a deo de statu peccati ad statum iu
stitie. Sicut enim corpus aliquod moue
tur a termino a quo, ad terminum ad quē
sic mens per modum liberi arbitrij moue
tur a peccato per detestationem ad deum
per desiderium. Oportet ergo q̄ singula
peccata detestetur quorum memoriā ha
bet alioquin a termino a quo non dum re
cessit. Et sic sequitur quidam motus vni
uersalis detestationis omnium peccato
rum que gessit in ter que includuntur etiā
peccata oblitioni tradita per quem mo
tum propinquat deo iacobi. quarto appro
pinquate domino ⁊ appropinquabit vo
bis. Et subdit quoniam sit appropinquā
dum. Emundate inquit manus peccato
res id est peccata operum. Et purificate
corda id est peccata cogitationum ⁊ ma
larum affectionum. Et sequitur quomo
do id faciendum sit. Miseri inquit estote
et lugere. Risus scilicet videtur de com
pletione peccati in luctum conuertat. ⁊
gaudium de oblectatione vitiorum in eo
rum recordatione in merorem scilicet cō
uertatur. Et sic appropinquabit vobis
scilicet dominus per auxilium diuine gra
tie. Sicut apte figuratum est in rege ma
nasse qui vt habetur quarto ℟. regum. xxj.
⁊ secundo Paralipo. xxxiij. propter in
finita mala opera sua longe exulās a deo
etiam corporaliter ductus est in babilo
nem qui tandem omni solatio ⁊ auxilio
destitutus humano ad diuinam se con
uertit ⁊ egit penitentiam valde coram
deo patrū suorum ⁊ misericordiā inuenit

vt patet supra. Secundum autem est immediatio cum adiungitur tātū. nā ꝓpinq̄ que mediū habet nō faciūt tactū sicut apparet in manu vestita ciroteca. ¶ Sic etiam non sufficit per penam contritionem approximasse christo nisi sublatum fuerit omne quod esse potest inter deum et animam. alias enim virtutem sanatōis eius non percipiet. Dicunt naturales ꝙ Saphir⁹ sic ponatur immediate super oculum sanguinolentum statim detrahit inde totum sanguinem. Sic immediata coniunctō anime ad christum sua virtute omnem humorem corruptum extrahet ab anima Hinc scriptum est Luce. vj. Omnis turba querebat eum tangere. quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Sed q̄d est illud medium inter deum ⁊ animā. Solum vtiq̄ peccatum de quo dicitur Sapientie. primo. ꝙ etiam peruersi cogitationes separant a deo. Et hoc medium ꝑ contritionem quātūcunq̄ vigorosaz tolli nō potest nisi cum assit voluntas confitendi de singulis ⁊ omnibus que volūtas oportuno tempore sortiatur effectum. Sicut clarius figuratum est ⁊ ostensum in Dauid rege. qui post patratum adulterium ⁊ homicidium in contritōne magna ⁊ timore iugiter clamauit ad dominum. Sed q̄d quoniam inquit tacui Glosa. confessionē inueterauerunt ossa mea dum clamarem tota die Lyra. Clamor iste non fuit confessionis peccatorum sed anxietas causa timoris. ne super eum appareret diuinuz iudicium in aliqua manifesta punitione. vide supra ¶ Tercium vero est consolidatio cum dicitur fimbriam. nam vnita. nisi fuerit solida non faciunt tactū. Sicut patet de aere qui tactu ꝑcipi nō potest. Sic nobis summe cauendum est ne ex ꝑte nostri sit tactus aerius ⁊ victus quo solum aerem verberamus. Vis audire tactum verum. Sic inquit apostolus. Pugno nō quasi verberans id est non verbis tantū sed ⁊ factis quia non in sermone est regnum dei sed in virtute. sed castigo corpus meum ⁊c̄. Sequitur. ne ipse reprobus id ē a deo reprobatus efficiar. Multi sunt enī qui deum aere tangere videntur id ē contritiosis suspiriis ⁊ lachrimosis confessionibus in quibus tactus verus non sequit̄ sed nec opera penitentie per detestationem culpe. sed potius hec contritio procedit timore tꝑalis vindicte. vel eterne pene Sicut legitur de Achab rege. iij. Reg. xxj. qui suscepta cōminatione terribili ꝓ morte Naboth quem iniuste permisit interfici scidit quidem vestem suam induit cilicium ieiunauit in sacco dormiuit ⁊ dimisso capite ambulauit. sed affectum malicie non mutauit. licet animū timore vindicte ad tempus ab operis exeutione cōpescuit. Et quia veram penitētiam nō subijt. ideo solum aerem verberauit. Vide tamen miram dei clementiam qui nihilominus taliter tactus virtutem sue bonitatis exalauit. Vidiste inquit Achab humiliatū coram me. Quia igitur humiliat⁹ est mei causa non indutam hoc malum in diebus eius ⁊ sic prolongata est vindicta Cum enim deus nullum bonum relinquit irremuneratum licet talis peninentia nō sit meritoria gratie ⁊ euasionis eterne pene est tamen aliquando meritoria dilationis tꝑalis pene vt dicit ibidem Lyra Si igitur tactum verum velis exꝑire considerare stude cū symone que ⁊ qualis sit mulier id est anima que tangit eum. Nā sm laycos que querit de substantia qualis d̄ qualitate. Sic considerare debet quisq̄ de qualitate operantis an in statu gratie an amore iusticie vel intentionis debite. ¶ Secundo de substantia operis vtrū sit ad bonum referibilis ⁊ repletiua preceptorum dei. quia si omnia seruauerit et in vno tantum dereliquit factus est omniuz reus. Sic dominus respexit ad abel ⁊ ad munera eius ad cayn autem non respexit Quartū deniq̄ est adhesio cum dicitur. salua ero. nam ignitus carbo subtito non vrit nisi prius inhereat. Sic christus virtutem suam non effundit nisi in eos qui ꝓposito ꝑpetue ꝑseuerātie sibi īhereāt. q̄re dicit p̄s. Mihi aūt adherere deo bonum

est. Quia emplastrum nō aufert dolorem nec confert medicinam curando plagam nisi persistat super infirmitatem. Eccle. xxxiij. Qui baptisatur a mortuo et iteruz tangit mortuum quid pdest lauatio eius Vbi dicit glosa Augustini. Post lauacrū mūdi eē negligit qui post lachrimas vite innocentiam nō custodiuit. Lauantur quidam et mundi nō sunt. quia cōmissa flere nō desinunt et iterum flenda cōmittunt. Hi sunt qui ad tempus credūt et in tēpore temptatōnis recedunt. Quare Eccle. vj. dicitur. Si possides id ē possidere vis amicum. in temptatōne posside eū Ideo dictū est Thobie. quia acceptus eras deo necesse erat vt temptatio pbaret te. O felix Job quem dominus tam fidelem prescieus vt nō esset ei similis in terra in exemplum tamē posterorū eum diabolo probandum tradidit tam crudeliter et vniuersaliter vt nihil supesset quo fragilitatē humane mentis plus torquere potuisset vt sic toti mūdo fidelitas eius innotesceret Donec inquit spiritus est in naribus non recedam ab innocentia mea. Et vide cōsequentiaz. Adhesit ait pphēta anima mea post te scz tam in aduersis q̄ in psperis. et ideo me suscepit dextera tua. Hi vero id est me persecutores inuanū quesierunt animam meam.

Dominica vltima. Ser. cv.

Facite homines discumbere. Johis. vj. Querit bonauentura sup. iij. dis. xxxij. Vtrū deus magis diligit hominē q̄ angelum p̄sertim cū angelus est natura deo similioz et p̄sequens est eius natura nobilioz. Et ideo p effectum creatiōis ostendit se angelum plus dilexisse q̄ hominē. Ad hoc breuiter respondet q̄ q̄tum ad affectū cōditionis magis dilexit angelum cui meliora bona nature cōtulit. q̄tum tamē ad effectum reparatōnis magis dilexit hominē. tum quia angelos reprobos omnino deseruit. homines vero peccantes tāto sudore redemit. tum quia humanā naturā nō angelicam assumpsit. Et ideo loquēdo de statu presenti magis dilexit angelos q̄ homines quos miserie presentis exilio relegauit longa inedia cruciandos. Sed loquēdo d̄ statu glorie in q̄ erit cōsummatio cōsummata. sic videtur rationabiliter dici posse q̄ magis homines diligat. Homo nā q̄ de pluribus habebit in paradiso vñ gratus et deuotus existat deo q̄ angelus ordo. tum ppter beneficium redemptōis. tum ppter beneficium eminētis glorificationis que nō tm manifestant sed erga nos diuine charitatis magnitudinē sed eius misericordiam. sm illud Ephes. ij. Deus q̄ dives est in misericordia ppter nimiam charitatem suam qua dilexit nos cū essemus mortui peccatis cōuiuificauit nos christo. Et ideo licet angelus deo similioz q̄tum ad ea que sunt nature non tamē q̄tum ad dona gratie. Modo diuina dilectio magis pensat dona nature supaddita q̄ ea q̄ sunt naturaliter insita. Vñ rōne boni voliti dilectio a diligente magis dilexit humanā naturā q̄ angelicam. ita q̄ ceteris paribus in gloria humane nature q̄ angelice. plura relucebūt charitatis indicia Sed q̄tum ad hoc angelica natura p̄cellere videtur vt tangit Richardus sup hūc locū. Quia plures erunt angeli sup̄iores hominibus q̄tum ad bonum gratie et glorie q̄ erunt illi homines qui erūt simul pares vel superiores. et hoc ppter multitudinem tepide cōuersantiuz. licet enī deus liberaliter offert homini gratiam suam et nō improperat tamē ingratus et desidiosus ad eius receptionē se pparare dissimulat. Facite inquit homines discumbere ꝛc̄. Et dauid in persona tepidorū. percussus sum vt fenum et aruit cor meuz. q̄z oblitus sum comedere panem meum. Nolunt enim discumbere et ideo relinquunt aridi in fluxu gratie. Facite inquit hoīes discumbere. Scōm alchimum ad literam discūbere dicim⁹ antiq̄ more iacēdo comedere. Spūaliter vero discūbere est spiritū

nostrum humilitate ꝓcliuum. corpus suũ quod feno cõparat̃ potestatiue subijcere vt obediat ei voluntarie ad manducandum panem doloris et penitentie quos vtiq; in hoc euangelio quinq; inuenio.

G Et beatus hic puer qui quinq; panes hos ordeaceos secum ad desertum seculi detulerit quo raparetur et reficiatur ad innocentie statum ꝓficiens. Primus panis est ꝯtritio lachrimosa que debet formari ex cõsideratione peccati iudicem irritentis. animam deformantis. gloriam amittentis. et penam ꝓ merentis. vt per talez cõtritionem offerat se sacrificium medullatum. quia iuxta psalmum. Sacrificium deo spiritus cõtribulatus. De quo pane dicit in alio psalmo. Cibabis nos pane lachrimarum et potũ dabis nobis in lachrimis in mensura. Quibus refici debet aĩa et lauari cõscientia. Quantum ad anime refectionem dicit p̃s. Fuerunt mihi lachrime mee panes die ac nocte ⁊c̃. Pro cuius intellectu sciendum ꝙ ille psalmus. Quẽ admodũ desiderat ceruus ⁊c̃. Predictuz versiculuz in se cõtinens editus est a filijs Chore qui paternaz maliciã detestantes deo fideles ꝑseuerabãt. Vñ paterna vindicta priuati in gratiarũ actões eoꝝ psalmi semper desideriosam leticiã preferunt vt eos signent qui populum suum et domum patris sui obliuiscẽtes inclinãt aures suas ad diuina mandata pariter ⁊ cõsilia quorum anima sicut ceruus ad fontes aquarum ita ad deum suum sitire debet. Dicit enim ibidem glosa ꝙ cerui senio grauati excrescentibus crinibus atq; cornibus ꝓ remedio serpentẽ extrahũt de cauerna spiritu narium quo scz hausto licet eius pabulo reparantur statim tamen estuant eius veneno. Et ex hoc fontez ad bibendum ardentissime desiderãt. Cuius vigore refrigerati cornua deponũt. ⁊ pilos velut in iuuentutẽ gratam reformati. Sic quisq; vicijs grauatus attrahit contritõnis amaritudinẽ viciorũ veneno cõfectam quo hausto sitiet fontẽ lachrimarũ cõtritione lachrimosa refrigeriũ querẽs

Quantũ vero ad cõscientie lotionẽ dicit p̃s. Lauabo per singulas noctes lectum meum ⁊c̃. Hunc ergo panem comedit propheta Daniel vt habetur eiusdem. x. vbi dicit. Ego daniel lugebam triuz ebdomadarum diebus peccata scz et miserias populi israel. panem desiderabilem id est cibum delicatum nõ comedi caro et vinum nõ introierunt in os meum neq; vngento vnctus sum. cum tamẽ esset senex quoniã a tempore transmigrationis eius in babilonez iam transierunt anni sexagintanouem. lugebat igitur et penitentiã agebat vt finem captiuitatis percipere mereret̃ Et responsum accepit ab angelo. Ex die primo quo posuisti super cor tuum vt affligeres te ex audita sunt verba tua Secundus panis est cõfessio puderosa recolens illud Apl̃i. Quem fructum habuistis tunc in his in quibus nũc erubescitis. Dicit enim Gilbertus super Cãtica ꝙ optimum in sponsa christi decoramentum est verecundia. nimirum quoniã inter virtutes reformatiuas nulla est deo acceptior Quicquid enim deo in homine displicet abscondit. Vnde sicut nigredo carbonis occultatur cum inflammatur. sic difformitas anime tegitur cuz in presentia diuina rubore perfunditur et sic mentem gratificat deo quod naturali docemur exemplo. Nam dicit Boetius in cõmento super cathegorias Arestotil̃. cum homo penitet in aliquo delicto sanguinis amicus nature quasi cooperturus delictum tendit ad exteriora Et hec est causa ꝙ quis efficitur rubeus cum timet vel verecundatur. ⁊ sic faciei venustas acquiritur. A simili taz felix verecundia coram deo quasi colorem pulcritudinis superinducit anime cuz pudore cõfessionis. Et hic panis figuratus est Ezechielis. iiij. vbi dicitur. Ezechiel ad iussum domini peccatum domus israel et Juda. portans penitentis in se formã accepit. Precepit enim dominus ꝙ ingrederetur domũ suã ⁊ includeret̃ vt dict Lyra. ꝙ a famulis se ligari fecerat ne se conuertere posset a latere in latus numero

dierũ trecentorum et nonaginta ꝓ pecca
is israel super latus sinistrum. Et ꝓ iuda
diebus quadraginta super latus dextruz
Priuatus etiam loquela factus est mu-
tus. Precepit deinde domin⁹ ꝙ faceret
numero dierum illoruz panes in pondere
ad vescendum vnũ in die qualibet ⁊ aquã
in mensura et stercore inquit quod egrede
retur de homine operies illud id est ſm he
breos coques illud. Sicut enim media li-
gnorum cogente pluribus in locis sterco-
ra boum exsiccata conseruantur ad vsum
ignis sic fieri p̃t etiam de stercorib⁹ huma
nis. Et ideo precepit dominus vt camino
tali igne stercoris humani calefacto panẽ
suuz coqueret. Abhorrẽs aũt hoc ꝓpheta
respondit ſm hebreos a ha. quod est inter
iectio admirãtis vel cõquirẽtis. Domine
deus. ecce aĩa mea nõ est polluta scz escis
immundis ⁊c̃. Tunc tꝑauit dñs mandatũ
dicens. Ecce dedi tibi fimum boũ ꝓ ster-
coribus humanis ⁊c̃. Ezechiel figurã te-
net peccatoris penitẽtis qui ligatus affe
ctu timoris ꝓ peccatis. Primo dormire
debet in latere sinistro cogitando de mor
te. iudicio. inferno ⁊c̃. Postea in dextro
cogitãdo de dei misericordia et largitate
de eminẽtia gratie ⁊ virtutũ. de vbertate
glorie ⁊c̃. Et his quidã dieb⁹ fallaces mũ
di diuitias ꝑniciosas delitias ventosos
honores quibus prius in animo fouebat̃
velut panes coquere debet in fornace fer-
uide cõtritionis stercoribus boum id est
puderosa cõfessione viciorũ. Emissa nãq;
stercora quandã cõfusionẽ inducũt etiaz
naturaliter in quibusdã brutis. Sic feda
superflua vicioꝝ ꝑ cõfessionem emissa cõ
fusionem innouãt vt sic eodẽ pane iam re
ficiat̃ in amaritudine quo prius voluptu-
ose vescebatur cõplectens etiã silentij san
cti virtutem velut intimi doloris iudicez
¶ Tercius panis est ieiuniũ macerans in
quo simul intelligitur oĩs afflictio corpo-
ralis extenuãs ⁊ seruituti spiritus subijci-
ens quod merito requirit̃ vt in quib⁹ q̃s
peccauit in his cõtrario peniteat. Johel
ij. Cõuermini ad me in toto corde vestro
in ieiunio et fletu et scindite corda vestra
Cui⁹ nõ surdus auditor magn⁹ ille arseni⁹
fili⁹ cuiusdã nobilissimi senatoris romani
cum adhuc in pallacio existens oraret vt
dirigeretur ad salutez. vocem audiuit Ar
seni. fuge homines et saluaberis. Unde
veniens ad desertum iterum audiuit vocẽ
dicentem. Arseni fuge tace quiesce. Q.d̃
et fecit. Per totum ergo tempus vite sue
sedens ad opus pannum habebat in sinu
ꝓpter lachrimas crebro defluentes. ac to
tam noctem ducens in somnẽ. Cum mane
iam facto ꝓpter nature lassitudinem dor-
mire cogeretur dicebat somno. veni serue
male subripiensq; parum de somno statiz
surgebat dicens. sufficit monacho si dor-
mierit vna hora. Vespere vero sabbati
iam aduenientẽ dominico relĩquebat post
se solem et manus suas extendebat ad ce-
lum donec sol iterum ascendens faciez ei⁹
illustrabat et sic residebat. Huius etiam
figura claret in Helya ꝓpheta qui vt dici
tur. iij. Re. xix. cum fugisset a facie Jesa-
bel in desertum dormiuit subter vnam iu-
niperum. excitatur per angelum. reficitur
per panem subcinericium potatur aqua.
ieiunus ambulat spaciuz dierum quadra
ginta vsq; ad montẽ dei. Quia dicit Au-
gustin⁹ libro de mirabilibus sacre scriptu
re. ꝙ ille cibus angelicis manibus prepa-
ratus talem virtutem habuit ꝙ diu serua
re potuit naturam corporis a cõsumptõ-
ne calidi naturalis propter quam requiri
tur sumptio cibi ad restituendum id quod
cõsumptum est. vt habetur primo de gene
ratõne. Helyas est penitens. Achab dia-
bolus. Jesabel caro. vmbra iuniperi me-
moria crucis. eo ꝙ fugat omne venenosuz
sic̃ vmbra iuniperi ſm pliniuz. Panis sub
cinericius macerationem penitentialem
signat que digna iudicatur visitatõne.
Nam cum eum dominus vellet lautiori-
bus reficere. non angelus sed coruus mi-
nistrauit. sicut dicitur. iij. Regum. xvij.
Coruus q̃q; p̃cepi vt pascãt te. Lyra. mi
nisterio angelico ad hoc eos inducẽte de-
ferebãt ei panẽ et carnes mane ⁊ vespe-

Quartus panis est elemosina recreans In qua cōprehenditur omne subsidium primum subleuans siue corporale fuerit siue spirituale. Talis enim elemosina vt dicitur Thobie. iiij. et etiam. xij. ab omni peccato ⁊ a morte liberat et nō patitur a/ mas ire in tenebras. De cuius etiā effi/cacia dicit Crisostom⁹ sup̄ Matth. Q⁹ si cut medicamentum multas quidam ber/bas accipit. vnam quidē dominatissimaz sic in penitentia ista herba scz elemosina dominatioꝛ ⁊ potentioꝛ est et vniuersum ipa efficit pigmentum. Nimirum qz sicut aqua extinguit ignem ita elemosina extin guit peccatum nec solum sed etiaz in pre/senti plerunq; reddit mensuram bonam rerum temporalium et confertam dono/rum corporalium scz sanitatis longeuita tis ⁊c. Et agitatā donoꝛum spiritualium et superfluentem premioꝛum eternalium. Nam vt de ceteris sileamus. vt dicit. iij. Re. xvij. Post coꝛuoꝛ administrationem precepit Helye dominus vt pasceret a/pud quandam viduam. abijt igitur et in/uenit eam ligna colligentez. Cui dixit. da mihi paululum aque vt bibam. erat enim fatigatus ⁊ sitibundus. Cunq; pergeret illa vt afferret clamauit illam dicens. Af fer mihi obsecro et buccellam panis Que respondit. nō habeo nisi pusilluz farine ⁊c vt patet in textu. Non enim defecit fari/na vel oleum donec dominus dedit pluui am super terram ⁊ fertilitatem. ¶ Quin/tus panis est oratio mentez eleuās ⁊ affe ctum humilians. Quoniam orationi pro peccatis accedit coꝛdis confusio. Et ab eis auersio vt sic in se confusus veniam a deo per humilitatē recipiat quem per su perbiam offendit. Et hic est panis ange/loꝛum cōtinue deuz laudantium. p̄s. Pa nem celi dedit eis panem angeloꝛum mā/ducauit homo. Vnde de quolibz iusto di citur Eccle. xv. Cibauit illum pane vite⁊ intellectus. Et hic panis ad modum sopo rosus ē sed paucis. Quā dulcia inquit fau cibus meis eloquia tua super mel oꝛi meo Pauci nanq; panis huius suauitatez de/gustant nisi ex dono singulari spiritussan cti ad hoc assumantur. Sicut figurate p/pter amoꝛem Jonathe quod interpreta tur columbe donum Dauid id est christus filium eius miphiboseth in gratiam et fa/miliaritatem accepit dicens. ij. Regū. ix. Faciā in te misericoꝛdiā ppter Jonathā et tu comedes panem in mensa mea semp Quod nobis prestare videtur idem Je/sus christus Amen.

¶ Expliciunt sermones de tempoꝛe to/tius anni.

Incipiunt sermones de sanctis fratris Henrici Herpf ordinis predicatorum. In festo sancti Andree apostoli.

Rabbi vbi babitas. Joh. j. Scom doctores duplex distinguit amor. Est enim amor concupiscentie cuj aliqd amam⁹ non vt amatis velim⁹ bonu: sed vt ipm eor bonuj velimus nobis. sicut dicim⁹ amare vinum vel equm vel etiam hominem ad vtilitatem socialitatem vel delectationem ppriam. et hic e amor fict⁹ et instabilis. Alj⁹ e amor amicicie q est cum benivolentia. qm scj sic amam⁹ aliquej vt ei velimus bonuj sicut et nobis. nec respicit amor iste ppriam vtilitatem vel delectationem. et dicit amor verus quo Johannes christum amavit. Et ideo respiciens Jesuj ambulantem. qr sm Theophilum erat amic⁹ sponsi. nō querebat gloriam suam: sed magj ostendit discipulis que sequerent: dicēs. Ecce agnus dei. Quare agnus? nisi quia innocēs in se pie tollit peccata mūdi. Unde mater ecclesia vocat dnm ter agnuj in missa. quasi diceret sm magistrum in historijs. Agne dei qui agnouisti patrej plena obedientia: miserere nobis. Agne dei qui nouisti matrem diligenti cura. miserere nobis. agnus enim solo balatu matrem cognoscit. Agne dei. i. pie qui te obtulisti p nobis in cruce: dona nobis pacem. Audierēs aūt duo ex discipulis eius: secuti sunt Jesum. Nam sm Chrisos. et alij erāt discipuli qui non solum secuti nō sunt: sed et zelotipe ad christum dispositi erant. Qui ⁊o meliores erant simul audierūt et secuti sunt. Quos videns Jesus sequētes cōuersus ad illos: ait. Quid qritis? Rabbi inquiunt vbi habitas? quasi dicerent. qrim⁹ habitatōem vt frequētemus psentiaj. Quibus dns. Venite et videte. Venerūt et viderunt ac illa nocte manserūt et celestem instructionem perceperunt. que sunt verba pposita. Rabbi vbi habitas. Interrogatio familiaritatis affectiua quereus mansionej vt frequēter psentiam. et rnsio amorj. ꝓuocatiua lubdēs: venite et videre. Fuit enim magis pflua largientis exhibitio q exhortātis petitio. Ad nram igitur instructōem exemplo pnio demōstrauit discipulo pcipue quintuplicē spualem mansionē ad quā ducere nititr animā fidelem tramitē perfectōis inquirentē et ingeminātem. Rabbi vbi habitas. Naj habitauit primo in paupertatis arduo: vt diceret de seipo. Vulpes foueas habent et volucres celi nidos. filius autē hominis pauper est non habēs vbi caput suū reclinet. Testantē hoc stabulū et psepiū: imo totus decursus sue pegrinatiōis quo mendicabat et victū et hospiciū. qr sicut locuj non habuit vbi quiesceret: sic nec denariū vnde viueret. Unde ad soluendum didragma Petrū ad piscem mittit: et ad puteū residens in siti fatigatus aquā petit. In templo pdicās de sero circūspectis omnibus ꝛeiun⁹ recedit. Et sm Hubertinū frequēter in nuda terra dormiuit: ac tandeꝛ omnib⁹ spoliatis nudus in cruce pependit. Venite inquit et videte. qr nisi quis renū ciauerit omnib⁹ q possidet nō pt esse me⁹ discipul⁹. Ecce ad quātam celsitudinē pfectionis discipulos vocauit in arduo paupertatis: cui soli debet priuilegiuj iudiciarie potestatis. Nescitis inquit Paul⁹ qr angelos iudicabimus. Et hoc ꝓpter tria vt dicit doctor sanct⁹ super. xiij. dist. xxviij. Primo ratōe cōgruitatis. quia voluntaria paupertas est eor que omnib⁹ que mūdi sunt cōtemptis soli christo inherent. et ideo non est in eis aliquid qō eorum iudiciū a iusticia deflectat. et sic reddunt idonei: q si veritatē iusticie p omnibus diligentes. Secūdo p modum meriti. qr hūilitas pro merito cor respōdet exaltatio. paupertas autem qr reddit hominē singulariter despectū. ideo pauperibus voluntarijs repromittit excellētia iudiciarie potestatis Tercio quia in pgressu ad perfectōem vite paupertas voluntaria pma ponit inter beatitudines velut janua totius pfectōis

que perfectio disponit cor humanuz vt sit edoctū omni diuīa veritate: in quo decreta tenētur diuine iusticie ex quibus homine iudicabūtur. Sicut si liber in quo cōtinet lex iudicare dicat. Hinc est q nō quibuslibet pauperib⁹ voluntarijs hec potestas pmittitur: sed illis tm̄ qui relinquentes omnia sequūtur christuz fin perfectionem vite: in quibus relucet omniū virtutum perfectio. que dānabit omniū aliorū imperfectōem: eo q homīes fuerunt sicut r illi. Andreas ergo relictis omnib⁹ in fame r siti: in frigore et nuditate secutus est Jesum vt videret vbi maneret. necdū tamen inuenit locū māsiōis eius. sed adhoc clamare necesse est Rabbi rc. ¶ Secūdo habitauit in patientie clibano pbatus iniurijs. persecutōibus. oblocutiōib⁹ q vorax esset r potator vini. amicus publicanoz. q haberet demoniuz: r ea ejiceret in principe demonioz velut in camīo ignis. nec inuenies eum vel tenuis indignatiōis aut impatiētie reliquisse vestigiū quin potius vndiq circūdatus angustijs in cruce pendens. Hinc trāffixus maternis doloribus. illinc perseuerātiuz impioz insultationibus. hinc ad iracundiā puocatus paternis affectibus pietate cogente ꝓrupit in lachrymas. r efficaces pces obtulit: dicens. Dimitte illis. Andrea inquit. veni r vide. Quasi diceret. gratissimā amplectere patientiā r meā agnosces mansionem. Vnde cuz ipa paupertas plerūq tollerabilis sit dum lentē subuentōe cognatoruz r amicoz: ne saltem his subsidijs inniterentur perpetuū eis indixit exiliuz. Euntes inquit in vniuersuz mundū predicate Quasi diceret. relinquite parētes r amicos fugite dulce solum inter ignotos r inimicos cōuersamini Luc. x. Ecce ego mitto vos sicut agnos iter lupos. nolite portare sacculū neq peram. Nihil inq secuz sumerent vbi ignoti fuerāt r despecti. repulsi. reprobati. pſecuti. verberati. carcerati. Audite fratres quid dominꝰ assumere iussit. In patiētia inquit vestra possidebitis animas vestras. Hanc eniz vt comitez indiuisibilem eis assignauit. Cuius est ratio. q cuz discipulos sibi associare voluit gradu dilectōis supremo que est inter sponsuz r sponsaz. merito decuit vt illud ab eis inquireret qō potissime verā amicicia ostenderet. i. aduersa pro dilecto non solū patienter: sed r affectāt amplecti ac morte priuatissima velle cōdemnari. Maioze inq hac dilectōem nemo habet. Hinc enī Andreas r ceteri apostoli ibant gaudētes a cōspectu cōcilij. quoniā digni rc. vt vel sic viuerent r viderēt vbi Jesus habitabat quo nondū ad plenū inuēto adhuc clamare necesse est Rabbi rc. ¶ Habitauit tercio in charitatis studio. quo scz adeo ferbuit ad salutem nostrā q in nulla corporis ppio parcere potuit. nullis reuocari blasphemijs. iniurijs. persecutōibus. vt vl in minimo cōceptum nostre saluatiōis rigorem r feruoz̄ relaxaret: sed cōtempto corporis cōmodo diceret. Ego aliū cibuz habeo māducare quē vos nescitis. Hinc essi ꝑdicatiōibus vacans r orationibus dies plerūq ducebat ieunos r noctes insomnes: vel virginea membra humi ꝑstrabat Quid mirū. cum etiaz si christus tot mēbra habuisset quot stelle sunt in celo. quot gramīa in terra. q gutte in mari. r vnum quodq membruū corpus habuisset: omnia passioni tradisset anteq vnā animā ex defectu sui perire pmissiz: vt merito diceret ps. Annūciate inter gentes studia eius. Veni inquit r vide. Quē secutus Andreas salutis animaz zelator perfectissimus non solū terras perlustrās in fame r siti: i frigore r nuditate. in pſecutōibus r irrisionibus: sed etiā in agone crucis biduo certans christuz cunctis gentib⁹ fere viginti milibus feruēter predicauit. sciens zelum animaz esse sacrificiū deo gratissimū veluti ex potissima charitate ꝓfluens: que sola vestem nuptialez exornat et gratificat. Vnde legim⁹ in libro de mirabilib⁹ orientis qui Johāni episcopo intitulatur. vbi refert ex ore regis indox dicentis. In q̄dam prouīcia nostra sunt vermes qui dicuntur salamandre: nec viuere possunt nisi igne. qui faciūt pelliculas quasdā iuxta se sicut bombices faciētes sericū. que pel

licule studiose operãtur. a. dñabus nostri palacij de quibus pãnos habemus ad omnes vsus nostre excellẽtie. qui panni nunq̃ frangũtur. sed si deturpãtur non nisi in igne fortiter accẽso lauanť. Dec ille. Salamandra est potentia affectiua anime: que sicut salamãdra corpaliter ita anima moritur spũaliter: nisi cõseruet in igne charitatis. Facit autẽ pellículas iuxta se. quia operat virtutes. Nam sicut omne vitiuz est voluntariũ: ita et oñis virtus. Ex quibus virtutũ pelliculis pann⁹ conficit intextus virtute charitatis: quo. s. vtitur anima felix ad omnẽ ornatũ et vsum sue excellentie. Qui si quãdoq̃ venialib⁹ maculat: in igne forti lauãdus est et purificãd⁹. In eo nanq̃ dealbauit Andreas stolaz. in eo secutus est saluatorem vt videret vbi maneret Jesus: necdũ tamen plenarie repit. sed clamare necesse est Rabbi ꝛc. ¶ Quarto habitauit in penalitatis stadio. in quo potissime fuerat positus in cruce pendẽs: vbi in oĩb⁹ mẽbris patiebatur. Nã ne lingua illa saluifica maneret impunita aceto potabatur et felle. Et sicut patiebatur in oñibus mẽbris corporis: sic et in omnib⁹ anime potẽtijs. Dec tamẽ pati non poterat sm naturã diuinitatis. Cui⁹ etiaz acerbitas fuit vt ita dicam in vltimitate penalitatis. quia sicut in eius carne fuit equalitas maxima cõplexionis et sensuuz perfecta viuacitas: que adaugent penaz corporalez. sic in anima sũma fuit charitas qua zelabat patris honorẽ et iniuriaz. et ad p̃ximuz viscerosa pietas q̃ nihilomin⁹ eius obstinatiõi cõdolebat. et ideo fuit vtrq̃ dolor intẽtissim⁹. Dinc lachrymosis oculis in cruce patrẽ interpellasse legimus et exauditũ eẽ p reuerẽtia sua. Dinc inq̃ respõdisse legit impijs crucifixorib⁹. Sitio. quasi diceret crucifigẽtibus. Ecce in passionib⁹ meis quibus nihil potest dolorosius inueniri in corde. nihil penali⁹ in corpore. nihil opprobrios⁹ in despectõe. de cordis mei amore vobis ostẽdi: cuz tamẽ turpissima et acerbissima morte vitam finio. Adhuc tamen sitio si possibile foret mille millibus modis vobis ingratis diuinũ vestre salutis amorẽ declarare. vt vel sic saxea corda vestra ad remeandũ fortiter attraherenť. Veni inquit Andrea et vide. Qui pperans ad locum vbi crux parata erat. et videns eam. Salue crux ꝛc. vt patet in legẽda. Redde inquit me magistro meo vt per te me recipiat qui p te me redemit. Noluit enim ab ea viuus separari: vt sic videret vbi maneret trib⁹ horis in actualissima penalitate. et hoc quidẽ recõpensauit tpe. qõ acerbitate nõ potuit. biduo viuens in cruce nolẽs ab egea deponi. quia regem suũ miles insequẽs viderat: licz nec dum puenerat: vbi sine fine maneret Jesus. Adhuc igitur necesse est iterare Rabbi ꝛc. ¶ Habitat ergo quinto in trinitatis medio: etiam sm humanitatẽ sublimatus ad cõsistoriũ eius. Gloria inquit et honore coronasti eum. et cõstituisti eum supopera manuũ tuarz: tam celestia q̃ terrestria. Oñia subiecisti ꝛc. Data est mihi inquit oñis potestas ĩ celo et in terra. Versa est inquit pauptas in affluentiaz. humilitas in excellentiã. penalitas in gloriam. Veni inquit Andrea et vide. At ille. Dñe secutus suz te quocũq̃ ieras. in frigore et nuditate. labore et persecutõe. in passione et crucis agone. Nunc autem dñe vim pati or: sed adiuua infirmitatẽ meam. et trahe me post te ꝛc. Unde diutius orantẽ splẽdor nimius circũdedit. et abcedente lumine spiritum emisit: vt veniret et videret vbi maneret Jesus. et mansit aput eum in eternum.

Sermo de sancto Nicolao.

Ge agentibus dedit sapientiã Eccli. xliij. Dorta tur nos aplus. j. ad Thimoť. iiij. dicens. Exerce te ad pietatem. Glo. id ẽ ad cultum et religionem oñipotentis dei et ad opera misericordie. Cui⁹ causam subdit: dicens. Corporalis quidez exercitatio. que scilicz est in ieiunãdo. vigilando. abstinendo: que sunt frena carnis ad modicum vtilis est. Glo. nisi huic addat pietas. Ad hoc enim tantuz valet vt quedaz

143

faciat vitare vitia. quibus vitatis homo
careat pena illis debita: sed non omni pe-
na. quia si soluz exerciciũ corporis habu-
it: perhẽnas penas sustinebit. Non enim
penalis (spũalia refrenat) corporis casti
gatio. sed ĩ multis plerũq; magis excitat.
sicut iram. inuidiaz. inanez gloriã ⁊c. Un
de phariseus in his se tm̃ exercitans ope
ribus. nec pietatem amplectẽs. Non sum
inquit sicut ceteri homĩes ⁊c. ieiuno bis
in sabbato ⁊c. Pietas autẽ ad omnia va
let. Cui⁹ causam assignat Hugo: dicens q̃
visibilis actio est quoddaz corpus. Deuo
A tio v̄o quasi spiritus eius. quia actionem
ip̃m viuificat sicut anima corpus. Et ido
actio sine deuotiõe mortua est. Cuz deuo
tione enĩ actio viuit. Et licet qd̃ viuit mo
riatur. tamẽ vita non moriť. Actio quidẽ
transit. sed pietas actiõis licz fiat in tem-
pore: non tamẽ finitur cuz tempore. Ope
ra enim illoruz sequũtur illos. Unde Ri-
chard⁹ in tractatu de gemĩo pascha. Pi-
etas est dulce cõdimentuz humanoꝝ actu
um. Sequiť ergo q̃ ꝓmissionem habet vi-
te que nunc est. i. vite gratie in p̃senti pro-
mittente domĩo. Date scilicz temporalia
cum affectu pietatis: ⁊ dabitur vobis: qd̃
est spũale. ĩmo mensurã bonam et cõfertã
⁊c. Testatur etiam hoc leticia spiritualis
quã generat ipsa pietas. Sequitur. et fu-
ture glorie. Glo. ibidem. Omnis sũma di
scipline christiane est in misericordia ⁊ pi
etate. quam aliquis sequẽs si lubricũ car-
nis patitur: sine dubio vapulabit: non ta-
men peribit. Unde domin⁹. Beati miseri
cordes ⁊c. pie agentibus dedit sapiẽtiã.
¶ Pie agẽtibus de. sapiẽ. Sicut dic̃ An
selm⁹ de similitudinib⁹. Spiritussanct⁹ mẽ
ti pietatem inspirat: dum eaz sibi compa-
ti: pieq̃ recolere facit. q̃ mis̃a erit si adeo
separata fuerit. ex qua inspiratõe mens il
lumĩata omnes operatiões pio desiderio
in fontem pietatis extendit: ⁊ omnez im-
pietatem excludit. Et hec est vera sapien
B tia que tangiť in verbis ꝓpositis. in qui-
bus quatuor notãtur per ordinez. ¶ Pri-
mo pietas miserãtis cum affectu: cum di-
citur. Pie. Et licz affectus pietatis scd̃m

Hugonẽ est multiplex. tamẽ ꝓut hic loqui
mur de pietate est donum spiritussancti.
¶ Ad cui⁹ euidẽtiã sciendũ q̃ pietas ꝓut
est virt⁹ tm̃ scd̃m Tulliũ in rethorica sua ẽ
per quam sanguĩe iunctis paterq̃ beniuo
lis officiuz ⁊ diligens tribuiť cultus. Qd̃
declarans doctor sanct⁹ s̃a s̃e. q. cj. dicẽs.
q̃ cultus proprie debet referri ad reuerẽ-
tiam parẽtibus exhibendã. Sicut Salo-
mon ĩ regia potestate matri sue exhibuit.
In qua reuerẽtia intelligiť omnis subie-
ctio que debet parẽtibus exhiberi. Offici
um v̄o refertur ad obsequiũ qd̃ eis debe-
tur. puta si sit infirmus q̃ visiteť. si pauꝑ
q̃ sustenteť. Similiter ⁊ pietas que est do
num quo quis cultũ ⁊ officiuz exhibet deo
vt patri: qd̃ est excellentius q̃ ei exhiberi
vt domĩo vel iudici. Sed vnde sciem⁹ istã
differentiaz? Per hoc nimirũ q̃ sicut pie-
tas virtus non solum exhibet ea patri car
nali: sed etiam om̃ib⁹ sanguine iunctis s̃m
q̃ pertinẽt ad patrem. Sic pietas donum
non soluz exhibet hoc ip̃m deo vt patri: sz
etiam omnib⁹ hominib⁹ inq̃tum pertinẽt
ad deum. quia p̃ferunt eius imaginez. Et
ex cõsequẽti subuenit in miseria ꝯstitutis
sine personarũ acceptione. Et in hoc dif-
fert a misericordia. qz misericordia subue-
nit aliis ex h̃ q̃ nõ ꝯiuncti cõsanguinitate
familiaritate: nature: similitudine. in om-
nibus aliquid humanũ accipiens pro mẽ-
sura sicut ⁊ alie virtutes. Sed pietas do-
num mouet̃ ex aliquo diuino: scilicz inq̃n-
tum sunt filij dei coheredes celestis regni
diuina similitudine insigniti. Quã pieta-
tem exercuisse dinosciť beatus Nicolaus
in adolescẽtia sua. q̃ cuz vrgẽte inedia pa
tientie audiuit velle tres filias ꝓstitui vt
earum infami cõmertio vitaz infelicẽ age
ret: eidem cõdolens et stupruz virginum
execrans intuitu diuini honoris ⁊ amoris
clam ipsis ignorantibus ter pondus auri
non modicũ in domum eius nocte ꝓiecit.
Volebat enim soluz christum habere spe-
ctatorem. pro cuius sola dilectõe hanc ex
ercuit pietatem. ¶ Secundo notatur vi-
gorositas operãtis in effectu: cuz dicitur
agentibus. Efficaciter enim se auertit ex

toto ab omni deordinatiõe cogitationũ: affectionũ. locutionum. ⁊ operũ. Nec minus efficaciter se cõuertit ex toto ad omnia genera virtutum: vt merito conueniret ei illud Eccli. xvij. De omni corde suo laudauit deum. ⁊ dilexit dominũ qui fecit illum. ¶ Ad maiorem autem euidentiam sciendum q̃ nobilitas et vigorositas bonorum operuz ex quatuor causis resultãt: quas in beato Nicolao fuisse reperimus. Primo ex cause efficientis puritate. Nã quãtum efficiens puriorem habet cõscientiam: tanto bona facta: verba: cogitata: affectata maiorez habent efficaciaz. eo q̃ ab illa cõscientie puritate noscũtur effluere. Hinc est q̃ plus valet in merito buccella panis oblata de pura conscientia q̃ diuitie congesti distribute ab illa que mortalibus vitijs implicata est cõscientia. Hinc beatus Nicolaus in adolescẽtia nõ sicut illa etas assolet lasciuiã amplexus est mũdi: sed ecclesiaruz terebat limina. ⁊ qõ de scripturis audiebat: armariolo condebat pectoris. sicq̃ iuuenilem innocẽter decurrit etatem. sciens quia scriptuz est Leuit. ij. Omnis oblatio que offertur domĩo absq̃ fermento scilicet peccati erit. ¶ Secũdo ex cause materialis difficultate. Ceteris enim paribus quãto difficilius est hoc qõ agimus vel patimur: tanto perfectum opus est nobili⁹. sicut maior est crucifixio q̃ leuis flagellatio. magis est dare necessaria q̃ superflua. dare corpus q̃ res. dare spiritum in obediẽtia q̃ corpus in penitentia. Quãtum enim materia in quã agitur est nobilior ⁊ ipsi anime vicinior: tanto opera que fiunt in ea sunt difficiliora ⁊ per cõsequẽs nobiliora. Nam multi tradere nt bona temporalia qui non traderent corpora vel ad penam: vel ad mortez: vel ad religionem. Et multi tradunt corpora ad religionem qui voluntatem tradere non possunt ad plenam obidientiaz. Et multi tradunt voluntatẽ ad obedientiam exteriorem qui tamẽ spiritum tradere nõ possunt per cõtemplatiõem ad perfectã diuine cõformitatis interiorem vnionez. Nicolaus autem ⁊ res tradidit elemosyne. ⁊ corpus penitẽtie. voluntatẽ diuine obedientie. ⁊ spiritũ q̃platõi interne. ¶ Tercio ex cause formalis charitate. quia quãto est ardentior: tanto opus qõ per eaz offertur est nobilius. Hinc p̃cepit dominus Leuit. ij. Si offers munus primitiaz frugum domĩo torrebis eas igne: scilicz charitatis. Primitie sunt primi fructus per quos intelligũtur intentiões in bis q̃ agimus: qui sunt velut primi fructꝰ operꝫ verborum ⁊c. Quicqd agunt homines intentio iudicat omnes. Dec ergo debent igne charitatis cõburi: vt inflãmenẽ amore et bonore diuino. Dic enim ignis tantuz valuit in Magdalena lachrymis rigante pedes domini. vt non soluz culpam: sed omnem reatũ consumeret. Sic in omnibꝰ operibus beatus Nicolaus vigorosaz charitatem ostẽdit. diuitias vt lutuz dispersit. bonores conculcauit. delicias repressit ⁊ pietatẽ affectibꝰ. effectibusq̃ totꝰ effluxit. ¶ Quarto ex cause finalis diuinitate. finis enim perfectus esse debet. nõ fauor seculi. non timor supplicij. non amor premij sed complacẽtia dilecti. Et quãto plenius atq̃ intensius hunc finem attigerit: tanto per actum opus nobilius atq̃ gratiosius domĩo erit. Exinde beatus Nicolaus solum dominũ inspectorem optauit. ¶ Tercio notatur largitas remunerãtis in profectum: cum dicit̃ dedit. Licet enim dominus det omnibꝰ affluẽter ⁊ non improperat. pñs tamen singulari affectu manũ extendit largifluam: vt experiãtur feliciter date ⁊ dabitur vobis. Ad cuius euidentiam dicit Bonauẽtura sup. ij. dist. xvij. q̃ tribus modis quis mereri dicitur. Primo abusiue. cum quis faciet opus de genere bonoruz: sed intentiõe non bona. Si ergo intentio fertur extra charitatem: tunc demeretur. si vo fertur ad aliud nõ extra charitatez: tunc aliquãdo meretur non ex cõdigno nec ex congruo: sed ex ĩmensa diuina largitate. sicut qui dat elemosynam cum murmure vt importunitatẽ sedet petentis. sicut in Petro theloneario patet. vide in legenda Johannis elemosynarij. Sic ⁊ Achab humiliãs se egit penitẽtiã.

vt patz supra. ¶ Secūdo dicit̄ mereri simpliciter ꝓprie. cum scilicz fit opus bonum bona intentiōe ⁊ ex charitate. que tria cōcurrunt in effectu pietatis ꝓut pietas est donū. de qua dicit Leo papa in quodā sermone. In illo magno sūmoqꝫ iudicio tanti estimabit̄ vel largitas benignitas: vel tenacitatis impietas: vt pro plenitudine omniū virtutū ⁊ pro summa omniuz commissoruz per vnū malum illi in ignem eternum: ⁊ per vnū bonuz isti introducētur in regnuz eternum. Nimirū cum his ipe dominus ꝓmisit mensurā bonam confertam ⁊ coagitatam ⁊ supeffluētez. Bonam inq̄ q̄tum ad reatus expiatiōem. cum talibus christi meritum efficacius applicat̄ ꝓpter eoruz ꝓximatiōem ⁊ inhesionē in deum. cuius gratia sibi merita christi suffragantur. Quem sensuz tangere videtur doctor sanctus super. ij. sentē. distī. xl. dicēs. ꝙ efficacia suffragioꝝ mensurat̄ ſm charitatem eius pro quo fiunt. Quia dicit Augusti. ꝙ ſm hoc iuuatur aliquis mortuꝰ ex suffragijs: scdm qd̄ duz viueret meruit vt iuuaret̄ post mortem. vt scilicz quāto maiorem in vita charitatez habuerat: tanto post mortem efficatiorez suffragiorū portionem sortiatur. Confertā autem q̄tum ad gratiarū augmentationē. Nam pre ceteris exterioribꝰ opera pietatis sunt exercicia potissima charitatis: que p̄cipue cōpassiuo quodā ⁊ visceroso affectu cor ip̄m mollificant ⁊ ad gratiā recipiendum operantem habilitāt. ⁊ remunerātem ad largienduz prouocāt. Coagitataz ꝟo q̄tum ad interne dulcedinis affluētiaz. Cor em̄ compassiuū ⁊ iocunduz amorosumqꝫ quocunqꝫ se vertit huiꝰ amorē viscerosius imprimit. Qd̄ cōmuniter cōtingit specialiter in his qui largiflue pietatis operibus affluūt. scientes quia hilarez datorem diligit deus. per quā leticiam habilitant̄ ad diuine dulcedinis affluentiā: sicut in multis sanctoruz patet. In cuiꝰ argumentuz legitur in libro apuz de quadā militissa in brabātia. q̄ instante caristia maxima subueniebat egenis sine pondere ⁊ mensura. quam vir suus timore depauꝑatōis artauit ad dandā certam mensuraz farine singulis ebdomadis. Que dum quadam die totum expendit vrgēte paupere: iussit ancille vt diligenter collectas reliquas farine pauperi daret. Post hunc venit alter infra triduū se nihil comedisse deplorās. Cui cōpassa matrona cuz fletu coegit iterum ancillam recalcitrātem adire cistam. quam ⁊ plenaz inuenit. Quo cognito vir eius horreum letus aperuit ⁊ omnibus aduenientibus dedit. nec defecit donec dominus populo suo ꝓpiciaretur: cum tamē sibi vix quinqꝫ horrea suffecissent: nisi manus domī larga multiplicasset. Ipsa ꝟo pro remuneratiōe in p̄senti etiam pluribꝰ annis ante mortem die et nocte pro septē horis canonicis ab aue mire pulchritudinis ⁊ decoris. suauissimo cantu ⁊ melodia demulctebat̄: ita vt eiꝰ suauitas in cor eiꝰ medullitus trāsfunderet̄. et ex ea spiritus eius ad eternas delicias viscerosius excitaretur. ¶ Supereffluētem deniqꝫ q̄tum ad glorie plenitudinez. Qui enim semīat in benedictōibus: de benedictōibus ⁊ metet. ¶ Quarto notatur sagacitas cōseruantis sine defectu: cuz subdit̄ sapientiā. Hec est eniz sapiētia vie potissima que felicem comitat̄ perseuerātiam. cui semper sapiunt queqꝫ ꝓut sunt. Nam sapiens dicitur cōmuni nomīe in vnoquoqꝫ genere q̄ nouit altissimā causam illius generis per quam potest de omnibꝰ iudicare. Simpliciter ꝟo dicitur sapiens qui nouit altissimam causaz simpliciter. i. deū. Non eniz qui deum vere sapit a iusticia deuiat. Et ideo Paulꝰ qui deū vidit et nouit. Quis ait nos separabit a charitate christi: tribulatio an angustia ⁊c̄? Et hec est vera sapientia desursum veniens. nō terrena. nō animalis. nō diabolica. Non inq̄ prona potius ad sciendum subtiliter q̄ ad operādum vtiliter ⁊ perseuerādum feliciter. sciens esse scriptum. quia solus qui perseuerauerit vsqꝫ in finez hic saluus erit. Sic ꝑseuerauerit Dauid in māsuetudine sua ꝑsecutionem patiens: donec sceptruz regni mereretur adipisci. Sic perseuerauit beatus Nicolaus vsqꝫ ad pontificatum. et in

pontificatu vsq; ad celi incolatũ. Sic nos
pseuerare cõcedat christꝰ Jesus. Amen.

¶ In festo cõceptõis beate Ma
rie virginis.

Ecce nubecula par=
ua q̃si vestigiũ hominis ascẽdebat
de mari. iij. Regũ. xviij. Ad eui=
dentiã huius thematis dicunt ibidez do=
ctozes. q; Helias ꝓpheta zelans diuinuz
honozem Achab regem israbel aggressus
est ad cozripiendum: eo q; peccauerat sup
omnes reges qui fuerũt ante eum adozãs
idola. nec suffecit ei vt ambularet in vijs
Jeroboã. qui licet vitulos adozauerit au
reos: in eis tamẽ dominũ honozauit. Ach
ab vo baal idolum adozauit ad instinctũ
Jezabel impijssime. cuius impietatez filij
israbel sequebãtur. propter quod cõmina
tus est Helyas terre sterilitatem per ro=
ris q; pluuie subtractiõem. ita q; implere=
tur maledictio Moysi super filios israbel
dijs alienis seruiẽtes impcantis Deutro.
xj. q; dicentis. Ecce ppono hodie in conspe=
ctu tuo benedictiõem q; maledictõem. ca=
uete ergo ne decipiaẽ coz vestrum seruien
tes dijs alienis: iratusq; dominꝰ claudat
celum q; pluuie non descendant: nec terra
dat germen suuz. Achab vo videns israe=
liam pluribus annis a lege recessisse: et
ad ozasse deos alienos. nec pluuias fuisse
phibitas: cõminatiõem Helye paruipen=
dit. Quod cernens Helyas ozauit domi=
num: q; phibite sunt pluuie tribus annis q;
mensibus sex. Post finem ergo dieruz mi=
sertus populo israbel: ait dominꝰ Helye.
Ostende te Achab vt dem pluuiam super
terram. Voluit enim dominꝰ vt ostende=
retur regi et omni populo causa siccitatis
modo scilicz qui sequitur in textu. Ozauit
igitur dominũ Helyas pronus in terram
ad impetrãdum pluuiam. quia licet dispo
nat deus aliqua facere: vult tamen hoc fi
eri per ozationes sanctozum. Misit ergo
Helyas puerum suum vt respiceret cõtra
mare vnde nubes ascendere solent. qui vi
ce septima vidit. Et ecce nubeculam par=
uam q̃si. cuius scilicẽt beneficio pluuie co=
piose descenderũt. Per Achab protho=
plastus intelligiẽ. qui contempto diuino
mandato sathane sacrificiuz beneplacite
voluntatis obtulit. q; ideo sterilitate gra=
tiarum punitus est cum omni posteritate:
ita q; nullum fructuz bonozum operum in
gloria percipe poterũt: donec ozantibus
et inuanũ circumspiciẽtibus sex etatibus
mundi iam elapsis: etate septima domino
miserante, pdiret virgo Maria de amari=
tudine vitiozuz conscẽdens in apicẽ per=
fectionis. cuius beneficio nobis exuberãt
plurima beneficia, gratiarũ. sicut figura=
te nobis ostendũt verba proposita. Ecce
nubecula parua q̃si. ¶ In verbis ꝓposi=
tis virginis ozrus q; pcessus eleganter fi=
gurãtur. cuius beneficio diuine gratie su=
perfluũ irriguum in omnez terram disper
sum est. Comparatur virgo Maria non im
merito nubecule parue. sez propter ozigi=
nem q; humilitatez: propter ascensum et ef
fectum. ¶ Primo propter ozigínem con=
ceptõis. Nubes enim ex aquis marinis ge
nerata q; in altum virtute calozis eleuata
q; cõtra solez suspensa beneficio calozis ce
lestis in dulcedinez cõuertitur. Sic beata
Sicut eniz nigredo carbonis occultat̃ dũ inflãmatur. sic difformitas hominis tegit̃ dum in p̃sentia diuina rubore perfundit̃. Unde mulier tam nobilis: vtpote natalibus orta regia stirpe descendẽtibus: ⁊ taz diues q̃ illi castr̃ hereditario iure qd̃ magdalum dicebat̃ in sorte prouenerat. pulchritudine quoq̃ pollens ⁊ delicijs affluens. Hec inq̃ diuino tacta spiritu christi cõspectui pre verecũdia cõparere non audebat. sed retro stans cecidit ad pedes ei⁹ humanũ vincens pudorez. secularẽ subpeditans honorem. et felici feruore pompaz refutans vniuersam. Est etiaz inter alias virtutes hominib⁹ vtilior. quia est quoddam genus martyrij vel p̃ximũ martyrio Nam in martyrio sanguis naturaliter defluit. in erubescẽtia sursum in faciem velociter ascendit. Dñ Maria vtilitatis ei⁹ emolimentuz accepit. quia postq̃ veraciter erubescebat: intus omnez stultam erubescentiam cõtempsit foris. Et hec est vera forma penitere volentis. Alioquin q̃s pristinam vitabit superbiam? quis illatã indulgebit iniuriam? quis assuetaz subterfugit societatez? Et infinita sunt ad q̃ nos obligat erubescentia p̃niciosa. Erubesce igitur o homo peccator. sed intus potius coram deo q̃ coram mũdo. Quia vt dicit Gilbertus super cantica. Optimũ in sponsa christi decoramẽtum est verecũdia. Est deniq̃ inter alias coram hominib⁹ amabilior. cum scilicz refulget non solum in mente coram deo: sed etiam in cõuersatiõe coram hominib⁹. Quia dicit Bernard⁹ Q̃ verecundia est omnium ornatus etatum. in tenera tamen etate amplius pulchriusq̃ enitescit. Quid amabilius verecundo adolescente. ¶ Tercio autem aurore comparatur. quia in ea letãtur aues celi dulci modulamine. Sic etiam in cõuersione peccatoris angelici spiritus mentib⁹ iubilant indefessis. Unde Luc̃. xv. Gaudium est angelis super vno peccatore penitentiam agente. Nec mirum cum ⁊ domin⁹ angelorum de eadem gratulabũdus ait Luc̃. xij. Cõgratulamini mihi: q̃ inueni ouem meam que perierat. mihi autez non oui. quia salutem nostram gaudium suam reputat: affectum ostendens paterne dilectionis. Hic queri potest vtruz christus plus diligat penitentem q̃ innocẽtem vide alibi supra. Vide nunc miram domini pietatem. Residet ad mensam innocens christus: similiter et phariseus iustificat⁹. superuenit peccatrix veniam petitura. Reuoluit phariseus peccata pristina: sed christ⁹ non ita quoniã potius venientis charitatez aspexit que peccatoruz multitudinem operuit ne christus videret que grataz eam reddidit vt ipsa placeret. Iniuste iudicat ille: pie cõdonat iste. Nec solum: sed etiam iusticie Symonis preponit̃ humilis penitẽtia peccatricis. Cui inquit minus dimittitur minus diligit. Siccine vera iusticia compassionẽ habet non dedignationem. preterita enim non discutit: sed considerat ex quanto sequens penitentia procedit. Dimittuntur ei inquit peccata multa. Sed quibus meritis? nisi ex eo q̃ ⁊ corpus totum cõuersioni ⁊ penitentie dedit. Animam v̄o totam pietatis affectib⁹ adimpleuit. ⁊ spiritum totum diuine dulcedini protin⁹ ĩmersit: qd̃ erat potissimuz eius sacrificium. Unde sequitur. Quia dilexit multum. Deniq̃ mandatũ apostolicũ hec fideliter impleuit quo dicc̃. Sicut exhibuistis membra vestra seruire ĩmũdicie ⁊ iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete ⁊c̃. Nam vt nihil deesset in obsequio saluatoris talis ⁊ tanta se totã p̃strauit ĩ terris. pedes irriguis lauit lachrymis. dissolutis detersit crinib⁹. sedulis demulcebat osculis ⁊ p̃ciosis refrigerauit vnguẽtis. in q̃ fuitio taz efficacẽ ⁊ hũilez se p̃buit q̃ de ea dicit Greg̃. in omel̃. Cogitãti mihi de Marie penitẽtia flere magis libet q̃ aliq̃d dicere. ⁊ hec de p̃mo. ¶ Secũdo principaliter mirantur eius laudabilẽ cõuersationem: cum prosequitur pulchra vt luna. Per lunam enim eius cõuersatio cõuenienter ĩtelligitur propter tres p̃prietates: Primo quia luna minima stellaꝝ est inter omnes planetas locũ infimũ tenens. Sic Maria preterita recolens humilima fuit creaturarum ⁊ locuz querens infimum ad

pedes humilis Jesu sedendo: stando: vel cadendo sedule residebat. Cui⁹ et humilitatis argumentū erat patientia mirabilis quam vbiq; p̄tendebat. siue phariseus indignabat̄: siue Martha cōquerebat̄: vel molesti fierent discipuli tacebat ipsa: sub alis domini humiliter quiescens ⁊ patienter sufferrens. Necdum ad tantaz patiētie perfectiōem discipuli peruenerāt: sed de duobus fratribus murmurabāt et non recepti a domīo vindictā postulabāt: sed vtrosq; domin⁹ redarguebat efficaciter ⁊ instruebat dulciter. Marie v̄o Jesus humili patientie cōpassus pro ea cōtinue respōdebat. sinceriter excusabat. efficaciter defendebat. ⁊ eleganter extollebat. Nunq̄ enī legim⁹ dn̄m quēpiā in sua p̄sentia tā sepe laudasse sicut Mariaz que vere laudabilis erat. ¶ Secundo v̄o quia luna velocissime cursuz suū peragit. sic et Maria cōsiderās quid fecit: noluit moderare q̄d faceret ad omnem penitentiam parata. et ad obsequium dominicuz prompta. quem nec viuum nec mortuum. nec resurgentem nec ascendentez relinquere poterat amore colligata quo feruebat. Naz de facultatibus suis viuenti domīo fidelit̄ ꝯcomitādo ministrabat. moriēti v̄o fletibus indefessis fideli⁹ assistebat. ⁊ mortuo sepulcroq; domīo paratis aromatib⁹ obsequi volebat. ⁊ ante lucem ad momentū prima veniebat. quē nec solitudo loci. nec tenebrositas noctis. nec armatura militū ab hoc studio reuocabat. Nam horuz omniū oblita cōtra muliebrē consuetudinē felicem audaciam induit ⁊ sepulchrū adiens etiā dilectis discipulis recedentib⁹ non recedebat. Quapp̄ter merito resurgentē prima omniū videre meruit. ¶ Tercio p̄inde qz luna soli est similima: vt dicit philosoph⁹. Sic Maria christo p̄pter excellentē amorem qui transfert in amatū amantē in quē sic totalr erat absorpta q̄ nec aliud agere appetere vl̄ cogitare possz q̄ dilectū. Unde sicut speculum cōcauū qd̄ recto diametro subijcit̄ radijs solaribus tam efficaciter ⁊ plenarie claritatez solis in se recipit q̄ alteri⁹ obiecti licet oppositi imp̄ssionez vel imaginē recipe nequaq̄ pōt. Sic eminentia charitatis eius ab omni impuritate defecata tam plene diuine voluntatis imp̄ssioni subdita fuerat q̄ nihil aliud ī se recipere poterat: ita diuino amore debriata q̄ nihil aliud illi sapiebat. Unde tanto feruore ferebat̄ in Jesuz q̄ vt dic̄ Augus. facilius erat animā separi a corpe qd̄ viuificabat q̄ qd̄ amabat. et magis erat spūs ei⁹ in corpe christi q̄ in corpe p̄prio. sicut lucide ponit Origenes in omet̄. Stabat qd̄ ⁊ signis euidētib⁹ ondebat. Licet enim amore diuīo flagrās ita moueret̄ ad salutem animarum quas christus suo sanguine redemit vt vltra consuetudinem feminaz biēnio sancte p̄dicatōi dulcissimis sermonib⁹ insisteret. ⁊ plurimos ad fidem ꝯuerteret. Tanto tamē ardore charitatis erat accēsa q̄ tedio languēs p̄pter absentiam dilecti: viros deinceps aspicere non poterat. sed desertū horridū petens ad locum angelicis manib⁹ p̄paratuz trāsuolabat. ibiq; triginta ānis in diuinis p̄sistēs cōtemplatiōibus ardentē affectum refrigerabat. Unde tanta deinceps ab angelis reuerentia colebatur. vt quocūq; progredi voluisset non pedū obsequio: sed ductu angelico veheret̄. Ab illis enim in die septies in aera leuabatur. vt angelicis cōcentibus reficeret̄: nec alimētis indigeret hūanis. Porro tandē moritura ad aquēsem ciuitatem angelico ministerio deducitur ad beatum scilicz Maximinū: qui peregrinatiōis sue comes fuerat. Et in oratoriū illius inducta super terraz quasi duobus cubitis eleuata p̄sistebat rutilans facie super claritatem solis ex cōtinua ⁊ diutina non solum angelorū: sed ⁊ ipsius dilecti visitatiōe ⁊ fruitione. Non enim mentitur qui dicit. Ego diligentes me diligo. et qui mane vigilauerint ad me inuenient me. ¶ Tercio p̄ncipaliter mirant̄ et eius ineffabilē sublimationē: cum subinfert electa vt sol. Et hoc p̄pter tres p̄prietates solis. Primo qz sol s̄m Bedā inter lumīaria celi maxim⁹ ē vt lati⁹ patebit īfra. Sic Maria magdalena honore celsitudīs merito maxima d̄r ī celis. vtpote q̄ pre ceteris

E

a christo sic glorificabat̃ in terris vt etiaz eo resurgente fieret apostoloꝝ apostola. ⁊ ex mulieribus nulla christo familiariori esset illa. Hinc etiam in euangelio Luc̃. preponitur omnibus Marijs matetteris domini: quã ⁊ ecclesia p̃ponit in letanijs omnibus virginibus. Hinc ergo cõsiderare libet ingenuã humane nature nobilitatem. Nam angelica natura diuina gratia stabilita hui⁹ causa accidẽtali p̃mio mereri potest in hũano seruitio sibi credito. Tamen vt dicit sanctus Thomas super. ij. distin. xxix. Angelis data est gratia ad determinatum graduz ꝑm determinatũ ordinẽ ꝓmerendũ. super quem ordinẽ quibuscunqꝫ fulgeãt operib⁹ vl̃ exercitijs sublimari nequaqꝫ possunt: nec per illam gratiã aliqualiter essentiale premiũ adaugere. Sed homo cum ex conditõe nature ad nullum ordinem determinet̃: licet prius sceleratissimus fuerit. plena tamen voluntate cõuersus gratiã indifferẽter accipit ordinataz ad promouẽdum gradum cuiuslibet ordinis. cui⁹ ascensus cõmensuratur ꝑm mensuram perfecte charitatis: qua tota flagrabat ista beata peccatrix. adeo ꝙ in principio cõuersiõis essentiali merito multis p̃cellebat qui nunqꝫ etiaz mortaliter peccauerũt. Et hec est vna potissima causa quare peccatores spernẽdi non sunt. quia ad maiorem perfectõnem resurgere possunt. Hec eniz que prius fetebat aspectib⁹ hũanis: iam seraphicis iuncta spiritib⁹: angelicis laudibus extollit̃: et diuinis cõplexibus perfouet̃. ¶ Secũdo quia sol ꝑm Ambrosiũ est splendore p̃cipuus. Sic Maria magdalena que vite cõtemplatiue iugiter in terris insistebat amoris incendiũ plurimuz purificando ⁊ augmẽtando perficiebat. quia cõtemplatio maxime incendit ⁊ intendit amorez omne difficile cõsumens omne simile cõplectens. Et ideo in celis deo facta iam ꝓxima tanto pleni⁹ illustratur. tantoqꝫ limpidi⁹ ⁊ perspicati⁹ deũ videre meretur: quãto prius in virtute charitatis ascendisse gratulabat̃. Quia quãto illic dilectio viscerosior ⁊ intentior: tãto hic degustatio dulcior ⁊ visio p̃clarior.

¶ Tercio deniqꝫ quia sol ꝑm Chrisost. est sua virtute efficacissim⁹. et ideo dicit̃ esse deus nature. Sic Maria est virtute veniam ⁊ gratiaz impetrãdi efficacissima. Sinãqꝫ tantuz adhuc in mortali corpore cõstitutam dilexit domin⁹ ꝙ eam cõtristatã videns cõtristatus est. videns eaz lachrymãtez lachrymat⁹ est. affectuqꝫ dumtaxat orantem audiẽs: ad exauditõem mot⁹ est vt Lazaꝝ quatriduanũ resuscitaret. q̃to magis diuinis amplexib⁹ iam p̃uenta: sup̃ om̃ia quoqꝫ bona domini sui cõstituta maiorem impetrãdi efficaciam est cõsecuta. Naz sicut nulla super terram reperit̃ christo fuisse familiarior. sic in celo p̃rogatiua diuine familiaritatis pie fulgere creditur quam nobis ꝓposuit diuina clementia velut exemplar sue benignitatis. ne vel sceleratissimis peccatorib⁹ desperatõis locus remaneret. cum in hac plenius ostendit ꝙ vbi abũdauit delictum: sup̃abundare potest ⁊ gratia. Quid enim peccatores magis ad spez venie excitare ⁊ cõfortare potest. q̃ꝫ ꝙ tam famosa peccatrix: cuius peccata non tam solum crimĩa sed ⁊ demonia dicta sunt. tam celerem ⁊ vberez gratiam est cõsecuta. ad tantaz familiaritatez admissa: tãtaqꝫ excellẽtia honorificata. Eã igitur adeam⁹ cum fiducia. Nam in his q̃ passa est ⁊ miseris compati didicit ⁊ misereri. Dicit enim Augusti. de vita christiana. ꝙ nemo tam libenter miseret̃ peregrino ⁊ aduene sicut qui peregrinatiõis nouit euent⁹. Nemo sic tribulato misero ac laboranti succurrit sicut qui tribulatõem ⁊ miseriaꝝ casus expert⁹ est. Sic nec ipsa denegabit pietatis suffragia si pie fuerit ꝓpulsata. vt patet per exempla multoruz qui sunt ad emendatõem excitati per eius suffragium misericordiã et gratiaz consecuti. Vestigijs igit̃ illius inherẽtes tandem cũ ipsa vita ꝯseq̃mur eternã. Amẽ.

In festo sancti Jacobi apostoli.

Iacob dilexi. Esau aũt odio habui. Malach. j. ✠ hũ themat̃

huius assumens apl'us ad Ro. ix. tractat de electõe iustoꝝ et reprobatiõe maloꝝ inscrutabilia iudicia dei sup̄ filios hominuz sollicite ꝯmemorãs. p̄sertim in eo ꝙ Jacob electus sit gratia nõ merito. Esau v̄o subtracta gratia reprobat⁹: iusto tamẽ iudicio. Quid inquit dicemus ad hec? Nunquid iniquitas est apud deũ sine singulari merito vnũ diligẽdo: ⁊ alteꝝ sine singulari demerito reprobãdo? quia vtrũq; factũ est in vtero materno. Absit hoc. Sed vnũ per misericordiã elegit: ⁊ alteꝝ per iusticiam reprobauit. ⁊ nulli iniuriã fecit. Amice inquit non facio tibi iniuriã. Accipe qd̄ tuũ est ⁊c̄. Vbi est igitur illud qd̄ ait apostolus ad Thimoth. ij. Qui vult om̄es saluos fieri ⁊ ad agnitõem veritatis venire si quosdã deserendo reprobat? Ad hoc respõdet ibidẽ Lyra. ꝙ licet a deo nõ electi cadunt: hoc tñ non est ꝓpter dei defectuz cum eis non deficiãt instinctus diuini ad bonũ: sed ꝓpter defectũ liberi arbitrij nõ recipientis illos instinctus: vt etiaz dicit Glo. Ad Ro. ix. Et sic iuste eis gratia denegat̄. vt cadentes in ꝓfunduz vitioꝝ obdurent̄ in malo. ⁊ sic ad gehennã ordinantur indurati. Vnde Moysi petenti diuinam visionez: inter alia rñdit dñs Exod. xxxiij. Misereor cui voluero. s. vocãdo ꝑ gratiam: cui p̄scius eram ab eterno ꝙ misericordiã datur⁹ essem sciens illũ ꝯuertẽdum ⁊ apud me ꝑmansurũ. ⁊ misericordiam p̄stabo ei cui miserebor. i. misericordiã dabo illi quem p̄scio post errorẽ ad me toto corde reuersurũ. Q̄r ergo quis in bono ꝓficit ex sola est diuĩa misericordia. ꝙ aũt in malo deficit est vera: licz nobis occulta diuina iusticia. Et ideo Paulus ibidẽ. xj. profunditatem diuinoꝝ iudicioꝝ expauescens. O inquit altitudo diuitiaꝝ sapientie ⁊ scientie dei: q̄ꝫ incõprehensibilia sunt iudicia eius. Que iudicia q̄r ꝓfundare nõ possum⁹: saltem electõis ⁊ reprobatõis signa in his duobus fratrib⁹ ꝑquiram⁹. vt his ãmoniti diuinã reprobatiõem sollicite subterfugiam⁹. Jacob dilexi. Merito dicit p̄s. Beatus quez elegisti et assumpsisti: habitabit in atrijs tuis. Huic enim ceciderunt funes in p̄claris: ⁊ hoꝝ portio in terra viuentiũ. Ne tñ electio Jacob omnino videat̄ effecta sine rationabili: licet subsequẽte ipsi⁹ electi p̄paratiõe studiosa qua digne merito saltem cõgrui fuerat eligendus ex misericordia diuĩa. Inter alia vite illi⁹ argumẽta ꝓbatissima quinq; presertim inuenio ꝓpter que singulariter electus est: ⁊ alter reprobatus. ¶ Primo ꝓpter adolescẽtie sue ꝓbitatez. Nam vt dicitur Genes. xxv. Jacob erat vir simplex .i. non fictus ⁊ sine dolo simpliciter: ⁊ pure transiens iuuenilez etatem. Et ideo sequitur ibidem ꝙ habitabat in tabernaculis. Ista tabernacula s̄m hebreos fuerũt tabernaculuz Melchisedech vbi vigebat cultus dei. q̄r Melchisedech sacerdos fuit dei altissimi: vt sic exercitaret̄ ĩ cultu diuino. Et tabernaculũ Heber: q̄ fuit ꝓpha dei docẽs veniẽtes ad se d̄ diuĩs: a q̄ ⁊ hebrei dicti sunt filij israhel. Et sic erat occupatio Jacob p̄ncipalis et p̄mordialis circa diuina: iuxta mandatũ dñicum. primuz querire regnum dei. Vnde dicunt hebrei ꝙ habitauit ĩ tabernaculo Heber q̄tuordecim ãnis. Siccine reuera diliguntur ⁊ eligũtur a deo qui student frequẽtare diuĩa qui nitũtur scire ⁊ obseruare mãdata quibus desipit ipsa bonitas mundana. Postea v̄o Jacob ne torperet ocio fact⁹ est pastor ouiũ in sua simplicitate permanens. Hec eniz fuit occupatio iustoruz p̄riarcharũ. ĩmo ⁊ Abel iustus pastor erat ouiuz. Sz Cayn agricola. Dñ vt dic̄ magister in historijs cuz esset malignissim⁹ vt etiam auaricie sue cõsuleret terraz prim⁹ incoluit. Quapꝓpter ⁊ abel electus ⁊ Cayn similiter reprobat⁹ inuenit̄. Nam Adã eos per oblatiões deuz colere docuit. Obtulit igitur Abel de primogenitis gregis ⁊ adipibus. i. melioribꝰ. Cayn v̄o de fructibus terre. Sed vt dicit magister in historijs. de melioribus sibi retinẽs: spicas attritas ⁊ corrosas sec⁹ viaz deo obtulit. Resperit igit̄ de⁹ ad Abel ⁊ ad mũera ei⁹ ĩ signũ elatõis. q̄r iux̄ trãslatõez Theodotiõis inflãmauit mũera ei⁹ ꝑ ignez de celo sic̄ helye ĩ carmelo. ⁊ sub Moyse ĩ Leuit̄.

post cõsecratõem Aaron sacerdotis ⁊ fili
orũ: qui scz ignis tunc reseruabat̃ vsq; in
trãsmigratõem babilonis. Ecõtra xpo in
signũ reprobatõis Cayn dñs ad euz ⁊ ad
munera eius non respexit: sed reprobauit.
qz diuĩo igne ꝯsumi nõ meruerũt. Et hꝑ
pter demeritũ offerẽtis: cui⁹ affectũ ⁊ im
pietatẽ agnouit dñs. Vide ⁊ si nõ eadez
causa reprobat⁹ est Esau. qui vt ꝓsequitur
in Geñ. erat vir gnar⁹ venãdi. ⁊ hõ agri
cola in om̃ib⁹ auaricie sue cõsulens. nec de
eo repit̃ ꝙ tabernacl̃a freq̃ntauerit. Vn
de Grego. sup̃ hunc locuz. Agricola dicit̃
qz amatores hui⁹ seculi tãto colũt exterio
ra q̃nto ĩteriora sua rel inquũt ĩculta. Sic
q; vterq; Cayn ⁊ Esau ꝓpter auaricĩã re
probati sunt. quos imitant̃ omnes q̃ inue
nilẽ etatem terrenis illecebris sic offerunt
ꝙ nec ꝓprie saluti: nec diuinis mandatis
intendere volũt. Hi sunt filij Agar dege
neres et ex hereditate paterna ꝓpellendi.
De quib⁹ dicit̃ Baruch. iij. Filij q̃q; Agar
qui exquirũt prudẽtiã que de terra est ne
gociatores terre ⁊ theman ⁊ ꝯflatores ⁊
exquisitores prudentie ⁊ intelligẽtie. viã
autem sapiẽtie non inuenerũt. Et ideo vt
ibidem p̃mittit̃ extermĩati sunt ⁊ ad infe
ros descenderũt. Sic igitur Jacob dile
xit propter adolescentie ꝓbitatem in qua
diuinũ cultũ frequẽtare studuit: vt ⁊ in tẽ
poralez recõpensatõem suis posteris ter
ram ꝓmitteret possidendã. in qua tamen
singulariter cultus reluceret diuinus: sci
licet iherusalẽ. vbi ⁊ dñs templum elegit
⁊ crucifigi voluit. ¶ Secũdo Jacob dile
xit propter abstinẽtie sue virtutem. Esau
xpo ꝓpter gulaz reprobauit. Esuriẽs eniz
Jacob nature sue querebat sustẽtamen
ta non oblectamẽta. coxit pulmentũ de lẽ
tibus ruffis. ⁊ erat esca vilissima. quia vt
dicit ibidem Glo. ꝙ lenticula est esca bru
toruz animaliũ. Simplicitas nõ querit ol
las carniũ: scz vili edulio iam cocto venit
Esau de foris. ⁊ stultus vt dicit Glo. exar
descit ex desiderio gule ꝓpter vilem cibũ:
ita ꝙ ꝓpter vilissimã escã degustandã pri
mogenita vendidit. vbi dicit Grego. Ne
q; cibus: sed appetit⁹ in vitio est. Vñ lauci
ores cibos plerũq; sine culpa sumim⁹ ⁊ ab
iectiores cum reatu ꝯcupiscentie degusta
mus. Esau eniz primatuz ꝓ lenticula ꝑdi
dit Helyas ĩ heremo virtutẽ: carnes edẽ
do seruauit. Hinc diabol⁹ qz non cibũ: sed
cõcupiscentiã causaz esse damnatõis ĩtel
ligens primũ sibi Adaz non carne: sed po
mo subdidit. ⁊ secunduz pane temptauit.
Hec ille. Si igit̃ Esau pro vili edulio non
exquisite parato: sed gulose sumpto repro
batus est. quid de his sentiendũ est qui et
delicata querũt et exquisite p̃parant: nisi
ꝙ diabolo g̃tũ habitaculũ a deo reproba
ti p̃stant. Quia quicq̃d a deo proijcit̃ dia
bolo adijcitur. In cui⁹ etiam figura legio
demonũ a dño eijcienda concito rñdit. Si
nos eijcis hinc mitte nos ĩ porcos. Et ideo
maxime vitiuz hoc est ꝑtimescendũ. quia
laqueus venatoꝝ est in via positus ꝑ quã
omnes nos pertrãsire cogimur ip̃a necessi
tate nature. Hinc merito Dauid exorat:
dicens. De necessitatib⁹ meis: scilicz cor
poraliũ alimentorum erue me. ne propter
ea defluã in sup̃flua. Abstinuit igitur Ja
cob ab esca parata: ⁊ adeptus est p̃moge
nita que Esau propter gulam vendidit et
manducãdo perdidit. Sic iam multi pro
pter vilissima delectamenta corpalia tur
piter amittunt eterna. ¶ Ad maiorem au
tem euidentiam scienduz est ꝙ ius primo
geniture per Jacob acquisitũ ⁊ Esau vẽ
ditum in quinq; priuilegijs cõsistebat que
nunc spiritualiter quoq; consequũtur qui
abstinẽtes se ab omni malo opere ꝑmanẽt
in innocẽtia sua. Non enim solo gustu gu
la cõmittit̃: sed ⁊ om̃ibus sensib⁹. vt dicit
Senec̃. Nã ⁊ oculis gulosi sunt eoꝝ oble
ctatões q̃ritãtes. Primũ priuilegiũ erat
ꝙ ĩ mẽsa duplã ciboꝝ portõem recipiebat
⁊ final̃r de iure duplã hereditatis ꝑtẽ ob
tinebat. Sic oĩs xp̃i p̃mogenit⁹ eius. s. gr̃a
regenerat⁹ tale ius p̃mogeniture sp̃ual̃ cõ
sequit̃ ꝙ vbiq; duplaz diuĩe munificentie
portõez recipit. s. in p̃nti portõez t̃palem:
qua tanto melius satiatur quãto suspirãs
ad eterna minus caducis afficitur. a fluxu
nanq; terrenorum non satiatur appetitus
sed cõtemptu. vt dicere queat cum ap̃lo.

habentes victum et vestituz his contenti simus. Et portionē spūalem. i. bonā ꝯsciētiam. Quid enim p̄ciosius aut quieti⁹ bona consciētia: in qua spūssanct⁹ reddit testimoniū spiritui nostro ꝙ filij dei sumus? Hee nāq; diuitie super omnes gazas chresi possidentem oblectant. Sic ⁊ in futuro portiōem duplicē hereditatis obtinebit: sicut postea in finali benedictōe latius apparebit. ¶ Secūdo vestem habuit specialem p̄ciosaz ⁊ odoriferā: qua tantū induebatur in sacrificijs offerēdis. ⁊ a patre finalem benedictōem receptur⁹. Hinc scriptuz est de Rebecca. ꝙ vestes bōas Esau quas domi habebat induit Jacob ad recipiendū benedictōem finalē. Hec vestis tā p̄ciosa specialis ⁊ odorifera qua p̄mogeniti christi accuraci⁹ induūtur est ipsa charitas. quā scz alieni ꝯmunicare nō possunt. Est ergo specialis ipsi possidēti. p̄ciosa diuino cōspectui. ⁊ odorifera p̄rimoꝝ saluti Tam specialis deniq; ꝙ nulli dat̄: nisi gratia christi regenerato. tam p̄ciosa ꝙ sine illa nullus dign⁹ iudicat̄ ꝯspectui diuino. et cum illa null⁹ repellit̄ ab eterno regno. taz odorifera ꝙ ait apl̄us. Christi bon⁹ odor sum⁹ deo in oī loco. En inq̄t Jacob odor filij mei sicut odor agri pleni quez benedixit dn̄s. Propter hmōi carentiā euāgelicus ille nuptias ingressus: quadā scz apparentia virtutū aliaꝝ non solū repulsaz patitur: sed ⁊ ligatis manib⁹ ac pedib⁹ in tenebras exteriores deijcit̄. Quō inq̄t huc intrasti nō habēs vestem nuptialē. Nimirum qꝛ charitas informat et exornat omnes virtutes: sicut vestis oīes induētes.

¶ Tercio qꝛ p̄mogeniti loco summi sacerdotis erant in lege nature deo ꝯsecrati ad offerenda deo sacrificia. sicut Melchisedech sacerdos qui dicit̄ fuisse Sem filius Noe. Sic p̄mogenitis gr̄e dūtaxat offerre ꝯpetit g̃ta deo sacrificia. Alioquin respōdebit illud ysa. ij. Quo mihi multitudinē victimaꝝ vestraꝝ dicit dn̄s plen⁹ suz. holocausta arietū ⁊ adipē pinguiū. ⁊ sanguinē hircoꝝ vituloꝝ ⁊ agnoꝝ nolui. Cuz veniretis ante ꝯspectum meū quis q̄siuit hoc de manibus vestris vt ambularetis in atrijs meis? Non offeratis vltra sacrificium frustra. incensuz adhomīatio est mihi. Neomeniaz ⁊ sabbatū ⁊ festiuitates alias non ferā. Iniqui sunt cetus vestri. kalendas vestras et solēnitates odiuit anima mea: laboraui sustinens. Et cum extenderitis man⁹ vestras auertam oculos meos a vobis. ⁊ cuz multiplicaueritis orationem non exaudiā. manus eniz vestre sanguine plene sunt. Lauamini. mūdi estote. Afferte malum cogitationū vestrarum ab oculis meis. quiescite agere ꝑuerse. discite benefacere. Querite iudiciū. subuenite oppresso. iudicate pupillo. defendite viduam. venite ⁊ arguite me: dicit dn̄s. Si fuerint peccata vestra vt coccinuz: quasi nix dealbabūtur. Hec ibi. Sic hodie multi sacrificia mltiformia frequētare nō cessant in ieiunijs semper. in elemosynis abūdanter. in oratōibus frequēter. diuersisq; bonis operibus feruēter. Sed hic querit̄ inter offerētes vt fidelis q̄s inueniat̄. Quid enim ꝓdest ꝙ se malo ꝑmanente multa bona sacrificia faciendo videat̄ offerre. Naz Cayn propter se maluz etiam in opere bono reprobatus est. Nonne rex Ozias affectu non puro sacrificiuz offerens: lepra incurabili percussus est? Nōne popul⁹ bethsamitaruz coram archa sacrificia parans morte mulctatus est? Nonne peccatori dixit deus: quare tu enarras iusticias meas et assumis testamentuz meum per os tuū? Tu vo odisti disciplinaz ⁊ ꝓiecisti sermones meos retrorsuz. Siccine profecto nulla sacrificia deo grata. nisi ꝓueniāt de manu deo recōciliata ⁊ cōfederata. ¶ Quarto ꝙ recumbētes in conuiuijs solennibus habebant conferre ceteris benedictiōem. et sic reputabātur magis honorati tauq̄ patres spirituales et deo consecrati. Sic primogenitis gratie competit in cōuiuijs spiritualibus conferre benedictōem. cum eorum opera bona deo tam grata ⁊ vbertate plena reddūtur: ꝙ omnes electi suis meritis sine tn̄ suo detrimēto participāt. iuxta illud Psal̄. Particeps ego sum omniuz timentiū te ⁊ custo. manda. tua. Sicut sol materialis omnibus et singulis se

cōmunicans nullū ex hoc impedimentū sustinere dinoscit̄. imo tanta magis de largifluo suo participio collaudat̄. Quinto deniq; ⁊ hoc potissimū erat ꝙ illi in fine dabat̄ paternalis bn̄dictio: nisi ꝙ demerito sui iure suo quandoq; priuabat̄. et alter eo dignior substituebat̄. Primogeniti nāq; propter vitam degenerē paternalem benedictōem aliquādo amittebāt. sicut Ruben cui⁹ benedictio translata est ad Joseph. ⁊ Cayn cui⁹ benedictio trāslata est ad Seth. ⁊ Esau cui⁹ bn̄dicio trāslata est ad Jacob. Sz finalis benedictio iam data de cetero auferri non potuit. vnde magne reputationis et magni vigoris erat apud patres priores. Et ideo cū magno eiulatu requisiuit illaz Esau: dicens. Num tantū vnam benedictōez habes pater: obsecro vt et mihi benedicas? Pater autem respōdit. Benedixi ei et eris benedictus. vt patz plenius in textu. Hec aūt benedictio nobis indicat benedictōez electiōis eterne qua ꝓflua pietate patris celestis ad gloriā suam eternaliter p̄destinamur. Qui ergo per impletōem mandatoꝝ dei omnia opera sua ad finem debituz ordinauerit. ⁊ hui⁹ seculi quoq; lubricosa sobria cōuersatione transierit: tam vtilis et fecunda erit illa paternalis benedictio ꝙ siue comedat: siue bibat: siue dormiat. vel alijs quibusq; exterioribꝰ operibus ad bonum saltem referibilibꝰ intendat: semꝑ eidem in augmentū future glorie proficiat. Vnde dicit apostolꝰ. j. ad Corinth̄. x. Siue māducatis siue bibitis: vel aliud quid faciatis. omnia in gloriaz dei facite. Vbi dicit Glo. Si eniz ratōe hec fiunt: laudes dei sunt. hoc est si fiunt ordinate in debitū finem ad laudē dei ⁊ edificationez ꝓximi. vel in vtilitatem sui: sic omnia laudant deum. Nam ſm Grego. somnus sanctoꝝ nō vacat a ministerio. ideo enim dormiūt vt ad laudandū deuz fortiores exurgūt. Et hoc est ꝙ dicit apl̄us ad Ro. viij. Scimus quoniā diligentibꝰ deum om̄ia cooꝑant̄ in bonuz. etiā peccata vt dicit Glo. quia vt ibi dicit Lyra fortiores ⁊ cautiores resurgunt. Vnde ⁊ in gloria ad bonuz eoꝝ facit memoria peccatoꝝ sicut cicatrices vulnerum ad gloriā militis finaliter in bello triūphantis. Ecōtra ꝟo malis omnia cooperātur in maluz. ita etiam ꝙ om̄ia ꝑ se licita propter finem indebite ordinatū illis tanq̄ illicita ⁊ ꝑuiciosa reputantur. vt qui in sordibus sunt, sordescāt adhuc. sicq; secūdo dn̄s Jacob dilexit. Esau autē ⁊c. De tribus alijs videbitur in sequenti sermone.

Alius sermo de eodem festo.

Jacob dilexi. Esau aūt odio habui. Malach̄. j. Hic iam cōueniēter inducenda reor esse verba Moysi loquētis ad filios israhel Deutro. xxxiij. dicentis. Venite ⁊ videte opera dn̄i. terribilis in cōsilijs suꝑ filios hominū. Ad hūc finem vtiq; hec dixerat vt filij israhel crebri⁹ reuoluerēt ⁊ memoriter retinerent q̄ terribilis extitit dominus super egyptios in exitu filiorū israhel taz sedula ⁊ terribili vindicta ꝑcussos ita tamē ꝙ nulla aīaduersiōe: nulla correctione ad agnitōem vel emendationē deo ꝑmittēte ꝑuenire poterāt. Vnde dicebat dn̄s Exod̄. iiij. Indurabo cor Pharaonis ⁊ nō dimittet populū. Sic ⁊ Saul obfirmauit īuidia. Salomonē autem excecauit luxuria. Antiochuz ⁊ Herodē suꝑbia. Judam ꝟo maledicta auaricia. In cui⁹ etiam argumentū veritatis ad cōfirmationez Paul⁹ ad Ro. ix. suꝑaddidit: dicēs. Cui vult miseret̄. et quē vult indurat. hoc est indurare ꝑmittit. quia demeritis eorū gratiā iuste subtraxit ⁊ denegauit. q̄ subtracta in peccatis indurati sunt ex ꝓpria malicia. quia gratia sola proprie nata est mollificare cor humanū. Hinc bene dicit̄ Eccl̄s. vij. Nemo corrigere potest. i. nulla exterior aduersitas vl̄ euent⁹. nulla correctio vel insultus quē ille despexerit. Venite igit̄ ⁊ videte opera dn̄i in prioribꝰ seculis terribilis existentis suꝑ filios hominum in cōsilijs. hoc est suꝑ Jacob ⁊ Esau Quia Jacob dilexit ⁊ multis laboribus circūdedit. multis inq̄ tribulatiōibus ac ꝑsecutōibus ⁊ exilijs affligi ꝑmisit. Esau

autem odio habuit ⁊ eum in domo paterna pace ⁊ quiete: oblectatiõibus terrenis ⁊ delicijs frui sustinuit. Sic Saul reprobat⁹ sublimiter regnauit. Dauid autem veraciter electus innocenter exulauit. Vere terribilis in cõsilijs super filios hominũ. bonos eligendo: sed per aduersa probando. malos reprobãdo: sed per pspera imirando: vt impioꝝ nulli pateat aditus excusationi. Suos affligit vt fideles inuenti maiorem gloriã acquirant⁹. alienos allicit vt ingrati potiorẽ damnatõem accipiant. sicut aperte declarant ⁊ thematis verba ⁊ vtrozũq; subsecuta fortuna. Jacob dilexi. ¶ Tercio ꝓinde Jacob dilexit ꝓpter penitentie laborẽ quez ꝓthoplaustis indirit dñs: dicens. In sudore vultus tui vescris pane tuo. Vnde mansit Jacob prius domi licitis intẽtus laboribus: ⁊ subiectus humiliter sedulis parentũ obsequijs Postea ꝙo ad iussuꝝ patris in exiliũ subterfugiẽs iram fratris: adeo laboribus et fructijs licitis se mãcipauit ꝙ diceret Genes. xxj. Die noctuq; estu vrebar ⁊ gelu. fugiebatq; somnus ab oculis meis. ⁊ per viginti ãnos seruiui tibi: ait ad Laban. qui candidatio vel cãdidus interꝑtat. Quia iustus insistit opibus penitẽtie vt puenire mereat⁹ ad puritatẽ ꝓscientie. tãtaq; diligentia seruiuit ꝑ Rachel et Lya filiab⁹ Laban. i. pro adipiscẽda ꝓfectõe vite contemplatiue pariter ⁊ actiue. Econtra ꝙo Esau labori corꝑali minime deditus sensualibus voluptatib⁹ ⁊ lasciuijs intensius deseruiuit. Erat enim vir gnar⁹ venandi: sagitãdi: ceteraq; oblectãtia exercicia requietandi. Vnde dicit Grego. ꝙ venatio Esau vitã eoꝝ signat qui voluptatib⁹ exterioꝛib⁹ effusi carnẽ suaz sequũtur. Pro quo sciendũ ꝙ dñs mundũ varijs insensatis rebus ⁊ arboꝛib⁹: floꝛibus ⁊ similibus diuersisq; creaturis aiatis adornauit: vt in his hũana mens per aspectũ quãdã cõciperet oblectatõez. nõ quo creaturis ꝓncipaliter inhereret: sz quo facilius manuduceret ad omniũ creatorẽ. in eis scz diuinam potentiã. sapientiã. pulchꝛitudinez. dulcedinẽ. ⁊ infinita similia crebꝛi⁹ reuoluendo ⁊ clarius agnoscẽdo. Sic enĩ ⁊ philosophi licet gentiles deũ quesierũt. creatorem in creaturis inuestigãtes. ⁊ omniuz specie ac dispositõe ũsi voce rñdente: tandem artificez allquaten⁹ ex arte cognouerunt. Hinc Plato veluti cecutiẽs de eterna beatitudine tã dulci modulo disseruit ꝙ vnus ex eius discipulis ex fenestra seꝙtinus ꝑcipitez dedit vt ad eã vel sic experiendã ptingere mereretur. Et hoc est qđ dicit apl̃us ad Ro. j. Inuisibilia enĩ ipsius dei. i. essentia diuina a creatura mundi. i. ab hoĩe per ea que facta sunt intellecta cõspiciũtur. s. per terram. celũ. solẽ. lunã. stellas. ⁊ similia quas ĩmensas ⁊ perpetuas esse diligẽter inuestigauerũt. sz nihil eorum ex his que cernim⁹ deum esse vidẽtes. cuncta corꝑa visibilia trãscenderũt q̃ tantum vestigia creatoris esse deꝓhenderũt. Ex quoꝝ nimiꝝ specie et dispositõe: ordine duratiõe ⁊ dulcedine: ac similib⁹ deum esse infinite omniporẽtie. sapiẽtie. pulchꝛitudinis. dulcedinis intelligebãt. ⁊ similia attributa varia ex cõsideratiõe creaturarum ascribebãt oĩm creatori: Jacob igit̃ minime creaturaꝝ oblectatiõib⁹ inherẽs: sed vniuersa creata transcẽdens omnium requirebat auctorẽ. ideoq; nec venatõib⁹ nec alijs vanitatib⁹ insistebat. Sic ⁊ beat⁹ Franciscus de quo canit̃. quicq̃d in reb⁹ reperit delectamẽti regerit in gloriã factoris. Esau ꝙo oblectatiões creaturaꝝ percipiens. ⁊ has quasi finem desideriozꝝ suorum cõstituens illis turpius inherebat. ⁊ sensuũ delectatõibus seruiebat. Et idõ tanq; indign⁹ paterna benedictõe priuat⁹ est demerito sui qui fuerat ꝓmogenit⁹ genitura corꝑali: sed reprobatus ꝙ vita sensuali. Sic omnes carnales q̃ spũs sunt nõ percipientes: sed insensualitatib⁹ turpiter volptuãtes ⁊ nature ꝓprie deseruiẽtes: a celesti benedictõe fraudantur. ⁊ inter reprobos a iusto iudice cõputant̃. ¶ Quarto ꝙo Jacob dilexit ꝓpter obediẽtie decorem. quã vtiq; ꝓput decuit parẽtibus exhibuit in exhibẽdis reuerẽtijs: ac tandem in cõtrahendis matrimõijs. Naz Jacob domi ꝑmanens ⁊ licitis intentus actibus

in castitate grata se custodiebat ⁊ mulierꝫ lasciuiã penitus refugiebat q̃tum ad matrimonialẽ statũ ꝓuisioni parentũ ⁊ ordinatiõi sese plene relinquẽs. Quoꝝ tandez mandato in mesopothomiã ꝓfectus est vt inde sibi de cognatõe sua acciꝑet vxorem sicut Abrahaz seruo suo p̃ceperat ne filio suo Ysaac vxorẽ acciperet de filiab⁹ chananeoꝝ inter quas habitabat: eo ꝙ essent curiose. lasciue. garrule. et idolatrie dedite. secutus vestigia Seth. qui de mãdato dei posteris suis qui vocabant̃ filij dei p̃cepit ne acciꝑent vxores de filiabus hominũ. i. Cayn. vt patet sup̃. Sic etiam Ysaac precepit Jacob: sciẽs chananeos ꝓpter peccata expellẽdos de terra. Jacob aũt obediens parẽtibus viam aggressus est. Cui⁹ gratia nocte p̃uia egressionis sue diuinuz oraculũ dei accipe meruit: ꝙ ex semĩe suo christus nascerẽt. Nam vt dicũt hebrei ⁊ doctores sancti p̃ma nocte venit ad locuz vbi Abrahã obtulit Ysaac filiũ suũ. ⁊ illuz sacrũ reputãs ibidem ꝑmansit: vt partez noctis in oratõe vigilaret: sperãs diuinã recipe consolatõem. Post oratõez ꝟo tulit de lapidibus. vbi dicunt hebrei ꝙ tulit tres lapides: cui textus consonare videt̃. Et dormiuit in eodẽ loco. Viditq̃ in somnis scalã erectam a terra in celum. ⁊ angelos ascendẽtes ⁊ descẽdentes: ac dñm ĩnixum scale. Hec scala multis gradib⁹ cõstituta genealogiã ĩdicat saluatorꝫ ab Abraham vsq̃ Mariã. cui⁹ duo latera sunt iusti ⁊ peccatores. cui⁹ pes tangebat terrã. quia hũanitas christi cõueniebat cum hominib⁹ absq̃ peccato sũmitas celũ. qꝛ ſm deitatẽ cum deo patre ꝯueniebat. et dñm innixũ scale. quia diuinitas erat vnita inseꝑabiliter in christo carni a patribus descendẽti. Et angelos ascẽdentes ⁊ descendentes. sicut dicit̃ Johã. j. Videbitis celum apertũ ⁊ angelos dei ascendẽtes ⁊ descendẽtes super filiũ hominis. Et audiuit dñm innixũ scale dicentẽ sibi. Ego sum deus patris tui Ysaac. Terraz ĩ qua dormis tibi dabo ⁊ semini tuo. Euigilãs igit̃ Jacob de somno ſm hebreos inuenit tres lapides illos sub capite positos vnum effectos. qd̃ ⁊ litera sequẽs sonare videt̃ cum dicit. tulit lapidez quẽ supposuerat capiti suo. Et h̃ erat ĩ signũ triũ naturaꝝ in christo: scz anime. ⁊ corꝑis. ⁊ deitatis ĩ vnitate ꝑsone. quia nimiruz de incarnatõe christi p̃sens reuelatio facta est. Euigilãs igit̃ ait. Vere dñs est in loco isto ⁊ ego nesciebam. Pauẽsq̃. i. admirãs de dei benignitate. Quaz terribilis inquit. i. venerabilis est locus iste. Non est hic aliud nisi domus dei ⁊ porta celi. qꝛ videbat affuturũ ꝙ ibi fundaret̃ templũ in quo postea diuinus cultus viguit vbi ⁊ postea oblatus est christ⁹ circa eundẽ locum. Qd̃ etiaz in spiritu p̃uidit. ꝓpter qd̃ subiũxit. et porta celi. qꝛ passio christi celũ aperuit. Siccine qꝛ cõiugiũ obedientia paterna suscipe voluit prolis benedictõem anteq̃ cõtraheret audire meruit. Perueniẽs autez mesopothaniã pro vxoribus suis annis q̃tuordecim deseruiuit vt eas acciꝑet non cousa libidinis: sed affectu prolis. Naz ſm hebreos erat Jacob octoginta q̃tuor annoꝝ in castitate ꝑmanens anteq̃ ad vxores suas ingrederet̃. Esau ꝟo sensuũ oblectatõib⁹ ⁊ libidini carnis deuict⁹ absq̃ ꝯsilio parẽtum ⁊ assensu duxit duas vxores de filiabus Heth. que offenderunt aĩos Ysaac et Rebecce. qꝛ curiose. garrule fuerũt. ⁊ libidinose. quare cũ omni posteritate sua a domino est reprobat⁹. Sic ꝓfecto qui cõsilio sathane non cũ dñi timore ⁊ parentũ voluntate cõueniũt ab eodem ad diuersa ꝑniciosa ⁊ enormia vitia pertrahũtur: vel ex inordinato amore: vel ex inueterato rancore. qꝛ qd̃ per vnũ adimplere non p̃ualet alterius assensu vel instinctu celeri⁹ adimplet. ⁊ hoc seinuicẽ seducendo ꝓpter inordinatũ amorez. vel in inuicez cõsurgendo ꝓpter inueteratũ rancorẽ: ita ꝙ aliquãdo sequũtur machinatões vel optiones mortis alterutꝝ. Vnde refert Valerius ĩ epistola ad Rufinũ. ꝙ quidã Parin⁹ nomĩe flens Arrio vicino suo dixit. Amice arborem habeo in orto meo infelicẽ in q̃ se prima vxor mea suspendit. ⁊ postea secunda: nũt autẽ tercia. Cui Arri⁹. Miror te ĩ tacitis successibus lachrymas inuenisse. Et

iteruz. dñ boni que dispēdia: tibi arbor il-
la suspendit? De hinc tercio subiūxit. Ami
ce da mihi de arbore illa surculos quos se
raz. amice etiā dico tibi me tuo ne te opor
teat huiꝰ arboris surculos mēdicare ⁊ īue
nire nō posse. Hec ille. ¶ Quinto deniq;
Jacob dilexit ꝓpter vniꝰ dei culturā. ad
quā etiam fideliter suā instituit posterita-
tem. Naz exquo nō libido: sed ꝓlis poste-
ritas illū traxit ad cōiugiuz. ideo virtuti-
bus non cōcupiscētijs ꝑagendis insistens
vxores suas licet prius idolatras ad diui
nuz cultū reuocauit. adeo ꝙ ⁊ Rachel dū
cum viro suo recederet: idola patris sui ac
ciperet. non tñ ad colendū: sz ad idolatrie
occasionē patri subtrahendū. que Jacob
ad cōmonitōez angeli postmodū egressus
de sychen ⁊ alia quedā idolorū ornamēta
Rachel abstulit: ⁊ subter terebintū sepeli
uit. Et qꝛ fidelis cultor erat dei viuentis:
mulieres suas ⁊ posteritatē omnē ab ido-
loꝝ cultura ꝯpescēs ipoꝝ āgeloꝝ crebras
visitatōes. visiones. ⁊ ꝯfortatōes hr̄e me
ruit. qꝛ talibꝰ libenter assistūt: subueniūt:
⁊ subseruiūt. Sicut Jacob visitātes dum
reuerteret̄ de Esau ꝯfortati sunt: ne scz eū
timeret. Et sicut eū suadebāt ad redituz:
sic illos in via sepius habuit obuiā ad con
fortādū ꝯtra timorē fraternū. Et ait Ja
cob. Castra dei sunt hec. Cum autē ex hoc
Jacob nondū plene ꝯfortatꝰ plꝰ iusto fra
trem suū timeret: ⁊ in angeloꝝ ꝯfortatiōe
minus debito ꝯfideret. orāte eo rursuz in
ripa fluminis pro subsidio diuīe ꝓtectōis
apparuit illi denuo angelꝰ vt cōmuniter di
cunt doctores. qui. s. fuerat eius ꝓtector
in via: sed ꝓpter modicitatē ꝯfidentie sue
iā se finxit eū velle dimittere. Jacob aūt
angelū orationū suaꝝ instātia retinere co
natus est. ⁊ sic erat inter illos lucta spūa-
lis. Et cū videret angelū q̄si volentē rece
dere: vtpote quē oratōibꝰ retinere nō pos
set: ex familiaritate quadā quā ꝯtraxit ex
frequēti collocutōe cepit eū corꝑaliter ad
retinendū. qꝛ angelꝰ sumpsit corpus visi-
bile ⁊ palpabile. ⁊ sic erat inter eos lucta
corꝑalis. Cum ḡ videret angelꝰ ꝙ eū suꝑa
re non posset de manibꝰ euadēdo. i. nollet
sicut dicit̄ Marc̄. vj. de Jesu. Et nō pote
rat ibi virtutē aliquā facere. i. nolebat ꝓ-
pter incredulitatē eoꝝ. Nam per hanc lu
ctā angelꝰ oñdere noluit ꝙ etiā aduersus
Esau ꝑualeret: ait angelꝰ. Dimitte me au
rora est. Non inq̄t dimittā te: nisi benedi
xeris mihi. Et bñdixit eū in eodē loco. Et
hūc sensuz tangit ꝓpheta Ozee. xij. dicēs.
Directꝰ est cū angelo. s. luctādo cum eo. ⁊
inualuit ad angelū fm apparentiā ꝑ ange-
li fictionē. ⁊ ꝯfortatus est. s. per angeli be-
nedictionē sibi datā. ⁊ fleuit. s. qñ angeluz
vidit q̄si volantez recedere. ⁊ rogauit: ne
scz discederet donec illi benedictiōem de-
disset. Porro angelꝰ benedictiōem tribu-
ens tetigit neruū femoris eius ad punien
duz eum de sua diffidentia. vt oñderet illi
ꝙ priꝰ claudicauit mente sicut postea cor-
pore. His igit̄ indicijs dñs illi non modi-
cam dilectōis oñdit gr̄am. Quo cōtra re-
probatꝰ est Esau. qꝛ ductas vxores non ꝓ-
pter ꝓlis posteritates: sz ꝓpter carnis cō-
cupiscētias cōsequēdas ab idolatria non
cōpescuit. sed eas cū sua posteritate potiꝰ
secutꝰ est: ne illas offenderet ⁊ suas delici-
as ꝯtristaret. O vere labes execrāda q̄ to-
tam Esau posteritatē traxit in eternā dā-
nationez. Sic hodie multi amicicie gr̄a in
enormia turpiter effluūt ⁊ deū offendunt
ne turpissime ꝯfederatōis vinculū patiat̄
aliqd̄ familiaritatis iniq̄ dispendiuz. Q.
a nobis auertat christꝰ Jesus. Amen.

Sermo ad vincula Petri.

Petrus autē serua-
batur in carcere Act. xij. Quā-
tum ad veritatē historie Hero-
des agrippa licet fuit in ꝑncipio pauꝑ. po
stea tñ fauentibꝰ sibi duobꝰ imꝑatoribꝰ ro-
manis. s. Gayo ⁊ Claudio fuit eleuatꝰ ad
regnū. ⁊ a roma rex missus in iudeā. a qui
bus ⁊ honorifice fuit receptus. Propter
qd̄ in fauorē eoꝝ apprehensuz Jacobū fra
trem Johānis occidit. Et videns qꝛ pla
ceret iudeis incarcerauit ⁊ Petrū ante fe
stum. quē vinctū custodiri ꝑcepit a q̄tuor
q̄terniōibꝰ militū. i. a q̄tuor qui singuli ha
buerūt q̄tuor milites sub se: vt post festum

205

ad arbitriuz populi interficereť. Fuit igiť tam sollicite custoditus q̄ hūana via non patebat euasio. Quappter fiebat oratio p̄o eo ad deū ab ecclesia sine intermissiōe Nocte vo p̄cedente diez qua fuerat interficiendus misit dñs angelum suū cum luce mirabili: qui p̄cussit p̄tri latꝰ ad excitādum euz: dicens. Surge velociter. Et statim cathene ceciderunt de manibus eius. Rursuz ait illi p̄cingere. quia soluit cingulum vt vestis possit melius operire pedes cōtra frigiditatē carceris. Et calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Verūtamen quia fortitudo carceris q̄ diligens custodia sibi fecerūt imaginatiōem de euadendi impotentia: ideo rem gestā summū reputabat. sequebaťr tamen angelum. Et militibꝰ somno p̄ssis trāseuntes primā q̄ secundā custodiam milituz venerūt ad portam ferream. s. exteriorē portaz carceris que ducit ad ciuitatem: que vltro aperta est eis. Et p̄cedentes vicū vnum disparuit angelus. Tunc ad se reuersus p̄trꝰ ait. Nunc scio vereq̄. In qua quidā status exprimūtur cuiusq̄ hominis. scz mali per sathan damnabiliter īcarcerati: qui vincitur per affectus vitiosos. Incarceraťr enim per opus. dormit inter duos milites: scz inter delectationem peccādi q̄ spem diu viuēdi. vel status etiā homīs boni. q̄ penitentiā agētis per angelū bonuz. q̄ diuinā gratiaz misericorditer liberati qui percutiť in latere duz tribulatiōibus circūdatur. Excitatur autem dum per timorē impellitur p̄cingit se cuz laxatas delicijs habenas restringit. Induit caligas vel sandalia de corio facta per memoriā incerte mortis. Aperiuntur porte per veram cōfessionez. exit angelo vel gratia duce per plenā contritiōem: vt sic dicere valeat. Nunc scio vere. Petrus ergo seruabatur in carceris. ¶ Pro quo sciendū q̄ creatura rationalis licz ex nobilitate nature libera fuerat a deo creata libero arbitrio decorata: ita q̄ nulli subiaceret dominio: nisi diuino. nec violentijs quibuscūq̄ fuisset impulsus si perstitisset. nunc tamē post lapsuz diuersis vinculis q̄ carceribus augiť vt nō pateat respiratio: nisi ex sola diuina misericordia. De quibus p̄o nostra instructōe sex carceres tangere statim. ¶ Primꝰ ḡ carcer est mortalitas corporꝭ quō originale peccatū incurrimus. que scilicet mortalitas licet nobis ineſt partim ex natura: eo q̄ corpꝰ hominis compositus est ex cōtrarijs que posſunt agere q̄ pati adinuicē. ex quo accidit dissolutio cōpositi. in statu tamē innocentie quoddā donuz gratis a deo datum inerat anime q̄ ipa p̄ter modū aliarū formarū sm moduz suum vitam indeficientē corpori largireť sicut ipsa incorruptibilis est. vt dicit doctor sanctꝰ super. iij. distin. xvj. Hinc q̄diu manebat deo subiecta nulla dispositio īcorpore poterat accidere q̄ vitificatōem anime impediret. Nunc autem p̄pter originale peccatum donū illud ablatū est. q̄ relicta est hūana natura īstatu qui ei debeť ex natura suoꝭ principioꝭ vt dicit Dyonisius in ecclesiastica iherarchia. sm q̄ dictū est ei Geneſ. iij. Terra es q̄ in terrā ibis. Ab hoc aūt carcere Paulus liberari querēs dicit. Infelix ego homo. quis me liberabit de corpe mortis huius. Et Dauid. Educ de carcere aīam meam. Quare? qz homo natꝰ de muliere breui viuens tempe repletur multis miserijs. Sed hec sunt vincula quibus suos alligat dñs ne lasciuiētes īsolescāt Corripit enim omnē filiuz quem recipit. Verūtamen bonis omnia cooperaňť in bonuz. Mali vo potissime timent egressuz carceris huius. sicut malefici delectātur in carcere detineri: ne peiora patiātur: vel ad infernale dispendiuz deducātur. ¶ Secundus carcer est peccatū originale quo detineť aīa iam corpori infusa. quem passi sunt omnes patres antiqui. qz carcer iste est quedā obligatio ad penā originali debitā. scz ad carentiaz diuine visionis. quā ps. vocat vmbram: dicens. Eduxit eos de tenebris et vmbra mortis: q̄ vincula eoꝝ dirupit. Dicitur autez vmbra mortis. quia refrigerium habebāt ab estu gehēne vel pene sensibilis. Et sic eos ab ꝟ carcere liberauit pietas Jesu sanguine ꝓprio: vt dicitur Zacharie. ix. Tu autē in sanguine testamenti

vinctos tuos emisisti de lacu ĩ quo nõ erat
aqua. Nihilominꝰ tñ ⁊ post baptismuz re-
manet aĩe nostre carcer quidam .i. fomes
B peccati. Quia ꝑm sanctũ Tho. sup. ij. dis.
xxxij. duplex pena debetur origĩali. Una
inqꝫtum personã inficit. s. carentia diuine
visionis. Nam visio quendaz actum desi-
gnat. actus aũt visionis actus ꝑsone est. ⁊
ideo ad eaz est reficienda. et hec pena ꝑ ba-
ptismuz tollitur. Alia enim pena cõdebe-
tur inqꝫtuz naturã inficit. s. necessitas mo-
riendi rebellio carnis ad spirituz. s. fomes
⁊ hmõi. que oĩa ex principijs nature cau-
santur ⁊ totã speciem cõsequũtur: nisi mi-
raculose cõtingat illis aliter. quã infecti-
onem non tollit licet minuat inqꝫtum gra-
tia inclinat ad cõtrariũ illius dispositõis.
Et licet mors naturalis semꝑ maneat: est
tñ in melius cõmutãda. Ex quo fomite ꝓ-
cedunt vincula carceris huius de quibus
ps. Funes peccatoruz circũplexi sunt me.
Que sunt motus sensualitatis ⁊ praue in-
clinatiõis. delectatões. desideria. ⁊ simi-
lia. nec soluũtur nisi igne spiritꝰ sancti qui
cũcta sensualia desipere facit. Sicut figu-
ratum est in Sampsonis fortitudine Ju-
dic. xvj. qui ligatus septẽ nouis funibꝰ vt
vinctꝰ traderet̃ philisteis ad occidenduz.
Quos appropinquãtes cernens irruente
in se spiritu: rupit vĩcula quõ si rumpat fi-
lum de stuppa cuz ardorẽ ignis acceperit.
⁊ sic liberatus interfecit de philisteis mil-
le viros cum mãdibula asini. Sic enĩ nos
maligni spiritꝰ captiuare conãtur: captos-
qꝫ in profundũ maris abducere. Sed nos
dirũpamus vincula eoꝝ ⁊ ꝓijciamus a no-
bis ⁊c. Quia reuera felix victoria que du-
cit ad celsitudinẽ eterne beatitudinis. nã
in hac pugna non solũ angelos: sed ⁊ ipm
dñm spectatorẽ habemus. vt patet in bea-
to Antonio. quem cũ demones spũalibus
temptatõibus vincere nõ poterãt: corpo-
ralibus afflictõibꝰ debellare conati sunt:
vt eum saltez vel sic de loco certaminis ef-
fugarent. Unde taz atrociter vice quadã
verberatus est: vt mortuus ab amicis pu-
taretur. qui de loco certaminis ab eis de-
portatus: cunctis dormiẽtibus subito re-
uiuiscit. ⁊ a ministro suo ad ꝑdictũ locum
se portare fecit. Ubi cum ex dolore ꝓstra-
tus iaceret. ex virtute tamẽ animi qua po-
tuit illos ad conflictũ ꝓuocabat. Qui de-
nuo cõparentes in diuersis feraruz specie-
bus. dentibꝰ. vnguibus. ⁊ cornibꝰ crude-
lissime lacerauerũt. Tandem vero splendo-
re quodã mirifico fugatis omĩbꝰ eodẽ mo-
mento subito sanat̃ Antonius. Qui chri-
stuz adesse sentiẽs ait. Ubi eras bone Je-
su: vbi eras? Quare a principio non affu-
isti vt me iuuares ⁊ mea vulnera sanares?
Cui dñs. Anthoni hic eram. sed expecta-
bam videre certamen tuũ. nũc autez quia
viriliter dimicasti: in toto te faciam orbe
nomĩari. ¶ Tercius ꝓinde carcer est accu-
sans cõsciẽtia. in qua per timorez dei iniu-
sti captiui detinẽtur cũ Job: dicente. De-
rebar omnia opera mea: sciens quia non
parceres delinquẽti. Dominꝰ autem car-
ceris huius ratio est que dictat ꝙ nihil re-
manebit impunitũ. ⁊ ideo delinquẽtez sta-
tim mittit in carcerem hunc vinculis astri-
ctuz: que sunt penitẽtie opera vel religio.
que nimirũ ligant miseruz ad artam vitã
in contritõe cordis. cõfessiõe oris. ⁊ satis-
factione operis. In cuius figura dicitur
iij. Regũ. xxij. Mittite virum istuz in car-
cerem ⁊ sustentate eum pane tribulatiõis
⁊ aqua angustie. O felix carcer qui ad per-
petuam libertatez vinctum eduxit. Cuius
vtilitatez ꝑsciens nõ ĩmerito diceret. Do-
mine tecuz sum paratus ⁊ in carcerez ⁊ in
mortem ire. Tenet enim ne lasciuiat spiri-
tui: ne se carnalibꝰ misceat. Sic enim Jo-
seph licet innocens aditꝰ est carceri: ne cõ-
misceretur cum vxore domĩ. Sic iustus li-
cet actũ carnis cõtemnat. se tamen mittit
in hunc carcerem ne quãdoqꝫ consentiat.
Sz felix incarceratio iusti que ꝓmouet ad
sceptrum regni. ¶ Quartus carcer est ma-
lorum: scilicet peccatum actuale mortale.
quo scilicz impij detinẽtur donec ad suspẽ-
dium infernale deducant̃. Cuius vincula
sunt diuina ꝑcepta que miseruz trãsgredi-
entem ligant ad eternã damnationẽ. Do-
minus huius carceris est sathanas. Unde
Luc. xiij. Hanc autez filiam Abrahe quã

206

ligauit sathanas decem et octo annis non oportuit solui a vinculis die sabbati. ibat enim curua: vt ptz in textu. Sic hodie vinctos tenet infinitos. annis multis: vinculis varijs. que tamen gratanter sustinent. quia futurum periculū non sentiūt. Cuius periculi figura tangitur Iere. lij. in rege Sedechia. qui postq̄ captus erat ducebatur ad regem babilōis. cui primo filios suos iugulauit in oculis eius. deinde oculos eius eruit. ⁊ vinctū eum cōpedibus et ducens eum in babilonē: posuit eum in domū carceris vsq; in diē mortis. Sic peccator postq̄ captus est trāsgressione diuini precepti datur ī potestate sathane. qui filios eius. i. opera bona interficit. quia mortua reddūtur q̄d̄ mortali vitio subiacet. Et ne damnū suum sentiat delectatiōe peccati protin⁹ excecat. quo fit q̄ illius enormitatem non pōderat. nec recordat futurorum iudiciorum dei. Hinc vincit eum cum compedib⁹. i. vitiosis affectibus quib⁹ deinde cetero resistere non ualet. licet etiaz effectu adimplere non valeat: solo affectu vano ducendus in damnatōem perpetuam.

Quintus carcer est purgatorij quo ducuntur in peccato veniali post mortez deprehensi. Cui⁹ vinculo sunt inflexibilis diuina iusticia: que nihil relinquit impunitū qō inuenit vitiosum. imo qō inuenit otiosum ⁊ non bonū. Super quo querit doctor sanctus super. iij. distin. xl. vtz in humanis actibus aliquis indifferens inueniri potest: p̄sertim cuz dicit domin⁹. de omni verbo otioso qō locuti fu. sed minus videtur esse verbum q̄ factum. Cuius solutionem vide superi⁹ in sermōe. lxxxix. Red de rationē. Hinc nimiz beatus Hieronimus pctā venialissima deflebat quasi mortalia. Sextus carcer est infern⁹ quo ducuntur in mortali decedētes. De quo dicit dom⁹ Iath. v. Esto cōsentiens aduersario tuo. i. diuine legi. Et hoc per cōformitatem vite dum es cum eo in via. i. in p̄senti vita. ne aduersarius te tradat iudici: et iudex tortori. i. diabolo: q̄ est executor diuine iusticie. ⁊ mittaris in gehēnam. Amē dico tibi: non exies inde donec reddas nouissimū quadrantē. Glo. i. p minimis peccatis in eternū punieris. sicut latius patz superius. Unde Ysa. xxiiij. Congregabūtur in cōgregatione vnius fascis in lacum ⁊ claudent̄ in carcere⁹. Qui carcer vocat̄ stagnū ignis ⁊ sulphur. Apocal. xxj. Stagnū vocat̄ q̄ stat īmobilis ī ppetuū. ignis propter acerbitatē. sulphur propter fetorem. Vinculum carceris hui⁹ est illa terribilis fulmīatio diuine sentētie. Ite maledicti in ignem eternū. que ligabit tam demones q̄ reprobos hoīes nunq̄ resoluendos. Unde dicit̄ in canonica Jude. q̄ angelos qui non seruauerunt suum principatum. i. fue conditōis nobilem statū: sed derelinquerūt suum domicilīū. i. celuz empireum. in iudiciuz magni dei vinculis eternis sub caligine reseruauit eos sub hoc aere caliginoso vsq; ad tempus extremi iudicij: tradendos vinculis eternis cum quib⁹ ligabūtur omnes reprobi vinculis inflexibilibus diuine sentētie. Que si declinare volumus funes peccatorum: nūc dirumpere studeamus. Quia vt dicit Grego. Certa tunc ligat pena quos modo ab operib⁹ bonis ligat culpa. Quaz stulti ergo qui peccatorum vincula non cauent quoz infinitus est numer⁹. de quibus dicit Prouerbiorū vij. Statim eam: scilicz culpā vel delectationē sequitur: quasi bos ductus ad victimam. ⁊ quasi agnus lasciuiens. ⁊ ignorās q̄ ad vincula stultus trahatur donec sagitta scz extreme sentētie transfigat iecur ei⁹. Qō a nobis auertat ille qui est benedict⁹ in secula. Amen.

In festo sancti Laurentij.

Dilegit pedes suos super lectulum ⁊ obdt. Gen. xlix. Hec verba originaliter scripta sunt de Jacob patriarcha: q̄ supplantatorem interpretat̄. qui supplantauit fratrem suum Esau. figurate nobis ostēdens q̄ q̄ victor inimicorum ⁊ supplantatorum vitiorū effici voluerit: colligat pedes suos. i. affectus in lectulo suo: a deo scilicet sibi naturaliter appropriato: hoc est in quadam simplici puritate diuine dilectiōis. q̄z vt dicit Boeci⁹

iij. de consolatōe phie. Inest homini veri boni naturaliter inserta cupiditas. Alioquin affectus oberrās: in stopulos imo in latrones incidet bonoꝝ apparentiuꝫ. sicut Boecius prosequit: dicens. Sed ad falsa deuius error abducit. Et hmōi quidem ꝙ erret ei indicat propria cōscientia. qꝛ rationalis creatura ideo est facta ad apprehēsionem cuiuscūqꝫ boni creati: vt per h̄ quaerat perfici ⁊ tanq̄ per viam duci ad apprehensionē summi boni increati tanq̄ finis vltimi. et ideo cor eiꝰ nunq̄ plene quiescit donec per amorosam inhesionē cōplectatur: verū ⁊ summū bonuꝫ ad qd̄ solum fruendum creatus est. Vnde Moysi petenti videre faciem eius: respondit dn̄s Exod. xxxiij. Ostendā tibi omne bonuꝫ. i. essentialiter a quo omne bonuꝫ fluit ⁊ participiū sumit. Qd̄ vtiqꝫ in tria distinguit. Est em̄ bonuꝫ honestū: vtile: ⁊ delectabile. sed nō in his requiescit seruus christi fidelis. sed potius ingemīat cum p̄s. dicens. Rēnuit cōsolari anima mea. memor fui dei ⁊ delectatus sum. Hec enim reputat vt stercora vtpote veri boni impeditiua. Vnd̄ dicit Grego. in omel. de virginibus. Fortis est vt mors dilectio. quia sicut mors corpus interimit: sic ab amore reruꝫ corporalium eterne vite charitas occidit. Nam quē semel perfecte absorbuerit ad terrena foris desideria: velut insensibilez reddit. Qd̄ liquido patet in beato Laurentio: cui verba ꝓposita apte cōueniūt. Collegit pedes suos ⁊c̄. Ad instructōem nostram gratia breuitatis sicut sunt tria bona apparētia: ita triplex lectus assignari potest: quē beatus Laurentiꝰ refugiens in lectulo suo. i. sibi a deo appropriato pedes suos. i. affectus colligere studuit: et sic mori voluit. Primus lectus est bonum honestū. ad qd̄ humanꝰ affectꝰ ingenita sua nobilitate ferri dinoscitur. quia gloria ⁊ honore coronasti eum dn̄e. ⁊ bene coronatus erat a deo. Sed excecatus malicia verum honorē nō intelligens, cōparatus est iumentis. honorem angelicū in brutalez cōmutando. Honor enim angelicus promeret virtutibus: que nos ad diuinā similitudinē prouehūt. sed iā honor hūana estimatiōe transijt ab animi virtute ad reꝝ copiam. Et vt dicit Senec̄. Ex quo pecunia ī honore esse cepit verus honor cecidit. Hinc etiam in mundo surrexit tam detestabilis ambitio. que ſm Tho. ſa ſe. q. xxxj. importat inordinatum appetitū honoris. qui scꝫ appetitꝰ contingit esse tripliciter inordinatꝰ. Primo cum appetit testimoniū de excellentia quā non habet. qd̄ est appetere honorem supra suam portōem. ⁊ hic vere colitur ab omnibus tam pauperibꝰq̄ diuitibus. Hinc īgeminant̄ ornamenta. cōquirunt̄ curiosa vestimēta. ⁊ in omnibꝰ oculos humanos pascere q̄rimꝰ. Verūtamē plus fetet ī pauperibus ⁊ plus regnat in diuitijs etiaꝫ iniuste ꝯquisitis honorari querūt. vnde deberent potius ad legalez penam ꝯdemnari. Secūdo vo cum honorē sibi assumunt non referēdo illum ad deuꝫ. ⁊ hoc proprie contingit cuꝫ quis honorat̄ pro virtutibꝰ que sunt in eo veraciter vel apparēter pro quibus dum se cernit honorari studet proprie oblectatōi in vana gloria. vana complacentia. ⁊ elatōe occulta. non referendo illud ad diuinā gloriā a quo om̄ia accepit. Cum dicit apl̄us. Quid habes qd̄ nō accepisti: ꝙ si accepisti quid gloriaris quasi non acceperis? Et talibus quidem est virtus non solum infructuosa: sed ⁊ ꝑniciose. ita vt plerūqꝫ talibus expedit ꝙ cadāt in aliqd̄ manifestū scandalū: vt sic reducant̄ ad humilitatis fundamētuꝫ. Tercio deniqꝫ cum sic appetitus eius in honore quiescit ꝙ non refert illū honorem ad alioruꝫ vtilitatem. scꝫ cum quia honorat̄ ſm illud qd̄ p̄eminet alijs ī aliqua excellētia vel dignitate spūali ⁊ tempali qd̄ ei concedit̄ a deo. non vt inde inflet̄. sꝫ vt ex eo alijs prosit cum sic excellit virtutibꝰ sicut dignitatibus. Ad qd̄ specialiter honor ecclesiasticus inductus est: ⁊ etiam tempalis honor in cōsuetudinem. ⁊ ideo tales ꝑsone velut in exemplū omniū posite. sicut plus ꝓmerentur virtutibꝰ: sic etiam plus demerent̄ malis exemplis. Sicut de p̄latis ecclesiasticis dicit Augustinꝰ in epistola quadā. ⁊ habetur in decretis. lxxxiij. dis. Q. nemo

217

amplius nocet q̃ qui ꝑuerse agens nomen
vel ordinẽ sanctitatis vel sacerdotis ha-
bet. Delinquẽtem nanq; hunc redarguere
nullus presumit: ⁊ in exemplum culpa ve-
hementer extenditur quãdo pro reueren-
tia ordinis peccator honorat̃. Et iste ẽ le-
ctus ferreus Og regis basan: habens no-
uem cubitos longitudinis ⁊ quatuor lati-
tudinis. vt habetur Deutro. iij. per quem
signatur lucifer: qui super nouem choros
angelorum ambitiõe detestabili requiesce-
B re voluit. Et de quatuor specialiter super
biuit. scilicet de nobilitate nature. singula
ritate potentie. subtilitate intelligẽtie. et
arbitrij libertate. Sic omnis superbus ex-
tollit se super nouem choros angelorum:
ĩmo supra deum. vt dicit Bernard. Quia
vult deus fieri voluntatem suam: et super
bus vult fieri suã. iam videtur equalitas.
sed vide male congruã portionem. Deus
enim in his que ratio approbat suam vult
fieri voluntatem. superbus ꝟo sine ratio-
ne ⁊ contra rationem. Unde deus se rati-
oni ⁊ equitati subdit: quas suꝑbus super-
gredi non veretur. Et hic quidem lucifer
imitando se ꝑm conditõem ⁊ statum suum
semper eleuat. vel nature nobilitate. forti
tudine. pulchritudine. ⁊ similibus natura
libus preditus. vel ꝑeminẽtie alicuius ter
rene potentie: sicut in dignitatibus cõsti-
tutus. aut subtilitatez intelligentie. scien
tie. eloquẽtie. et sic de alijs acquisitis. vel
deniq; arbitrij libertate: sicut diuicijs suf
fultus qui non eget alicui⁹ auxilio vel sub-
sidio. Sed audiant quid rñdeat Bernar-
dus: dicens. De mihi si taz dure in poten
tente animaduersuz est pro eo ꝙ elatũ est
cor eius: hoc ei soluz ꝓfuit ꝙ grata est po-
tentibus superbia: quid erit de me misero
⁊ superbo? Hũc ergo lectulũ beatus Lau
rentius penitus refugit. Et cum Psal. ele
git penitus abiectus in domo dei sui. In
cuius argumẽtuz cũ post beati Sixti mar
tyriuz ad pontificatus honorem esset ve-
risimiliter assumẽdus ꝓpositum honorem
quasi paratũ lectum declinans: ex tunc ce
pit pauperuz habitacula ꝑquirere. pedes

eoruz lauare. elemosynas dare. eligens in
humilitatis sterquilinio requiescere. pla-
ne demõstrãs quãta humilitate fungeba-
tur archidiaconatus officio. Agnouit ni-
mirum ꝙ excelsus dominus humilia respi
cit. ⁊ spiritussanctus super humilem ⁊ qui
etum requiescit. ¶ Secundus ꝟo lectu-
lus est bonum vtile ꝑm estimationem hu-
manam. scilicet aurum ⁊ argentuz: posses-
siones. in quibus confidunt homines. et
velut in lectulo per affectum requiescunt.
De quibus dicit dominus Luc. xij. para-
bolam posuit de homine cuius ager contu
lit fructus vberes: ⁊ ait. Anima mea ha-
bes multa bõa reposita in ãnos plurimos
quiesce. bibe. epulare. Sed q̃diu miser in-
felix? Nam hac nocte demones repetent
animam tuam quam in diuitijs cõgregan-
dis vẽdidisti. Nam auaro nihil scelerius.
Hic enim ⁊ animaz venalẽ habet. Et que
congregasti cuius erunt? Porro lectulus
iste non tantuz periculosus est: sed et spi-
nosus. testante domĩo qui diuitias spinis
compauit. Et bene quidem spinis compa
rantur. quia corda viciose diligentiuz cu
ris ⁊ sollicitudinibus lacerant: licet miro
modo auaros retinent. ne viui vel moritu
ri donec spiritus est in naribus eas desere
re valeant. quia velut vndiq; vulneratos
et auaricia tabescentes in lectulo suo deti
nent. eo ꝙ morb⁹ est pene incurabilis. De
quorum animaruz medicus diffidere vide
batur: dicens. Facilius est camelum intra
re per foramen acus q̃ diuitem auarum in
regnum dei. Quod apte figuratum est in C
Gyezi ministro Helyzei. iiij. Regum. v.
Nã sanato Naaman diuite a lepra ⁊ He
lyzeo rẽnuente suscipere oblata: ait intra
se Gyezi cupiditate ductus. Pepercit do
minus meus Naaman ne acciperet ab eo
curram post eum ⁊ accipiaz aliquid ab eo.
Et sic incurrit auariciam. Dixitq; ad Na
aman. Dominus meus misit me dicens.
Nunc venerunt duo adolescẽtes ex filijs
prophetarũ. da eis talentum argenti ⁊ ve
stes mutatorias duplices. Et sic mendaci
um incurrit. sicut frequẽter accidit in ac-

quisitione temporaliuz emendo: vendendo. Habetur etiam in hebreo q dixit Naaman. Jura: scilicz q te misit Helyzeus Et sic iurauit: siccz periuriuz cõmisit. Reuersusqz cum duobus seruis principis Naaman. Cum venissent ad domum tulit ea de manu eorum. et clam in domo reposuit ne scilicet Helyzeus perciperet. et sic furtum cõmisit. Quod etiam frequenter contingit in fraude vendentium. Quem vocans Helyzeus: ait. Unde venis? Qui respondit. Non iuit quoqz seruus tuus. Et sic addidit secundũ mendaciuz. Ecce quomodo maledicta auaricia peccata multiplicat. et miserum inuoluit ne euadere valeat. Naz in vno facto quincz grauia peccata cõmisit. scilicet cupiditatem iniustã. mendacium pernicioſum: quia deceptoriũ. periurium. furtum rei notabilis. et secundum mendaciuz. Hinc subdit Helyzeus vindictaz: dicens. Accepisti tibi argẽtum et vestes vt emas oliueta et vineas. oues et boues. seruos et ancillas. sed et lepra Naaman adherebit tibi et semini tuo in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus tanqz nix. a iustoruz consortio eternaliter separãdus. quia lepra morbus est incurabilis. Unde de talibus dicit Job xvij. In tenebris strauí lectulum meuz caligine cecitatis. Quem lectulum licet paratum beatus Laurentius ascendere noluit. quia susceptos ecclesie thesauros et imperatoris die noctuqz pauperibus erogare studuit. ne audiret opprobrium opprobrantium in iudicio et dicentium. Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suuz: sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. ¶ Tercius deniqz lectulus est bonum delectabile. in quo multi velut in stercore suo requiescere querunt. Unde Sapientie. v. Dixerunt impij cogitãtes apud se non recte. Exiguum et cum tedio est tempus vite nostre. et non est refrigerium in fine hominis: quasi negantes premium boni operis. nec est qui agnitus sit reuersus ab inferis. quia ex nihilo nati sum9. et post hec erimus tanqz non fuerimus. Venite ergo fruamur bõis. coronemus nos rosis anteqz marcescant. nullum pratum sit qõ non pertranseat luxuria nostra. Ubiqz relinquam9 signa leticie nostre. quoniaz hec est pars nostra. Sequitur. Hec cogitauerunt et errauerunt. excecauit enim eos malicia eorum: et cetera multa. Exempli cau D sa Salomonem producamus in medium. qui ait Ecclesiastes. ij. Dixi in corde meo vadam et affluaz delicijs. q profecto quinqz sensibus hauriũtur. Unde cum esset sapientissimus ad inuestigandas delicias et ditissimus ad eas consequẽdas pre omnibus mortalibus in maximis delicijs corporalibus vixisse credendus est. Naz oculis parauit quicquid animuz per visum oblectare potuit ut diceret. Omnia que desiderauerunt oculi mei non negaui eis. Unde regina Sabba licet potentissima et ditissima prudentissima dum videret omnia que fecerat Salomon et audiret sapientiam eius non habebat vltra spiritum. Auditui do preparauit cantores et cantatrices. omniaqz genera musicoruz. Sed quid ait? Nõ satiatur oculus visu nec auris auditu. Olfactui proinde cuncti generis arbores et herbas odoriferas parauit. vnguẽta et aromata plurima ac diuersa. Gustui autem cibaria non solum omnem fere deliciositatem excedentia: sed et vasa aurea. non solum ex quibus potabat vel edebat: sed omnis suppellex domus. saltus fuit de auro purissimo. quia argentum non reputabat aliculus precij in diebus eius. vt merito diceret de eo q epulabat quotidie splendide. Tactui deniqz parauit delicias filioruz hominuz. id est vxores et cõcubinas. Unde dicitur. iij. Regum. xj. q fuerunt ei vxores quasi regine septingentre et concubine trecente. quia ad tantã deuenerat carnalitatem q frequenter de nouo virgines habere volebat. Sicut de rege Assuero legitur. q die qualibet vnã habebat. et que ingrediebatur vespere egrediebatur mane. nec habebat licentiam reuertendi ad regem nisi vocata. Et qõ bis ossibus maius erat omnib9 bis fruebatur

sine retractatiõe cordis: sicut assolet fieri in multis qui licet delicijs frui videntur interius tamen in conscientia redarguũtur: retrahũtur: ãgustiantur ꝛc. Unde dicebat Non ꝓhibui cor meũ quin omni voluptate frueretur. quoniã adeo ꝓpter mulieres idolatras deprauatũ erat cor suum ꝙ etiam deos eaꝝ adoraret ne suas delicias. i. dilectas vxores cõtristaret. Quid igitur? Nunquid curiosus exquisitor deliciarũ in omnibus his finem optatum sortitus est? Audi nunc veram cõfessionẽ. Cum inquit me vertissem ad verius cognoscendum de istis ad vniuersa: vidi vanitatẽ ꝛ afflictionem animi. Et sequitur. Rursusq; detestatꝰ sum omnez industriã meã qua sub sole studiosissime laboraui. Quid ergo o miser homũcio pauꝑ ꝛ modice deliciarũ coaceruabas: pro quibus spernẽdas ducis celestis delicias? Chrisoſ. de reꝑatõe lapsi. Quãta tẽpora luxurie? q̃ deliciaꝝ spacia cõparare vis eternis penis? Centũ si placet ãnis demus. adde ꝛ alios. centũ adde ꝛ decies centũ que erit ex his ad eternã compensatio? Nonne omne tempus vite huius quo delicija frui videmur: ꝛ indulgere libidini quasi noctis vnius somnus ad eternitatis estimationẽ estimabitur. sicut dicit ps. Dormierunt somnũ suuz: ꝛ nihil inuenerũt omnes viri diuitiaruz in manibus suis. Hinc beatus Laurẽtius spirituales pedes. i. affectus in ipso summo bono salubriter collegit: ne deflueret in has vanitates ꝛ insanias falsas. Undꝫ mirabili modo quesiuit delicias corꝑales in crathe ferrea. spirituales in charitate ignea. eternales in fruitione deifica. Primo corꝑales delicias quesiuit in crathe ferrea quã letus ascẽdit ꝛ adhuc monstratur rome in horum memoriam. Et hic quidem lectulus licet ſm se durus videatur: factus est illi tamen ad modum dulcis. Quia nimirũ tacita dilectõe ferbuit in dilectuz suũ ꝙ vim illius amplius non ferens refrigeriuz querebat in tormentis. In cuius argumentuz cum Decius afferri iuberet omne genus tormentorum. ꝛ eum ad sacrificandum suaderet vt tot genera tormentoꝝ euadere possit: libera voce respõdit. Infelix has epulas semper optaui. Tormenta velut epulas reputans ꝛ amplectens. Sic Agatha glorianter ibat ad carcerem quasi ad epulas inuitata. Sic Vincẽtius ad preparatũ ignem accelerans: tortoris arguebat inertiã. O quales putamus eos in celis delicias possidere: qui tam sollicite studuerunt eas in penis querere et veraciter ĩuenire? Unde beatus Laurẽtius extensus super crathez ferream ꝛ igne supposito furcis ferreis cõpressus dixit Valeriano. Disce miser q̃a carbões tui mihi refrigeriũ prestant. tibi autem eternuz supplicium. Et tandez subiunxit. Ecce miser assasti vnam partẽ: iaz gira ꝛ manduca. Cõuersusq; ad dominuz ait. Gratias tibi ago domĩe: quia sic ianuas tuas ingredi merui. Et hoc dicens emisit spiritum. Si ergo tantas delicias ĩ penis acerbissimis ĩuenit: quãtas putamus in lecto charitatis interna cõtemplatione spirituales delicias suscepit? Nam sic dicit Bernardꝰ. in quodam sermone. Illud est veruz ac summũ gaudiuz quod non de creatura: sed creatore concipitur. quod cum acceperis nemo tollet a te. Cui aliũde cõparata omnis iocunditas meror est. omnis suauitas dolor est. omne dulce amarũ est. omne decoruz fetidum est. omne postremo quod delectari potest molestũ est. Sz hoc gaudium non possidetur: nisi pax et iusticia teneatur. Q; si dicis: cur hoc gaudiuz non experior. Respõdeo ꝙ cor tuum putrescit ĩ infimis. voluptatur in affectibus occupatur in terrenis. delectatur in creaturis. nec possunt miseri vera vanis: eterna caducis: ima summis. Q; si non vis illud putrescere stude semper sursuz leuare. Unde dicit Augustinꝰ super Psal. lxxxij. Non putrescit cor si leuetur ad deum. frumentum tuuz si haberes in inferioribꝰ: ne putresceret leuares illud ad superiora. frumento tuo mutare queris locuz: ꝛ cor permittis in terra putrescere. frumentum leuares ad superiora: cor leua in celum. Et vnde inquis possuz? qui funes? que machine? q̃ scale opꝰ sunt? Gradꝰ tuus affectꝰ ẽ. iter tuũ voluntas tua. amando ascendis.

negligendo descendis. stans in terra ⁊ in celo es si diligis deū. Hec ille. Sic beatus Laurenti⁹ in charitate ignea requieuit et per eandez in celum ascendere studuit vbi delicias eternales fruitiōe deifica obtinere meruit. Ad laudez domini nostri Jesu christi. Amen.

Sermo de assumptione beate Marie virginis.

Surrexit Salomon in occursuz matris sue. iij. Reg. ij. Sicut habetur Hester. vj. rex Assuerus quādam insomnē ducens noctē annales historias prioꝝ temporuz ante se legi iussit. Qui cum audisset in eis beneficium fidelissimū a Mardocheo sibi impēsuz pro q̄ nihil mercedis acceperat: ait ad Aman principez sup̄ oēs ꝓuincias. Quid fieri debuit viro quem rex voluerit honorare? Cui ille. Debet indui vestib⁹ regijs. ⁊ imponi super equū qui est de sella regis. ⁊ accipe regiū diadema super caput suum. Et prim⁹ de regis principib⁹ equū eius teneat. ⁊ per plateā ciuitatis incedens clamet. Sic honorabit̄ quez rex voluerit honorare. Cui rex. Festina et fac sicut dixisti Mardocheo. ⁊ caue ne quicq̄ de his q̄ locutus es p̄termittas. Ecce quid mortalis mortali glorie ꝯtulit ꝑ impenso beneficio quo regem a morte tempali p̄seruauit. O quid ergo rex reguz sue dilectissime matri in assumptiōe ꝑ illius honore ꝯtulit q̄ taz fideliter educando ei seruiuit. Vnde merito quasi temptādo summis spiritib⁹ dicere potuit cū sciret q̄d facturi essz. Quid debet fieri dulcissime matri quaz filius altissimi rex reguz honorare voluerit. Cui illi merito respōdere poterāt. Debet indui vestib⁹ regalib⁹ tanq̄ regina verissima curie celestis. ⁊ accipere regium diadema. i. coronari gloria omniū angeloꝝ ⁊ sanctorum. ⁊ imponi sup̄ equū qui est de sella regis. i. dulciter suscipi felicibus amplexib⁹ hūanitatis christi. Et sic baiulari ad consistoriū sanctissime trinitatis. Altior eniz omnib⁹ nobis est. nec illi cederet ad honorez si vel a quoq̄ nostꝝ eius anima sanctissima deferret̄ in celum. sed hoc erit nostrū obsequiū vt equo regis sociemur. ⁊ per viam incedētes dulciter modulemur. sic honorabitur quez rex voluerit honorare. Et domin⁹ Jesus. Festinate ⁊ facite sicut locuti estis. Ac ip̄e primus omniū totus festinus ad maternā susceptionē delectabiliter ꝓperauit. Q̄d figuraliter nobis īnuitur in verbis ꝓpositis. Surrexit Salomō ⁊c̄. Que quidem a rege Salomone q̄tum ad literaz acta sunt: postq̄ cōfirmatus fuit in regem israhel. Nam ad illum accessit mater eius quippiā petitura. Q̄d videns Salomon: vt preceptū impleret dn̄icū de honoratiōe parentum: de solio suo surrexit in occursum matris. ⁊ adorauit eam. i. reuerentiaz exhibuit. Vel s̄m Josephum amplexatus est eam. positusq̄ est thronus matris regis: ⁊ sedit ad dexteram eius. q̄ hodie spiritualiter in beata virgine cōpleta gaudet mater ecclesia. Nam hodie surrexit Salomon noster de celesti solio in occursuz matris sue p̄cipue ꝓpter quatuor.

Primo vt eā honoraret obuiatiōe magnifica: scilicet cū multitudine omniū sanctoruz ⁊ angeloꝝ. Vnde dicit Bernard̄. Hec assumptio habet aliquid excellentius filij dei ascensiōe quo ad triumphalem occursuz. quia soli angeli ipso Jesu occurrere potuerunt. Matri vo ascendēti filius ipse cum tota curia taz angeloꝝ q̄ sanctorum omniū solēniter occurrens eaz euexit ad beate ꝯsistoriū cōsessiōis. O q̄bene nobiscū ageret̄ si vel minim⁹ angelus in hora mortis nostre aduenire dignaret̄. ad suscipiendā ⁊ ꝓtegendā aīam nostrā a rugiētibus p̄paratis ad escam. Quedā enim anime ab vno angelo deportant̄ in celum: vt paruuloꝝ post baptisma decedentiū. sicut promisit dn̄s Exod̄. xxiiij. dicēs. Ecce ego mitto angelū meū qui custodit te. ⁊ inducat in terram quam ꝓmisi patribus tuis. Vel etiam deportantur in purgatorium. Quia vt tangit doctor sanct⁹ sup̄. iiij. dis. xxj. Anime ī purgatoriū nō portant̄ a demonib⁹ neq̄ puniunt̄. qꝛ victores eoꝝ extiterūt. Non em̄ iustū est ꝙ qui de aliq̄ triūphauit ei subijciat̄ post triūphū. Quedaz

etiam anime ꝓpter virtutū eminentiam a multis angelis assumūtur. ꝑsertim ille ꝙs angeli propter extensam charitatē supra se ꝓmiandas esse ꝓuident. sicut innuit dominus de mendico Lazaro Luc. xvj. Factum est autez vt moreretur mēdic⁹ ⁊ portaretur ab angelis in sinuz Abrahe. vt sic maiori gloria ꝑsentetur altissimo. Sed in assumptōe gloriose virginis tota curia celestis angelorum ⁊ sanctorum regine celi ⁊ matri christi obviaz ꝓcessit. Mirum cū ⁊ ipse filius dei matri sue totus festin⁹ occurrit. Nec miruz ꝙ ad eam recipiendam in celum tota multitudo cōcurrit: cuz ⁊ adhuc in terra degenti tāta multitudo cohesit illius pulchritudinē delectata: illiusq; seruitio deputata. Unde beatus Dyonisius cum ad eam videndā ꝓuocatus esset: siquidez fere tota christianitas tam gratiosam creaturam cernere cupiebat. sicut liquide testant epistole beati ignatij ad virginem misse. Cum igitur aduenies beatus Dyonisius ad eam videndaz fuisset introductus: vidit circa eam tantum splendorem ⁊ tantam angelorū multitudinem ac ipsam virginē tanta claritate vulgentez: vt dixisse referat ꝙ eam vt deam adorasset pre magnitudine glorie quam viderat nisi fuisset euangelica fide certificatus. vt refert Hubertinus. ¶ Secūdo Xo matri christus occurrit vt eam salutaret adoratione mirifica. Nam occurrens eius filius etiam in deitate sua cunctis manifestauit hanc esse verissimaz genitricem suam: que ipsum cōcepit: peperit: ⁊ nutriuit. ⁊ in assumpta natura se fideliter sociauit. imo tā sollicite seruiuit. tam reuerenter educauit ꝙ nullus vnq; mortaliuz tantam reuerentiam exhibuit diuinissimo sacramēto sicut ipsa fecit infantilib⁹ eius mēbris. Et ideo merito filiali reuerētia vt matrez dignissimam dicitur eam adorasse: preceptū illud adimplēs. Honora patrem tuuz et matrē tuam. O bone Jesu eterne deus: quid est ꝙ mulierem adoras ⁊ tantam reuerētiam
B exhibes? Adoro inquit eam: quia duo faciunt eam adorandā. Primuz est ratione maternitatis que in ea fuit singularis efficientie. quia sine semīe virili sola ex spiritu sancto ꝓcepit. Fuit inq; singularis magnificentie. quia nulla preter ipsam deum genuit vel post partuz virgo permānsit. Fuit denicq; singularis diligentie. quia nulla vnq; mater filium tantū dilexit vel sollicita fuit. Secundū est meritum humilitatis quia qui se hūiliat exaltabit. Et qz in humilitate non habuit equalez. ideo in exaltatione nō habeat cōsortem. sicut superius patuit de triplici gradu hūilitatis: licet de humilitate coacta. voluntaria. et honorata in sermōe de eius cōceptōe post L. Unde dicit Hubertin⁹. ꝙ quia se ꝓ humilitatem inabyssauit sub omni creatura. ideo deus non soluz eam exaltauit sup homines: sed etiam super omnē angelica creaturam magnificauit. ⁊ vt suam verissimā matrem reuerēter adorans: ad eam honore inestimabili se corpaliter inclinauit. O stupendum Marie priuilegiuz ⁊ inaudite celsitudinis fastigiuz. Terre isto respectu honoris nō respiceret: dei filius milleties mille millia seraphin. Nec solum sm Josephū sed etiaz amplexat⁹ est eam. O quales putam⁹ eam amplex⁹ a dño ⁊ dilecto filio pariter ⁊ oscula suscepisse. que taz sedule. tā amorose. taz dulciter in tugurio paupertatis oscula tam melliflua tenellis ⁊ infantilibus adhuc eius labijs impressit. Que denicq; tam crebre suspirauit illud canticū cāticoz. Osculetur me osculo oris sui. Et in hmōi amplexu dulcifluo vt pie credēdū est anima illa sanctissima demulcebat: ne mortis acerbitatē ꝑsentiret: sed sine pena carne soluta in vlnas filij delectabiliter euolaret. Si nanq; vt habet in vitis patrz ad euocatōem anime cuiusdā paupis in platea morientis missus est David cū cantoribus ac vniuersis musicis instrumentis: vt animā illam sine pena corporali per abundantiam simphonie dulcedinis eliceret. et ad celestem gloriam expetendam prouocaret. O quid actuz credimus in egressu anime tam sanctissime virginis? In amplexu tam mellifluo filialis amoris ⁊ spiritualis vnitatōis vere dicere poterat illud. Alia mea liq̄facta est vt dilectus locutus

est. Et inter hec aīa illa purissima carne so
luta inter amplexus spirituales filij celeri
ter euolauit. Interim vero spiritus angeli
ci sollicitudine non pigri aerem istuz cali-
ginosuz ab īmundis spiritib⁹ depurare fe-
stināt: per quē scilicet beata virgo fuerat
ascensura. ne saltem eoꝝ incursum vel a lō
ge pateretur. ¶ Pro quo notandū qꝛ vt
dicit doctor Bonauētura sup. iij. senten.
dis. vj. ⁊ etiaz in multis locis patet ex scri
pturis. ꝙ locus demonuz post lapsum sal-
tem vsqꝫ ad diem iudicij proprie loquēdo
non est locus sub terra quem nos infernuz
vocamus. Et ſm cōmunem opinionem est
in centro terre. quia ſm curiosos natura-
les distat a supficie fere miliarib⁹ trib⁹ mi-
lib⁹ ducētis. xlv. ⁊ quedā minuta q̄ leucas
faciunt quasi sexcētas ⁊. xxij. licet nihil de
hac distantia refert cum peccator in pun-
cto ad infernū descendit si in peccato mor
tali repert⁹ fuerit. Sed aer caliginosus est
eoruz locus in quo generaliter multitudo
demonū inhabitat. Et hoc p̄sertim ꝓpter
humanū exercitium. Dicit enim Augusti.
ꝙ nunq̄ eos deus creassz quos presciebat
futuros malos: nisi pariter nosset quib⁹ bo
noruz vsibus eos accomodaret. Scit enī
bene vti malorum voluntatibus q̄uis ma
lis. Qd pulchre ostendit Origenes super
illud Numeri. xxij. Stetit angelus domi-
ni cōtra Balaaz: dicens. Prouidētia dei
ita omnia disposuit ꝙ nil ociosum reman
sit. maliciam non fecit cum tamen ab alijs
inuentaz prohibere posset non prohibet.
quia si malicia non esset: virtus contrari-
um nō haberet: nec claresceret: nec exami
natio fieret. Non probata vero nec exami-
nata nec virtus essz. Et sequit̄. Tolle ma-
liciam fratris Joseph et inuidiam: simul
dispensatiōem dei. ⁊ que in egypto pro sa
lute omniuz gentium sunt aufers. Sequi-
tur. Tolle regis Balath maliciaz: ⁊ nusq̄
erunt prophete Baalim. Aufer maliciam
Jude ⁊ proditionem: auferres pariter et
crucez christi ⁊ passionem. Tolle astutias
diaboli: nec erit corona victorie legitime
certanti. si desunt obsistētes nec erūt ago
nes nec victoribus munera parent̄. Non
solum ergo bonis vtitur deus ad opus bo
num: sed etiaz malis. Hec ille. Credendū
tamen est ꝙ aliqui descendunt ad inferos
ad torquendas aīas ſm ꝙ habent inter se
determīata maledictōis officia. Nam ipi
animas damnatas vsqꝫ in diez iudicij tor
quere credūtur: que post diem iudicij sola
diuina iusticia puniētur. Hi ergo maligni
spiritus ab aere caliginoso longo depulsi
credūtur quasi territi de taz honorabili ⁊
iocunda societate. Nam sicut vulnerati
semper in luctu degentes tantam iocundi
tatem ferre non valebant. Quia vt dici-
tur Ecclīasti. xxij. Musica in luctu impor
tuna narratio. Et quia cecati sunt a ꝓpria
malicia tantā celicam claritatez ferre nō
poterant. Sed admiratiōe ducti querere
poterant inter se. Que est ista que progre
ditur quasi aurora cōsurgens. pulchra vt
luna electa vt sol. terribilis vt castrorum
acies ordinata. ¶ Tercio proinde matri
christ⁹ occurrit vt eaz exaltaret sublima-
tione altissima: ad quaz nec angelicus spi
ritus attingere valuit. et ideo a solo chri-
sto baiulari debuit. Non tamen sic intelli
gendum ꝙ anima illa in eius ascensu egu-
erit aliquo adiumento exteriori quo pro-
ueheretur in celuz. Quia dicit doctor san
ctus super. iiij. distin. xliiij. ꝙ corpora san
ctorū dicūtur ferri baiulis angelis vel eti-
am nubibus non ꝙ illis indigeant quāto
magis anima gloriose Marie: sed ad desi
gnandam reuerentiaz que etiam corpori-
bus gloriosis ab angelis et ab omnib⁹ cre-
aturis deferetur. Tunc enim veraciter ex-
peritur in electis illud Augus. Quod pon
dus est in corporibus: hoc amor est in spi-
ritibus. pondus meum amor meus. illo fe
ror quocūqꝫ feror. Recepta igitur aīa ma
tris in gremio filij ⁊ processiōe beatorum
spirituum decenter ordinata procedit ce-
li regina filijs vlnis sustentata. non ad ne
cessitatem vt dictū est: sed ad honoris ex-
cellentiam: ita vt mirarētur etiam angeli
ci spiritus: dicentes. Que est ista que ascē
dit de deſto delicijs affluēs. qꝛ obsequio
oīm angeloꝝ ⁊ sctōꝝ deducta. Nec solū il
lis ꝯtēta est: sz etiā innixa ē sup dilectū. q̄

deductio taz honorifica bene figurata est in archa dñi quaz adducebat Dauid cum septem choris in tubilo. vt habet. q. Reg. vj. et. j. Paralip. xv. Et statim sequit ibidem. Q cum adiuuissz dñs leuitas q portabãt archam. vbi dicit doctores hebrei q per istud adiutoriũ intelligitur. quia archa portabat virtute diuina seipaz: sic q portantes nullũ pondus sentiebant. Pro quo miraculo facta est illa ĩmolatio d qua sic dicit ibidem. Cumq trãscendissent qui portabãt archaz dñi sex passus ĩmolabãt bouem q arietẽ. ludebatq Dauid in organis armigatis. Dec archa beatã Mariã signat. Sicut ait Psal. Surge domine in requiem tuam: tu q archa sanctificatiõis tue. Quaz hodie Dauid noster in tubilo q clangore tube deducere dignat⁹ est: ludẽs epythalamiũ amoris in organis armigatis. Et nos fratres seqmur affectib⁹ mentis. deotis suspirijs. sedulis oratõibus. Nam sicut super archam illam erat propiciatorium vel oraculuz quod erat operculum arche fm dictuz ra. Sa. vel tabula aurea desuper eleuata: per cherubin sustentata fm alios. Et vocabatur propiciatorium. quia de illo audiebãtur responsa diuine pietatis. Dicebatur etiam oraculum. quia per oratõnes impetrabatur diuinuz responsum quod inde audiebat. et sic erat ibi quasi sedes dei. Sic per Mariam nobis dantur responsa diuine pietatis. quia quicquid venie: quicqd misericordie: quicquid gratie: quicquid glorie dominus nobis indulgere disposuit: totum per Mariam impartiri voluit. vt ad eam tanq̃ misericordie matrem q federis ac recõciliationis recurramus. Subleuata igitur vltra omnem creaturã tam angelicam q̃ humanã: q summe trinitati decenter presentata. Quali putas excellentia honoris et dulcedine amoris est recepta: q̃ incõprehensibilibus amplexibus a deo patre salutata: Velut spõsa vtiq castissime dilectionis osculo est preuẽta: que singulari mũdicia virginitatis ita patri celesti complacuisse monstratur: vt illi filiuz suum vnigenitum daret. Unde ab eo recepit fontalẽ fecunditatez ad omnes electos regenerãdos. Et etiam angelos: saltem in gustu aliquo q gradu experiẽtie diuinorum. Ex ea nanq̃ fluxit vnde etiam angelus augmentum meriti saltem accidentalis accepit. q ex hoc habet ratiõem potestatis q sublimitatis imperialis post filium super omnem creatam naturaz. Quam inexpsibili inq̃ reuerentia a deo filio suscipitur tanq̃ verissima mater illius q omni honore dignissima vicem debitam reddens tante hospite. Unde sicut a christo homine psentabatur. sic a christo deo suscipiebatur vt genitrix q mater fidelissima. Suscipitur etiaz a spiritusancto indicibili dulcore suauitatis. qui recognoscẽs eam esse fornacez sui amoris: q officinam sue mirifice operationis. Cunctis enim patefecit quicqd in gratia mirificum operatus est. Et q in ea totum ignem operatõnis virtuose reclusit: q nunq̃ creaturis dare disposuit. Quantam igitur leticiam in eius aduentu exortam fuisse putemus que omnibus sic profecit. presertim cum ipa sola post ingressuz filij sui decore regio regnum illud intrasse creditur etiam angelicos ordines tam ineffabiliter supergrediens. quia ipsa plenitudine glorie sue omniuz sanctorum q angelorum gloriam excellere credenda est?

Quarto deniq̃ matri christus occurrit vt eam sibi vniret coniũctione ĩmediatissima. Et ideo dicit innixa super dilectuz. Super hunc enim fm Bernarduz. inniti tur mater illa felicior q aureo reclinatorio diuine maiestatis incũbens inter sponsi q filij sui brachia requiescit. Et hoc maxime angelos admirari fecit cum viderent eam ascendentem ad filium claritate cõsortij. vt sicut Jesus sedet ad dexteram patris .i. in potioribus bonis glorie paternalis: sic mater eius benedicta sederet in potioribus glorie filialis. Quia reuera hoc stupendum erat prodigium q mulier sic diuine glorie plenitudinem sortiret. Ad quaz ineffabilem coniũctionem illam prouexit charitas eius intentissima et etiam purissima: qua pre ceteris omnibus incomparabiliter ferebatur in filium suum deum et

hominē. quia summā habuit dilectiōez naturalez. acquisitā. ⁊ gratuitā. vel infusaz. Nam primo summā habuit dilectionē naturalem. qꝛ summꝰ amoꝛ naturalis est matris ad filiū. quē amoꝛez habuit in summo gradu: qđ sic ostendi potest. Amoꝛ enī naturam habet ignis naturalis. q̄ quāto plꝰ spergit̄ ⁊ diuidit̄: tanto plus minuit̄ ⁊ debilitatur. quāto ꝟo plus adunatur: tanto plus augmētat̄ ⁊ vigoꝛat̄. Sic ⁊ amoꝛ q̄nto plus cōuincit̄ in vno obiecto: tāto magis indensat̄ augmētatur et purificat̄. Et hec est causa p̄cipua cur dn̄s suis sequacibus p̄cepit abrenunciare terrenis. ne talibus. s. coꝛde ⁊ affectu turpiter inhererēt. quia coꝛ humanū facile adheret omnibꝰ q̄ frequētat. Nunc autē cetere matres q̄ viros cognouerūt amoꝛē diuisum habuerūt ad maritos. filios filias. amicos ⁊ notos. ⁊ terrenas facultates. Hec ꝟo nec virum nec aliū filiuz. nec domū. nec agrū habuit. sed sicut Jesus nō habuit vbi caput suuz reclinaret. vt sic coꝛ suū cum omni virtute naturali in filiū suuz trāssfunderet. Sic pari modo de dilectōe acquisita prudens lectoꝛ silogizare debet taz in eius actiua vita qua Jesu sedule ministrauit: q̄ etiā in cōtemplatiua qua nunq̄ coꝛ suū abstractū a deo habuit. Jugiter aūt per memoriaz in re dilecta dulciter occupari ⁊ pure delectari: multū incendūt ip̄m amoꝛem. vt patet infra. Sic ⁊ in dilectiōe infusa cunctis p̄cellebat: sicut etiaz pꝛe ceteris omnibꝰ a deo plus gr̄e accepat. Nimirū cū ⁊ ipsuz amoꝛē nouem mensibꝰ in vtero coꝛpaliter poꝛtauerat: ita q̄ fiducialiter dicere poterat. Ego mater pulchꝛe dilectōis. Ad laudem dn̄i Jesu.

Sermo secūdus de eodē festo.

Ego mater pulchꝛe dilectionis ⁊ timoꝛis ⁊ agnitionis ⁊ sancte spei. Eccl̄asti. xxiiij. Hec verba mater eccl̄ia dulciter applicat matri xp̄i: q̄ taz excellēti virginitate ⁊ singulari fecūditate deū ⁊ homīez ac ꝓpꝛiuz edidit creatoꝛē. peccatoꝛibꝰ veniaz. iustis gratiā: infirmis medicinā. ⁊ c̄munē omnibus leticiā pariēdo. Quia chꝛistꝰ Jesus sicut vnicꝰ est dei patris filiꝰ naturalis s̄m diuinitatē per quē in creatiōe multos filios adoptauit ⁊ acq̄siuit. s. angelicos sp̄ūs in gr̄a stabilitos. Sic etiā s̄m hūanitatez vnicꝰ est Marie filiꝰ. cui scz matri dedit ī recreatōe multos adoptiuos filios p̄ gratiam repatos. Hi sunt om̄es electi dei inter quos Jesus p̄mogenitus vocatus est Luc̄. ij. q̄ ip̄e p̄mogenitꝰ ex ea dedit ⁊ multos filios adoptiuos. vt esset ip̄e pꝛimogenitus ī multis fratribꝰ. Hos igit̄ oēs Jesus matri dedit in filios in cruce suo p̄cioso sanguīe recreatos sub typo Johānis: dicens. Mulier ecce filiꝰ tuus. q̄si diceret Vide mater dulcissima q̄ntū ꝓ peccatoꝛibus patioꝛ vt recōciliatos in fratres ⁊ heredes accipiā. Et quotiēs in posteꝝ exigēte mea iusticia ꝓpter iniq̄tates suas dānari oporteat. Tu mee recōmendatiōis tp̄e passiōis tibi facte non īmemoꝛ illos mihi surripias. ⁊ fideliter ꝓ eis tanq̄ filios interpellas. Et in hoc fratres chꝛistus ostēdit circa nos viscera misericoꝛdie sue quibus tam multipharie querit occasionē miserendi. Hec enim recōmendatio dulcissime matri taz pꝛofunde dinoscitur īmersa q̄ ipsa sua liberalitate se cunctis pie inuocantibus beniuolā exhibet ⁊ benignaz: vt sic securū peccatoꝛ accessum ad deū habere se gaudeat. vbi filiū habet ante patrem latus ⁊ vulnera p̄sentantez. ⁊ matrē ante filiū pectus ⁊ vbera ꝓferentē. vt verificet̄ illud p̄s. Quoniā tu dn̄e suauis ⁊ mitis ⁊ multe misericoꝛdie omnibꝰ īuocantibꝰ te. Verūtamen licet interuētu sue mr̄is oībꝰ misericoꝛdiā exhibere desiderat: ip̄a tn̄ edocta sp̄ūsancto oꝛdinatōe iustissima inq̄rit vt ad illā p̄cipiendā dispositi q̄ntuz in nobis est ⁊ hūiles īueniri studeamꝰ. Quā vtiq̄ dispositiōem et habilitatem in verbis pꝛopositis euidenter enunciat. Quasi diceret. Qui per pulchꝛam dilectionez. laudabilē timoꝛē. verā agnitiōez. et scām spē se diligēter dispōit. illiꝰ ego mater singulariter ero. eidē affectū ⁊ p̄ociniū exhibēdo mat̄nū. Ego mr̄ pulchꝛe dilectōis et

timoris ⁊ agnitōis et sancte spei. i. mater sum pulchre dilectionē timorē et agnitionem ⁊ spem habentiū. eo ꝙ accidētia non sunt nisi in subiecto dispōsito. Et hoc quidem ꝙuor beata virgo mater esse dignat maternis subuentōibus. visitatōibus. cōsolatōibus. ⁊ benedictōibus sedule ꝓueniens. Primo nāq; mater est eorum qui pulchre in se dilectionē copulare laborāt: cū nimirū primogenitū suū amore cōceptum īmo fontem amoris eniꝛa diuīo amore tota redūdat. Ad cognoscendū ergo pulchrum amorem sciendū est ꝙ aliquid dicit esse pulchꝝ tripliciter. Primo dicitur esse pulchꝝ ex puritate. sicut vitrū vinū aqua ⁊ similia dicūtur esse pulchra quādo sunt pura. Secundo dicit aliquid esse pulchrū ex ordinabilitate. sicut homīes imagines animātia ⁊ similia dicunt esse pulchra qñ partes vel membra ꝓporcionabiliter adinuicem sunt ordinata. Tercio dicit aliqd esse pulchrū ex nobilitate. sicut imago vel vasa aurea aut argentea dicūtur esse pulchra quasi scemate vel lapide aliquo facta Et hec tria pariter in dilectōe pulchra cōuenire debent vt illa dilectio pulchra dicatur que ꝓcedit ex puro subiecto cū affectu ordinato in obiectū nobile. Primo debet esse pulchra ex puro subiecto .i. ex pura anima: que scilicꝫ ꝓpter suam dilectionem omniū peccatoꝝ prauitatē detestē. Non enim dñs tantuꝫ respicit dilectionē sensualē ⁊ affectualē que ex natura potissime vigorem sumit: nisi diuino amore dulcius irroꝛata origini sue pro posse se penitus in volito cōfirmet. ꝙntū respicit intellectualē amorem ex mera dilectōe diuina diuino beneplacito se cōformantē. alioꝙn maculā habet ⁊ non est accepta deo. Naꝫ qui dicit qꝛ diligo deum . ⁊ mandata eius non seruat mendax est. Unde respexit dominꝰ ad Abel ⁊ munera eius. ad Cayn autem non respexit. quia qui diligit deum fe da cōsciēcia: offert ingrata munera. Vo dicum enim fermentū totam massam coꝛrumpit. Secūdo debet esse dilectio pulchra ex ordinato affectu. vt scilicꝫ ad sua diligibilia iustū seruet ordinē diligēdi. de quo sponsa gloriat in Cantic: dicēs. Ordinauit in me charitatē. Hic enim est debitus ordo diligendi: ꝙ cū oīa diligibilia ordinanē in deum tanq; in suam originē: etiam oīa ꝓpter deū diliganē. Dñ Bern. Ordinauit deus in rebus diligendis charitatem: vt sciam⁹ quid prius: quid posterius: quid min⁹: quid maī⁹: quid per se: q̄d per aliud diligat. Sunt enim tempalia diligenda ꝓpter corpus: ⁊ corp⁹ ꝓpter animā. Valet enim aīe corp⁹ tanū ad penitentiam. infirmū ad meritoꝝ cumulationem. mortuū ad requiē. resuscitatū ad cōsummationē. ⁊ ideo ꝓpter animā corp⁹ est diligendū. Anima xo ꝓpter deū ad cuius imaginē facta est. Deus autē ꝓpter se. qꝛ nihil digni⁹ vel vtilius diligi potest. Nihil inq; digni⁹ quia prioꝛ dilexit nos: ⁊ īmeritis tese dedit pro nobis. Nihil etiaꝫ vtilius. qꝛ ex huius amoris virtute nobis omnia cooperant in bonum. Noꝛo dilectio fm Bern. dupl'ex est. scilicꝫ affectualis: ⁊ actualis. In dilectōe affectuali ꝓponēdus est deus ꝓmo: vt pluſq; ꝓxim⁹ diligat. īmo vt ꝓximus solum ꝓpter deum diligatur. Quia sicut anima affective bene ordinata dilectōi ꝓximi dilectio dei ꝓponitur sicut etiam in creaturis. ꝙnto magis participāt de bonitate dei: tanto magis sunt diligende vt in ipsis homīibus ꝓfectiores infirmioꝛib⁹ celum terre. eternitas tempoꝛi. anima carni ꝓponat. Verūtamen in dilectōne actuali bene ordinata oppositus ordo semꝑ obseruatur. quia circa curam ꝓximi plus vrgemur ⁊ infirmioꝛibus fratribus plus assistim⁹ ac languoꝛibus corporis postpositis cura anime quotidie inseruim⁹. oꝛantē hominez deo loqui quis dubitet? Quotiens tamē in charitate abducimur ⁊ euellimur ꝓpter eos qui nostra indigent opera vel loquela? Tercio debet eē dilectio pulchra ex nobili obiecto in qō ordinat. Unō amoꝛ qui fertur in hominē bonū ⁊ iustuꝫ melioꝛ iudicat q̄ ad hominē malum. est etiam potioꝛ amoꝛ celi q̄ terre. Dilectio igitur ad obiectum ordinata qō deus est pulcherrima iudicatur. maxime cū ꝓpter se deus pure diligit

non propter aliqđ cõmoduz iam consecutum vel in posteꝝ ꝓsequendũ. nec propter aliqđ incõmoduz declinandũ vel p̃cauendum. Vnde quãtuz intentionis extranee ille se cõmiscet: tantũ a vera ⁊ pulchra dilectõe desipit. Hanc igitur dilectõez qui puram ⁊ ab omni cõmixtiõe defecatam in diuinũ obiectũ sustulerit gloriosaz virginem fidelissimã defensatricẽ. dulcissimam cõsolatricẽ. pñssimã interuentricẽ. ⁊ tanq̃ filiꝰ ad eterne adoptõis spiritualẽ genitricem habebit vt feliciter experiat. Ego mater pulchre dilectõis. Secundo vo mater est eoz qui pulchꝝ timorem habere studuerũt. Additur aũt pulchꝝ ad differẽtiaz fedi timoris: sicut timor mũdanꝰ quo mundo quis innitit tanq̃ fini. ⁊ ad eiꝰ fauorem cõsequendũ vel contumeliã declinandã. aut multa cõmittit mala: vel omittit bona. sed qui hominibꝰ placent confusi sunt: quoniã deus sprevit eos. vel sicut timor humanꝰ propter quem picula ⁊ damna corporis. vel reꝝ p̃cauenda diuĩa quis cõtemnit p̃cepta. aut etiaz p̃termittit ingredi ardua sicut penitentiã religionẽ: timens in corpore deficere ex discretõe carnis nõ ratõis. Cõtra primũ dicit Math. x. Nolite timere eos q̃ occidũt corpꝰ. Desecũdo Job. vj. Qui timet pruinã veniet super eum nix eterne damnatõis. quia timet pruinã. i. modicuz penitẽtie laborem. Vel deniq̃ sicut timor seruilis qui coactꝰ euitat mala ⁊ facit bõa timore supplicij vt spe p̃mij. Sed hos timores sollicite repellat qui beatam virginẽ in matrem habere desiderat: vt sic timorem pulchꝝ introducat. quia pulchri timoris mater est. Dicit autez timor pulcher p̃sertim ex obiecto timorem causante qđ deus est. in nobis efficiens tria bona dum timoris affectio debite ordinata fuerit. Primo nãq̃ purtatẽ in nobis operat. quia respiciens deum iudicem ⁊ vindicẽ omniũ malorꝝ. eo q̃ nihil est contrariũ deo nisi peccatũ timoris puritatem causat. qz peccatũ expellit. Eccl. j. Timor domini expellit peccatũ. Nimiꝝ cuz talis timor maxime diuinã refugit offensam: eius indignationẽ metuens q̃ pprias damnationẽ. Vnde timore huiꝰ verecundia motus Esdras filijs israhel recidiuãtibus orauit dicens eiusdem ꝑmi. ix. Domine deus meus cõfundor ⁊ erubesco leuare faciem meam ad te. quoniã iniquitates nostre mltiplicate sunt super caput nostꝝ: ⁊ creuerũt vsq̃ ad celuz. Vides qz timor iste cuz laudabili verecũdia coronatus est vt tanto reddatur acceptior. Vnde dicit Ambrosiꝰ de morte Abel ⁊ Cayn Erubescere debemꝰ ⁊ cõdemnare peccatũ non defendere. quia pudore culpa minuit defensione cumulat. Timor enim peccatũ amaricat: ⁊ verecũdia deo mentez gratificat. qđ naturali docemur exemplo. Naz timor naturaliter revocat sanguinẽ ad interiora. ⁊ ideo fit homo pallidus cũ timet Sic timor dei spũaliter per detestatõez revocat sanguinẽ. i. vitam humanaz: que in sanguine cõseruatur ab his que fm carnez carius amplectit. Sed verecũdia sanguinem revocat ad exteriora. ⁊ hominẽ gratiosum reddit. Dicit enim Boetius sup. cathegorias Aristotel. q̃ cuz homo penitet ex aliquo delicto sanguis amicꝰ nature q̃si delictũ cooperturus ad exteriora tendit. ⁊ hec est causa quare homo fit rubeus cuz verecũdat. Secundo vo bonitatẽ operat. qz respectꝰ ad deũ tanq̃ benignissimũ patrẽ bonitatẽ in bonis causat: et ad omnia bona opera ꝓuocat. Hinc dicit Eccli. xv. Qui timet deũ faciet bona. Mirum qz timor filialis sicut refugit offensam: sic aspirat ad paternã complacentiaz: sciens scriptum de christo in trãsfiguratiõe sua. Hic est filius meus dilectꝰ in quo mihi bene cõplacui. Quare? quia filius nõ potest facere quicq̃: nisi qđ viderit patrem faciẽtem. vt qualis pater talis filius inueniatur. Pater eniz maxime complacet similitudine: sicut ⁊ dissimilitudine maxime irritat. Hinc etiam ad ossimodam confortaten, nos allicere volens Math. v. dicit. Diligite inimicos vestros. benefacite his qui oderũt vos. ⁊ orate pro ꝑsequẽtibus ⁊ calũniãtibus vos: vt sitis filij patris vestri. qui solem suũ facit oriri sup bonos [illegible]alos. Et hec est bonitas que opat

242

in nobis. Tercio denicz diuini beneplaciti voluntatem in nobis operat. maxime quātum ad liberā sui resignatiōem in omni tribulatōe ⁊ aduersitate. Eccli. ij. Qui timent deū inquirēt que beneplacita sunt ei. Et ps. Beneplacitū est dño super timētes eum. Hec autem opatio tam accepta bilis diuini beneplaciti causat ex eo q de um tam infinite maiestatis qui cūcta verbo creauit. qui respicit terrā ⁊ facit eā tremere sua dignissima charitate respicit p nobis redimēdis hūana natura vestitum. pro nobis instruēdis in mūdo triginta tribus annis cōuersatum. pro nobis abluendis plagis liuidū ⁊ effusiōe sanguinis toridum. pro nobis in sponsas suas cōsecrādis tā horribili mulctatū morte: ⁊ sic animarū nostraz fidelissimū sponsuz effectū. Pro quo plenius adipiscēdo omnē volūtatem suam taz inexpssibili agonia dulcissimo patri in tam duro mandato liberalissime resignauit: dicens. Verūtamen non sicut ego volo: sed sicut tu. An non merito fratres hec resignatio omnē nostraz volūtatem sibi vendicabit? Sic igitur in nobis operatur diuini beneplaciti volūtatē. Et ex his tribus effectibus quos in nobis deus operat. hunc timorē pulchruz esse dicimus. Et illum habentiuz dei genitrix mater fidelis esse dignatur. ¶ Tercio xo mater est pulchrā agnitionē habentiū. Pro quo sciendū q triplex est agnitio nobis putilis. ex qua tres virtutes necessarie nobis oriuntur. Prima igitur est agnitio diuine reuerentie. ex qua nimirū veram dilectionem cōsequimur. quia quāto deum cognoscim⁹: tanto necesse est vt eū diligam⁹ Ipse nancz bonitas est tam ineffabilis. ⁊ dulcedo tam inexpugnabilis q eum odire nemo potest. aut agnitū non diligere. sed quātum cognoscit tantuz diligit. Et ideo vita cōtemplatiua q maxime pficit ad veram cognitiōem. etiam maxime puocat et ingerit ad viscerale dilectiōem. Quia sm Richardū supet. ij. iugis cremplatio rei dilecte ⁊ pure delectari in re dilecta vehementer intendūt ⁊ incendūt actum diligēdi. ¶ Secunda xo est cognitio ppie infficientie ex qua psequimur humilitatē. qz quāto verius ad interioza cōuertimur: tāto perfecti⁹ ⁊ verius mala nostra vidētes propriā vilitatem agnoscim⁹. Vnde profundi⁹ hūiliemur. Hinc ait Bern. Tu quicunqz es etiam si sanctus es. si te ad lumē veritatis intus in anima sine dissimulatione inspicias non dubito: quin tu humilieris in oculis tuis. Vnde singularis illa pietatis officina que virtutū omniū arcez obtinuit. ⁊ nullam peccati maculaz admisit in agnitione ppria se humiliauit: dicēs Ecce ancilla domini. Et ideo respexit humilitatez ancille sue. Sic igitur ex cognitione diuina dilectio: sic ex cognitōe ppria humilitas generat. ¶ Tercia autem est cognitio materne clemētie ex qua spem ⁊ fiduciaz cōsequimur. ita q si propter dei reuerentiā. ⁊ peccatorū nostroz defectuū q multoz cumulatōem. ⁊ meritoz insufficiētiam faciem nostrā leuare non audem⁹ diuinam clementiā erubescētes: ad virginē matrem cōfugiamus de illius clemētia cōfidentes que nos in gratiā recipiēs q materna beneficia diuine gratie clemēter recōciliabit. qz hec est pulchra cognitio cui⁹ beata virgo dignatur esse mater. ¶ Quarto denicz mater est habentiū sanctā spem non vticz spem inutilē vel psumptuosam. Spes xo iutilis est que de reb⁹ transeūtibus cōcipit. sicut impijs imperat ps. dicens. Ecce homo qui non posuit deū adiutorem suū: sed speravit in multitudine diuitiarū suarum ⁊ pualuit in vanitate sua. Sed quid in fine rndit sapiens Sapiē. v. Spes impi q quasi lanugo q a vento dispergitur. Spes xo psumptuosa est que de diuina bonitate concipit nullis meritis suffragantibus. imo quib⁹ ipa spes est occasio ignauie vel crasse negligētie. aut etiaz maioris ruine. ⁊ sic esset peccatuz in spiritum sanctū. De q spe dicit Job. xj: Oculi impioz deficient ⁊ refugium peribit ab eis. ⁊ spes eoz abomiatio ē anime. Spes autē sancta est expectatio certa future beatitudinis ex gratia dei et meritis ppijs puenies. Vnde tria sunt que spem nram sanctificant et beate virgini gratificant.

Primuz est ꝙ propter eam a peccatis cessemus. Nam in eo frustra q̄s sperat q̄diu peccando illū ꝓuocat in quez sperat. Hinc dicit Psal. Spera in deo et fac bonitatez et pasceris ī diuitijs eius. Et hoc est quod dicit Johānes in canōica sua. Omnis q̄ spem habet in deo. s. sanctā: sanctificat se sicut ille sanctus est. Secundū est ꝙ spem nostrā solum in illā ⁊ filiū eius ponamus. nec de nostris viribus vel meritis p̄sumamus. qꝛ maledictꝰ qui ponit carnē brachium suū. O felix Hester que licet erat regina potētissima super centū vigintiseptem ꝓuincias: fiducialiter ait ad dn̄m. Spem nunq̄ habui in aliū p̄ter ī te deus israhel. Tertiū est ꝙ ip̄am virginē bonis operibꝰ ⁊ exercitijs quibus possumꝰ honorem. qꝛ fiducialiter tunc speramꝰ si spem nostram per operis exhibitiōem cōprobamus. Et his tribus cōcurrentibus erit spes nostra sancta. cuius mater esse dignat̄ virgo beata. Amen.

De sancto Bartholomeo.

Ionathas expoliauit se tunica sua qua erat vestitꝰ. ⁊ dedit eam Dauid ⁊ reliqua vestimenta sua. j. Reg̃. xviij. Querit doctor sanctꝰ ꝑa ꝑe. q. xcvij. vtrū liberalitas sit virtus: p̄sertim cum nulla virtus ꝯtrariatur inclinatōi naturali. Inclinatio autem naturalis est ad hoc ꝙ aliquis plus sibi q̄ alijs ꝓuideat. cuius cōtrarium pertinet ad liberalē. Quia vt dicit ph̄us in. iiij Ethicoꝝ. Liberalis est nō respicere ad se ip̄m: ita ꝙ sibi mīora dereliquit. ⁊ ideo nō videtur esse virtus. Nec etiam videt̄ esse cōnexa virtutibus alijs sicut cetere virtutes cōnexionē habent adinuicē. quia multi sunt virtuosi qui non possunt esse liberales. qꝛ non habent qd̄ dent. Multiq̄ liberaliter dant vel expendunt qui tn̄ al's non sunt virtuosi. Ad hoc rn̄dens adducit Augustinū de libero arbitrio: dicens. Q̄ bene vti his quibꝰ male vti possumꝰ pertinet ad virtutē. Possumꝰ autem bene vti ⁊ male non solū his que intra nos: sed etiaz his que infra nos sunt. s. rebus huiꝰ mundi nobis ad sustentationē cōcessis. Cum igitur vti bene rebus illis ad libertatez ꝑtineat: cōsequens est ꝙ liberalitas sit virtꝰ. Ad cuius euidentiā sciendum ꝙ licet ꝑm ph̄m iiij. Ethicoꝝ. ad liberalē ꝑtineat emissiuū esse non retentiuū. ita ꝙ illud qd̄ aliquis a se emittit q̄dāmodo a sua custodia ⁊ dn̄io liberat. ⁊ animū suū ab eius affectu liberū esse ostendit. Non tamē liberalitas ꝓprie attendit̄ in quātitate dati: sed potius ī affectu dantis. Affectus ergo dantis disponitur ꝑm passiones amoris: ⁊ per cōseq̄ns delectatōis vel tristicie ad ea que dantur ⁊ non res exteriores sunt obiectū quidem ipsaꝝ passionū: sed materia īmediata liberalitatis sunt passiones interiores ꝑm q̄s homo afficit̄ circa res exteriores. et iō ad liberalitatez precipue ꝑtinet ꝙ ꝓpter inordinatā affectionez ad res exteriores q̄s non ꝓhibeat̄ a quocūq̄ debito vsu earuz. Ex quibus verbis duo cōcludunt̄. Primū est ꝙ virtuosi licet sint pauꝑes: tamē p̄nt esse liberales. qꝛ non cōsistit in multitudine datoꝝ: sed in dantis habitu. Secundū est ꝙ vt dicit ph̄us in. iiij. Ethicoꝝ. Illi qui multa cōsumunt in intemperātijs liberales non sunt: sed potius ꝓdigi. Et similiter quicūq̄ effundūt q̄ habent ꝓpter quecunq̄ alia peccata. Vnde Ambrosiꝰ. j. de officijs. Si adiuues eum qui possessiones alioruz eripere conat̄ non ꝓbat̄ largitas. nec perfecta est liberalitas si causa iactantie magis q̄ misericordie largiaris. Et iō qui carent alijs virtutibꝰ licet in alia opera multa expendāt: non tn̄ sunt liberales. nec prohibet aliquos multa ī bonos vsus expendētes habitū liberalitatis non habere sicut ⁊ aliaꝝ virtutū opera faciūt anteqū habitum virtutis illius habeant. licz non eo modo quo virtuosi: Que quidem liberalitas notat̄ in verbis ꝓpositꝫ. Ionathas expoliauit se. In quibus ad nr̄az instructionē vel informatōem sex sunt notanda per ordinē per que summa liberalitas creature rationalis ad deū suum fideliter exhibet̄. Primuz est expoliatio inueterate iniquitatis per penitētie assumptionem. Nā Adā se primo tunica origīalis

culpe induit cum se originali iusticia denudauit. In cuius argumentū vt dicit Genes. iij. fecit dominus Ade et vxori eius tunicas pelliceas. i. de pellibus mortuorum animalium. et induit eos vt signum sue mortalitatis secum ferrent. Et ait dominus in persona trinus et in essentia vnus. Ecce Adā factus es quasi vnus ex nobis. Yronice loquitur. quia voluit esse vt deus: sciens bonum et malū. sed propter peccatum magis excecatus est cum posteris suis. quia excecauit eos malicia eorum. et hoc propter affectum in eis corruptū: et ad omnia mala proclinū. de qualibus dicit apostolus ad Ro. j. Qui veritatem dei in iniusticia detinent. Nam veritas diuina quātum in se est parata est se manifestare. sz malicia hominū impedit in eis hanc manifestatiōem. et sic quodāmodo detinent eam sicut impediēs curium aque dicit eam detinere. Et sic vt ibidem prosequit apostolus. Obscuratum est insipiens cor eorum iusto dei iudicio. Dicentes enim se esse sapientes temporaliter scz ad faciendū malū. stulti facti sunt spiritualiter ad faciendū bonum. Unde querit Alexander de halis super hunc locum. Quō gentiles phi et doctores mūdi dicūtur esse stulti. p̄sertim cum sapientia est cognitio primarum causarum. quam vtiq; doctores et philosophi non solum christiani: sed etiam infideles habebant. quia deū in creaturis cognoscebāt. Ad cuius responsiōem assignātur ibi tres ratōes. Prima ratio est. quia sapientes videbātur in scolis. stulti autem in templis. Dicit enim August. de vera religiōe. q scolas habebāt a populo separatas: in quibus docebāt illos quos colebant non esse veros deos. et templa communia cum populo in quibus eis sicut dijs sacrificabāt. Secunda ratio est. quia ad ratōem vere sapiētie requirit q cognoscatur deus: et via perueniendi ad eum. quā viam non cognouerūt philosophi gentiles et refutauerūt phi fideles. s. profundā christi humilitatē per quam solum peruenit ad deum. De qua via sic dicit Augusti. Christus via est apud patrem. ipse enim ad nos veniendo factus est homo. Ambula p hominem et peruenies ad deum. per ipsum vadis inq̄tum homo: ad ip̄m vadis inq̄tum deus. Tercia ratio est. qr sapiētia non solum requirit cognitōem speculatiuā: sz etiam aliquo modo proximi operatiōem. Isti ergo siue fideles fuerint: siue infideles dicunt insipiētes. quia licet deum cognoscūt glorificandū: tamē in opere aliud contrarium ostendūt. et in cogitatōibus suis euanescunt de sola cognitōe superbiētes. Unde August. ad hmōi loquens. Inuenisti induit deum et coluisti idolum vel peccatum: quō insipiens factus es? Et de his prosequitur apostolus. q reuelata est ira dei in filios diffidentie. i. iusticia et vindicta de celo super omnē impietatē. Est autem pietas cultus deo exhibitus sm Tuliuz. Sequit. Et iniusticia hominū. i. peccatū contra proximum cum quo iuste viuendum est. Sequit. Eorum. s. qui veritatem dei in iniusticiā detinent. Qd si dūis querat quid sit veritatem in iniusticia detinere. Respōdet Halis ibidem q ille veritatē in iniusticia detinet qui operat contrarium eius qd habet in cognitiōe. Nam veritas cognita manifestatur in opere. Qui ergo non solum non operatur qd cognitio suadet: sed etiā operatur cōtrarium illius veritatē cognitā detinet. et q̄si violētat ne in opus prūpat. Odientes igitur iuxta consiliū Iude apostoli eam que carnalis est maculatā tunicā infecte nature. Et iuxta apostolū Colo. iij. Expoliantes vos veterem hominē cum actibus suis induite nouū hominem per habitum virtutū qui renouat magis ac magis proficiendo in agnitionē dei per augmentū fidei charitate formate. et hoc sm imaginem eius qui creauit illum. s. sm partē intellectiuam in qua est homo ad imaginem dei. Secundum vero est expoliatio terrene nobilitatis per voluntariā abiectionē. sicut christus qui cum in forma dei esset se exinaniuit formam accipiens serui. Cuius vestigia sequens Bartholomeus: qui solus inter apostolos nobilis habebatur. mutatorijs non vtebatur per voluntariā abiectionem. xxvj. annis et eo amplius easdem vestes et sandalia portabat: que nec vete-

rascebant: nec sordidabātur. Et Joseph electus inter filios Jacob huius humiliationis figuram elegāter exp̄ssit cum se denudari pertulit. Unde habet Gen. xxxvij. Quod nudauerunt eū. s. fratres sui inuidia moti tunica: talari: et polimita. miseruntq; in cisternam que non habuit aquam. Et hec est gloria nominis christiani. quā qui refutat christū negat. scilicet humiliari. vilipēdi. iniuste p̄sequi. opprobrijs affici. Et q̄a vt dicit Grego. in dialogo. Nōnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatē mentis: ita vt minus in hoc mundo se despiciant qui pl⁹ se ceteris aliquid fuisse meminerint. Ideo tam paucos nobiles et potentes et sapientes domin⁹ ad discipulatū vocauit. Hinc etiam dicit apostol⁹. j. Corinth. j. Videte vocatiōem vestram fratres quia non multi sapientes s̄m carnem. non multi potentes. non multi nobiles: sz que stulta sunt mūdi elegit deus et que nō sunt. vt que sunt destrueret. et non glorietur om̄is caro in cōspectu eius. ¶ Terciū autem est expoliatio fede cupiditatis p̄ abnegationez. quam omnes perfecti carius amplectūtur: ne terrenoꝝ affectibus inuiscentur: vel eorum occupatōibus prepediantur. iuxta illud Cāticoꝝ. v. Exui me tunica mea: quomō induar illa? Laui pedes meos: quomō inquinabo illos? Nimiꝝ audiuerat enim vocem imitantis amici. Si vis perfectus esse vade et vende om̄ia que habes et da pauperibus: et veni sequere me: Cui Petrus. Ecce nos reliquim⁹ omnia et secuti sum⁹ te: quid ergo erit nobis? Et domin⁹. Amen dico vobis q̄ vos qui secuti estis me in regeneratiōe cum sederit filius hominis etc. Hic merito suadet Augustin⁹ de verbis domini: dicens. Fecundus est ager pauperuz. cito reddit donātibus fructū. Via celi est paupertas: per quā venitur ad patrem. incipe erogare si nō vis errare. ¶ Quartuz est expoliatio lubrice sensualitatis per continuā oratōem. Hec autem tunica praue cōcupiscentie que magis viscosa est. et ideo ceteris iā dictis difficilius exuenda. Unde Bernard⁹. s̄mone. ix. super Cantica. Viscus quidaz praui desiderij et terrene delectatōis animam volare non patitur. et citius retrahit mentem si forte aliquādo subleuat. ¶ Notandum tamen s̄m Hiero. super illud Math. Qui viderit mulierem ad cōcupiscenduz eam. Q⁹ inter passionez et p̄passionez hoc interest. q̄ passio reputatur in vitiū. propassio licet initij culpam habeat: tamē nō tenetur in crimen. Ergo qui viderit mulierem: et aīa eius titillata fuerit hic p̄passione percussus est. Si v̄o cōsenserit. et de cogitatione affectuz fecerit. sicut scriptū est in Dauid. Transierūt in affectum cordis. i. de p̄passione transierūt ad passionem. Et huic non voluntas peccati deest: sz occasio. Verūtamē vtraq; miserabiliter retrahit a profectu et sapore spirituali. nec sinit mentem ad superiora sustolli. Cuius si liberationem obtinere desideras: cōtinuum oratiōis refugiuz non omittas. Quia dicit Ysidor⁹ de sūmo bono. Hoc est remedium eius qui vitioruz temptamētis estuat: quotiens quolibet modo tangitur totiens orationez fundat. quia frequēter oratio impugnationē vitioꝝ extinguit. Hinc legitur de beato Bartholomeo. q̄ cēties flexis genibus per diem orabat. et centies per noctem. Cuius oratōes tam ignite fuerant q̄ quidam demon in obsesso clamaret: dicens. Apostole domini Bartholomee incendūt me oratōes tue. Cui apostolus. Obmutesce et exi ab eo. statimq; liberatus est. ¶ Secundum v̄o potissimuz remedium est occasionis fuga et ocij. quia obiecta mouēt potētias. Et in desiderio est omnis ociosus. Hinc in figura vt dicitur Genes. xxxix. dum Joseph impetebat ab impudica domīa: relicto in manu eius pallio fugit: et egressus est foras. Reputauit eniz tollerabilius subdi squalori carceris q̄ deseruire cōcupiscētijs meretricis. Nimirum cum dicitur Job. xxx. Qui me comedunt non dormiūt. i. concupiscētie male que cor meuz dilacerant nunq̄ cessant: a multitudine eorum cōsumitur vestimentum meum: scilicet innocētie. quia induūt vestez īmūdicie. Sequitur. Et quasi capicio tunice surrexerūt me. ¶ Quītū p̄inde

214

est expoliatio proprie voluntatis per plenam conformatiōem. Et hec vestis interior est difficillime expoliatōis. Ad cui⁹ euidentiā dicit Hieronim⁹ in epistola ad Demetriadem. q̄ voluit deus rationalem creaturam voluntarij boni munimine ⁊ liberi arbitrij potestate dotare. vt boni ac mali capax vtrūq̄ vniuersaliter posset: et ad alterū voluntatez deflecteret. Licet quippe nobis eligere. refutare. probare. et respuere. nec est quo magis rationalis creatura ceteris preferr̄: nisi q̄ omnia alia cōditionis tantuz ⁊ necessitatis bonum habent. hec sola habet ⁊ volūtatis. Et ideo sicut nihil offertur deo ditius bona volūtate. sic profecto nihil execrabilius q̄ propria voluntas possidetur. Dicit eniz Bernardus in sermone quodaz. Cesset voluntas propria ⁊ infernus non erit. In quez enim deseuiet ignis ille: nisi in propriā voluntatem? Nam propria voluntas deum impugnat: ⁊ aduersus eum extollit̄. Ip̄a est que paradisum spoliat. infernuz ditat. sanguinez christi euacuat. ⁊ ditioni diaboli munduz subiugat. Q. si queris que voluntas dicitur propria vel curua. Audi super hoc sententiaz Augustini dicentis super Psal. xxxv. Justicia dei est aliquādo vt san⁹ sis. aliquādo vt egrotes. Si quādo sanus es dulcis est tibi voluntas dei. ⁊ quando egrotas amara est tibi voluntas dei: non recto corde es. quia non vis dirigere voluntatē tuam ad voluntatem dei: sed dei vis curuare ad tuaz. illa recta est: sed tu curuus. volūtas tua corrigenda est ad illam: non illa ad te. et rectum habebis cor. Alioquin vt dicitur Ysa. xxviij. Coagulatum est stratum: ita vt alter decidat. ⁊ ad pallium breue vtrūq̄ operire non potest. Quomō inquis igitur expoliabit̄ vel potius īmutabitur tunica ista? Profecto in vino diuine dilectiōis. ⁊ in sanguine dominice passionis. sicut dicitur Gene. xlix. Lauabit in vino stolam suam. in sanguine vue pallium suum. ¶ Sextum est expoliatio corporee necessitatis per carnis excoriationez: qd̄ ceteris omnibus penali⁹ est. Et ideo dicitur Job. ij. Pellez pro pelle: ⁊ omnia que habet homo dabit pro anima sua. Qua beatus Bartholome⁹ pro christi morte et amore se spoliari sustinuit. q̄a post intollerabilia tormenta decoriat⁹ fuit. Unde cōuenienter dicere potuit illud Canticoꝝ. v. Percusserunt me ⁊ vulnerauerunt me. tulerunt pallium meū custodes murorū. Verūtamen ne nudus appareret ex his omnibus sibi vestem nuptialez intexuit vt anima eius fieret circūdata varietate. Ad laudem domini. Amen.

In festo decollatōis sancti Johannis baptiste.

Male tractauerūt eū qui ex vtero matris sue consecratus est ꝓpheta. Eccl̄iastici. xlix. Que verba q̄tum ad literam scripta sunt de ꝓpheta Hieremia: qui fuit sacerdos ex vigītiquatuor sacerdotibus. et in matris vtero ꝓphpeta sanctificatus: dicente domino. Priusq̄ te formarem in vtero noui te. ⁊ anteq̄ exires de vulua sanctificaui te ⁊ prophetam in gentibus dedi te. qui adhuc puer exorsus est vaticinari ꝑmanens in virginitate sua. Hic ergo talis ac tantus post mlta ac diuersa que passus est ab impijs propter testimoniuz veritatis. tandem ductus est ab his qui fugerunt in egyptum. vbi redarguit mulieres hebreorum eo q̄ sacrificabant dijs alienis ⁊ omni milicia celi. Que se excusare conantes dixerunt. Nunquid sine viris hoc facim⁹? Cuz ergo durius viros redargueret: responderunt. Quando fecimus hec in vrbibus iuda saturati sumus panibus ⁊ bene erat nobis. exquo autem cessauimus indigemus omnibus. ⁊ gladio ⁊ fame cōsumpti sum⁹. Tunc respōdit Hieremias. Hec dicit domin⁹ deus. Ego iuraui in nomine meo magno. quia omnes viri iude qui sunt in terra egypti gladio ⁊ fame peribūt donec penitus consumētur. Et insurrexit populus aduersus Hieremiaz. ⁊ lapidauerunt euz quē egyptij honorantes sepelierunt iuxta tumulū regū. Qui manifeste beati Johānis baptiste typum tenet. Hic enim sacer-

dos fuit in vtero sanctificatus. ad ꝓphe-
tanduz missus. virginitate preditus. pro
veritate captus. ab Herode male tracta-
tus. ac morte turpissima ad requestum me
retricis decollatus. Et hec sapientia tua
domine Jesu qua tibi dilectissimos in re-
gno tuo sublimare disposuisti: vt sic humi
litas sublimius exaltetur. ⁊ iusticia glori-
osius coronetur. Hec gloria nominis chri
stiani. hec via potissima regni. quia opor-
tebat christum pati. ⁊ ita intrare in glori-
am suam tam propter ꝓpriaz exaltationē
q̄tum ad corpus quaz sic ꝓmeruit: q̄ pro-
pter humanam redemptōem. quia posuit
in eo pater celestis iniquitatem omniū no
strum. Male ergo tractauerunt eum ⁊c̄.
Sicut dicit Chrisostom⁹ in sermone diei
huius. Hodie nobis Johānis virtus He
rodis feritas cum refertur cum fertur con
fusa sunt viscera corda tremuerūt. caliga-
uit visus. tabuit intellectus. aufugit audi
tus ⁊ quicquid constat in sensibus huma-
nis: quādo perdidit virtutum magnitudi
nem criminū magnitudo. Unde ad euidē
tiaz thematis sciendū ꝙ quatuor sunt ꝑn
cipaliter que fuerunt causa tam turpissime
mortis in Johāne. Primum est zelus
diuini honoris in Johāne. qui tantuz scā
dalum in populo dei sustinere non potuit.
A sed sedule redarguit Herodē: dicens. Nō
licet tibi habere vxorem fratris tui. Pro
quo notandū ꝙ scandalum actiuū ſm Hie
ronimuz est dictum vel factum minus re-
ctum prebens occasionem ruine. Dicit au
tem dictum vel factum. quia verbo vel fa
cto peccatur contra dilectionez ꝓmini. nō
autem cogitatu. quia proximū scandaliza
re non est nisi ex eo quod videt vel audit.
Gerens enim odiuz in corde contra pro-
ximuz in via spirituali sibi: non ꝓximo po
nit obstaculuz. Dicit vero minus rectuz. qz
vel de se maluz est: vel speciem mali habz.
vtroq̄ etiā modo occasio ruine prebetur
proximo. Nam quādo quis facit in palaz
quod ſm se mortale est vel speciem morta
lis habet. aut etiam si leuibus signis que-
rit ruinam primi in aliquod mortale. tunc
semper est mortale peccatū et contra cha-
ritatem ꝓximi. quia dilectio proximi sem-
perquerit profectū ꝓximi: ꝑsertim spiritu
ale. Sed scandalizās proximuz ex intenti
one: aut ex verbi vl̄ facti qualitate: parat
ruinaz ꝓximi. ⁊ sic obuiat charitati. Et lo
quor de scandalo pusilloruz ⁊ infirmorū:
a quo ꝓhibet domin⁹: dicens Math. xviij
Qui scandalizauerit vnuz de pusillis mi-
nimis ⁊c̄. Perfecti nāq̄ non de facili scā
dalizātur. eo ꝙ firmiter adherent rei im-
mobili. scilicet deo. ⁊ ideo de facili ruunt
impingētes ad obstaculuz positū per acti
ue scandalizātem. Q̄ si obijcitur de chri-
sto illud Math. xv. qui scz discipulis dicē
tibus. Scis quia pharisei audito hoc ver-
bo scandalizātur: protin⁹ respondit. Sini
te illos: ceci sunt ⁊ duces cecorū. Et ideo
scandaluz non videtur esse cōtra charita-
tez. Ad hoc respondet Alexāder de halis
super ad Roma. viij. ꝙ scandalū passiuuz
quādoq̄ oritur ex infirmitate ſm ignorā-
tiam. ⁊ tale scandaluz cauendū est. ⁊ ideo
dixit domin⁹ Petro Math. xvij. vt autē
nō scādalizem⁹ eos: vade ad mare ⁊c̄. Mi
miruz cum prosequit̄ ibidem. xviij. Vide
te ne contemnatis vnum de pusillis istis.
Aliquādo etiam oritur ex certa malicia il
lorum scz qui scandalizātur: qui bonuz im
pedire volunt scandalū cōcitando. ⁊ tunc
non est dimittendū bonū propter hoc. nec
cauenduz est tale scandalū. Hinc domin⁹
phariseoꝝ maliciaz attendens ait. Sinite
illos ⁊c̄. Generaliter tamen ſm Hieroni. B
quicq̄d fieri potest salua triplici necessita
te propter scandaluz proxmi ꝑtermitten-
dū est. scilicet primo salua veritate vite q̄
spectat̄ ad omnes. quia hec propter scan-
dalum ꝓximi non debet ꝑtermitti: cuz nul
lus negligere debet seiꝑm ⁊ salutē propri
am peccādo: ne alius peccet eo ꝙ quilibet
tenetur magis diligere seiꝑm q̄ proximū.
Unde querit Alexander de halis super il
lud ad Roma. ix. vtruz quis velle debeat
separare a deo per minus peccatuz ne ali
us faciat maius. sicut apostol⁹ velle vide-
tur ibidem: dicens. Optabaz ego ipse esse
anathema. i. separatus esse a christo ꝓ fra
trib⁹ meis. Ad qd̄ respondet ꝙ non debet

215

quis velle facere minus malū: vt alius vti ꝙ maius euitet. quia Augustin⁹ tractans illud Loth. qui exposuit filias suas ne Sodomite facerent maius peccatuz. Primo querit ibidem vtruz admittenda sit huius modi cōpensatio. ⁊ videtur concludere ꝙ non. nec in hoc imitandus est Loth: sed factum eius magis tribuenduz est turbationi ꝗ consilio. Et licet Loth in hoc cōmendetur ꝙ hospites recepit: istud tamen nō cōmendatur. Unde Augustin⁹ libro. v. super Geneſiz. ⁊ habetur. xiij. distin. c. Quarez. Dicit ꝙ periculosissime admittitur hec cōpensatio: scilicz ꝙ fiat minus malū vt euitetur maius. ¶ Secundo vo salua veritate doctrine que spectat ad prophetas ⁊ p̄dicatores. Nam licet veritas vel doctrina veritatis sit aliquādo ad temp⁹ occultanda vel differenda in his que scandalum generarent infirmorū: non tamen simpliciter est dimittēda propter scandalum quorūcunqz. ¶ Tercio deniqz salua veritate iusticie q̄ spectat ad p̄sidētes vel prelatos. que scilicz iusticia cōsistit in corrigendo. quia correctio fieri debet etiaz si nō sperat emendatio: scilicet ne malnz maneat impunitū. ⁊ vt alij per hanc correctionem terreātur ⁊ a similib⁹ arceātur. Verūtamen peccāte multitudine cesset huius modi correctio si timetur maius scandalū scilicet scismatis vel similiuz. Dicit enim Augustin⁹ in epistola ad Aureliuz. ꝙ cum multitudine peccantiū agenduz est magis monendo ꝗ minando. in illis tamen veritas iusticie tunc exerceri debet quādo per ipsam speratur correctio. ¶ Secundū autem principale qō fuit causa mortis eius erat machinatio pessima ipsius Herodiadis. Nam herodias timens ꝙ ad predicationem Johānis Herodes penitēret: ⁊ illaz fratri suo redderet: excogitauit modū quo Johannē absqz populi seditōe interficeret. ⁊ oportunitate nacta de optōe filie: nil inquit aliud petas nisi caput Johānis. Suadet impia mat. assentit detestanda filia. et in necem iusti iniqua voluntate conspirāt. Unde merito dicit Valeri⁹ in epistola ad Rufinū volentem nubere. Exemplum harum experiētium accipe ꝙ audax est ad omnia quecūqz amat vel odit femina. et artificiosa est nocere cui vult. Et prosequit̄. Lege aureolū Theofrasti ⁊ me deam Jasonis: ⁊ vix pauca inuenies impossibilia mulieri. Hinc diabolus qō per se non potest illa mediāte perficit. Per illam enim Adam de paradiso expulit Dauid p̄cipitauit Sampsonez excecauit. Mirum cuz dicit Ambrosi⁹. ꝙ ianua diaboli. via iniquitatis. scorpionū percussio. nociuūqz genus est femina. cum proximuz stimulat. ignem accendit. et flāmigero igne percutit cōscientiā. Nam vt dicit Valerius in epistola ad Rufinuz. Sol hominū Salomon. thesaurus deliciaruz. sapientie domi. singulare domiciliū. crassō tenebraz rum. fuscatus atramēto. lucem anime sue. gloziam domus sue feminaz facinoze amisit. ⁊ postremo curuat⁹ coram Baalim ex ecclesiaste domini mutatus est in membrū zabulon. ¶ Terciuz vo quod erat mortis causa fuit complacētia detestāde filie: taz pudico ornatu qz in lasciuo saltu. De primo autem dicit Anselm⁹ in libro de virginitate. Collum cathena cōstringit. pedes compedes includūt. nil refert an corp⁹ auro ligetur an ferro. si ceruix premit̄: signatur incestus. nil preciū iuuat nisi ꝙ vos mulieres estis mirabiliores qz qui publico iure damnantur. illi optant exui vos ligari. mulier sic ornata domus est omniū demonum infernalium. Hec ille. ¶ Ad cui⁹ euidentiam queri potest vtruz licitum est mulierib⁹ se fardare ⁊ crines adulterinos ad ornatum vsurpare: p̄sertim cum licitū est ꝙ se ornent ad complacenduz viris suis. Ad hoc respondet Alexander de halis in iuū. ꝙ tales graviter ⁊ mortipliciter peccāt. Primo nanqz peccant in deuz. quia tales picture fiunt in contumeliaz summi artifi cis. ⁊ in prouocatiōem indignatōis eius. Unde Ambrosi⁹ in Exameron. Deles picturam dei mulier si vultum tuum naturali candoze obnubilas: si exquisito ruboze perfundas. Quid enim tam vanuz qz colozare crines. planare cesariez. tingere genas. rugere faciez. componere supercilia.

corpus adornare. ⁊ animā sordidare. Tales enim inq̄ntum in se est verbum dei contemnūt ⁊ infirmant. Hinc dicit Cyprianus ad illas. Dominꝰ tuus dicit non potes facere capillum tuuz album vel nigrū. ⁊ tu ad vincendā domini tui vocem vis te esse potiorē. ⁊ audaci ornatu capillos iaz tibi flāmeos auspicaris. ¶ Secundo ꝟo peccant contra proximū per fictōem ⁊ mēdacium: inducētes errorem ex certa scientia. Quibus ait Cyprianus. Si deformis es cur te formosaz esse mētiris. nec tue cō scientie. nec alieni gratiaz erroris habitura. nec enim voluntas placendi maritis illas excusat a mortali. qꝛ modus per quez placere intendūt nec deo placet: nec etiam maritis. Quia dicit Augustinꝰ ad Presidium. Fucare pigmentis quo vel rubicundior appareat adulterina fallacia ē. qꝛ nō dubito ipsos maritos se nolle decipi quibus solum permittende sunt femine ornari scdm veniam. non scdm imperium. Execranda autem est superstitio ligaturarum que non solum ad placendum hominibus: sed ad seruiendū demonibus adhibentur.

¶ Tercio deniq̄z peccant in seipsis. quia faciunt iniuriaz proprie nature. Nam sm Cyprianuz. licet vilis mulier non alteri: sibi tamen peccat. Primo quia in propria natura adulterium facit: De quo dicit Augustinus. Quāta amentia est effigiem mutare nature: picturam querere. tollerabiliora prope modum in adulterio crimina sunt. ibi enim pudicicia: hic natura adulteratur. Secundo quia ipsam naturam inficit veneno peccati. De quo dicit Hieronimus ad Eustochium. Si vir vel mulier se ornauerit: ⁊ vultus hominū pro se reuocauerit. ⁊ si nullum sequatur damnuz: iudicium tamen patietur eternuz. quia venenū attulit si fuisset qui biberet. Et ideo cōcludit ibidem Alexander de halis. ꝙ siue solute sint: siue cōiugate mortaliter peccāt huiusmodi insistentes abusiōibus. Quia habitus naturalis productiōis dati sunt a natura et non ab humana prouidētia. et ideo illis aliter vti q̄ eo modo quo sunt a natura accōmodata ⁊ ab opifice nat̄e concessi: fiunt adulterine vsurpatiōes que licite non sunt. secus tamen est de visu habitus humane prouisiōis. de qua vide alibi.

¶ Ceterum de saltu lasciuo chorearū queri potest vtrum talia exercentes peccent mortaliter. Ad quod dicendum est scdm Alexandꝝ de halis in. iiij. ꝙ choreatrices quibus innotescūt mala que ex vsu chorearum proueniūt siue ex propria industria: siue experiētia vel ex predicatōe. ⁊ nihilominus illud exercent consuetudinarie aut cū gestibꝰ ⁊ cantibus se ⁊ alios incitāt ad lasciuiā multipl'r ⁊ grauiter mortal'r peccant. quia sabbata que sunt obseruāda et in dei cultu expendenda: in cōtumeliā creatoris expendunt. colludentes ⁊ assistentes ad luxuriam prouocando multipharie multisq̄z modis. Si ꝟo mulier aliqua raro se īmiscet ⁊ inuite: huiusmodi coreatricibꝰ non audeo diffinire ꝙ peccet mortaliter. nec illam a peccato mortali assecurare cū ingerat se periculo prouocādi assistentes ad libidinem. ⁊ videatur vitiuz ac consuetudinem coreatricū approbate. Estimo tamen inquit ꝙ quādoq̄z aliquas excusat a puccato mortali simplicitas. innocētia. et puritas intentōnis. vtpote illas que non intendūt nisi ludum. penitus etiā ignorātes aliquod periculū ex tali ludo alicui ꝓuenire. ¶ Quartum deniq̄z causa existēs mortis sue fuit in Herode excecaca libido fedi amoris: quo aspirabat ad mortem iusti: ne suas delicias cōtristaret. Sicut Salomon ex eadem causa cogebatur ꝙ idola vana adoraret. Nimiruz cū vt dicit Tulius. ij. rethorice. Qꝛ nihil facilius ad maleficiuz q̄ turpis amor ⁊ intemperās libido cōmouere potuit. Hec enim tribuz beniamin pro vxore leuitis deleuit. filios Hely in bello prostrauit. Vriam occidit. ⁊ infinitos in infernum damnauit. Vnde merito Prouer. vij. dicit̄. Ne abstrahat̄ in viis illiꝰ mens tua. neq̄z decipiaris semitis eius. Multos enim vulneratos deiecit. ⁊ fortissimi q̄q̄z īterficti sunt ab ea. In cuiꝰ argumētū oēs qui propter illā coreā continuādā Johēz male tractauerūt ecōuerso a deo mali tractati fuer̄t. Nā Herodes

in exilium fuit missus ⁊ miserabiliter mortuus. Herodias autem fm quosdaz dñi caput Johānis manu teneret et sibi insultaret: diuino iudicio in eius faciem diabol⁹ insufflauit. ⁊ subito mortua corruit. Alij tamen dicunt q̄ cum Herode miserabiliter exulauit. ⁊ mortua sit. Puella vo dum super glaciem ludendo curreret: glacies subpedibus frangit̄. ⁊ illa submergitur. Julianus apostata qui eius ossa dispersit ⁊ in parte combussit ex inuidia. Nam legit̄ in ecclesiastica historia q̄ cum ad eius tumulum multa miracula fierent: iubente Juliano apostata gentiles eius ossa sperserūt Et cum miracula non cessarent post in magna parte collecta ⁊ igne cōcremata ī puluerez redigerūt. ⁊ p agros sperserūt. Dic ergo Julian⁹ totus plaga percussus. ⁊ ab hostib⁹ excoriatus. de corio eius regi persarum scabellū efficitur. vt impleat̄ quod scriptum est. Mihi vindictaz ⁊ ego retribuam. Ad laudem domī. Amē.

In natiuitate beate Marie virginis.

Sicut sol oriens in altissimis dei: ita mulier bone fame in ornamentum domus eius. Ecclīastici. xxvj. Cuz nulla creatura reperi potest in qua sint omnes ꝓprietates designātes Marie virtutes. ideo sacra scriptura diuersas creaturas ⁊ earum multipharias ꝓprietates adducit quibus illaz assimulat vt aliquas virtutes inde eliciat Porro q̄uis nulla similitudo eam pfecte cōmendat. a scriptura tamen varie similitudines ad informandū intellectus nostri tarditatem introducunt̄. Nam aliquādo similitudo introducit̄ a natura inferiori: vt radicis virge florez specierū arborum ⁊ similiū tanq̄ a principio totius pulchritudinis ⁊ fertilitatis. Aliqñ vo a natura media. sicut nebule nubecule rorz pluuie: tanq̄ ab estu solis iusticie. i. furoris diuine refrigeratiue. Verūtamē inter oēs creaturas excellentior a sole metaphora accipitur. vtpote qui est corpus excellentissimū ⁊ virtute efficacissimū. Est enim quasi dea toti⁹ nature. Et ideo dicit philosophus q̄ homo generat hoīem et sol. Hinc etiam dicit Bernard⁹. in quodaz sermone. Attendite hanc similitudinez in qua nulla in rebus mundi potest esse similior. Nihil enim habet spiritꝰ sanctus in visibilib⁹ creaturis excellentius cui virginis excellētia comparetur. Nam Marie presentia totus illustratur orbis: adeo vt ipa superna ciuitas clarius rutilet virginee lampadis illustrata fulgoribus. Et ideo soli rutilanti totumq̄ mundū illustranti merito compatur. quam ita diuina dignatio p̄elegit: vt fiducialiter p̄diceret Psal. In sole posuit tabernaculum suum: ⁊ ipe tanq̄ sponsus ꝓcedens de thalamo suo. Exultauit vt gigas ⁊c. Et ideo non incōueniēter Ecclesiasticus afflatus sancto spiritu virginis nascentis excellentiaz sub metapho ra solis orientis describit: dicens. Sicut sol oriens ⁊c. Dicit beatus Bernardus in sermone quodam. Nihil est q̄ tantum me terreat. nec est aliquid quod tantū me delectet sicut de beata virgine sermonem habere. Terret inquit me indignitas propria: sed me delectat virginis laus ⁊ excellentia. Verūtamen vt in eius laudem solis excellentiam et ꝓprietatem exequamur sex sunt p̄cipue in sole cōmendanda: ac excellentie virginali per similitudinem appropriāda. Primum est q̄ sol habet in substantia puritatem. Nec miruz. quia in sua essentia summam habet simplicitatez nec ex contrarijs compositam. sicut elemēta inferiora. ⁊ ideo perpetuaz habet permanentiam. quia cōpositio ex contrarijs est principium ⁊ causa corruptionis: vt dicit Aristotiles. Habet ergo puritatem et tantaz q̄ inter corporalia omnia nihil habet purius inueniri. adeo vt omnium intuentium hominū visus ex illius puritate redundatur. Et ex hoc habet q̄ sit ipso splēdore perlucidius. ita q̄ corpus solare taz magnum nullam habeat partem tenebrositatis: sed est lucidum totum. Que ꝓprietas aptissime designat virginalem puritatem: que pre ceteris creaturis vniuer-

lis: tam angelicis q̄ humanis. tam excellētissima puritate fulget q̄ nulla creatura plena cognitiōe sufficiēter illā appēdere poterit. Hinc dicit Augustin⁹. Q⁹ vbi de peccato agitur Marie nullus volumus fieri mentionem. Ea enim puritate nitebat sancta virgo qua sub deo nequit maior intelligi. Cuius causam refert in libro de natura ⁊ gratia: dicens. Scim⁹ enim q̄ ei pl⁹ collatus fuerit gratie ex omni parte cōtra peccatū que cōcipere ac parere meruit eū quem cōstat nullum habuisse peccatū. Cui cōcordat Bernard⁹ in sermone quodā: dicēs. Puto q̄ copiosior sanctificatōis benedictio fuit in Maria q̄ in alijs abvtero sanctificatis. que non solum ipsius sanctificaret ortum: sed etiam eius vitam deinceps ab omni peccato custodiret īmunem. quod alteri nemini in natis mulieru⁹ creditur esse donatum. Si ergo tam excellenter cōmendat scriptura q̄ Sara filia Raguelis speciosa parētibus vnica septem q̄ viris tradita tam mundā conseruauit animā q̄ Tobie. iij. fidenter diceret verbū vtiq̄ memoria dignum: quia rarū. Tu scis inquit domine q̄ nunq̄ concupiui virum. et mundam seruaui animā meam ab omni cōcupiscentia. nunq̄ cum ludentibus me miscui. neq̄ cum his qui in lenitate ambulāt participem me p̄bui. Quā tomagis ista benedicta virgo laudabilis est que mundam seruauit animā suam etiam ab omni peccato veniali quātūcūq̄ minimo. Nescio q̄d mirabili⁹ de ea credi: dici: vel p̄dicari potest. Quā vtiq̄ mirabilem īmunitatē Salomon in spiritu preuidēs: ait. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non est in te.

¶ Secundū est q̄ sol habet in sua rota q̄ntitatem. Excedit enim omnia lumināria corporum celestiū in quātitate. Pro quo sciendum q̄ fm traditiōem Alfragani differentia. xxj. sol maior esse dicit omnib⁹ corporib⁹. Deinde quindecim stelle: que in prima magnitudine inter stellas fixas abipo ponūtur. Tercio vo loco Jupiter. Quarto Saturn⁹. Quinto omnes stelle fixe suis ordinibus posite: q̄s diuidit in sex gradus magnitudinis. Sexto Mars. Septimo terra. Octauo Venus. Nono Luna. Decimo Mercuri⁹. Sic etiā beata Maria sanctos vniuersos excedit in magnitudine bonitatis. Dicit enim Dyonisius. q̄ in his que nō mole magna sunt: idē est magnum esse quod bonum. Q⁹ autem excedat omnes bonitate sic ostēdi potest. Quoniam adhuc in terris posita supemīebat omnes in gratijs virtutib⁹ devotiōibus. Nā de gratijs gloriat Ecclesiasti. xxiiij. dicēs Jn me omnis gratia vie ⁊ veritatis. quasi diceret. Omnis gratia vie. i. vite huius que non solum mihi: sed omnium hominū statui ⁊ omni etati sufficit. Mirum cum ceteris per partes Marie vo totam se simul infudit plenitudo gratiarū. Vnde Hieronim⁹ in sermone dicit. Ceteris virginibus per partes prestatur gratia. Marie vo se totam infudit plenitudo gratiarum que fuit in christo: quanq̄ aliter et aliter: quia in christo fuit plenitudo gratie tanq̄ in capite influente. in Maria vo tanq̄ in collo transfundēte. Et beatus Bernard⁹. Ad quid inquit putas Mariaz ab angelo iam dudum ante cōceptionem plena gratia nunciatā: nisi vt supueniēte deo in vtero nobis fieret superplena. vt quotiēscunq̄ p̄cibus licet tenuiter moueret superfluaret nobis liquorez glorie effundendo. ita vt merito subderet ibidem in Ecclīastic. Videte q̄ non solū mihi laborauī: sed omnibus exquirētibus veritatem. ¶ Secundo supemīebat virtutibus. quia supremus in virtutibus est oīes habere virtutes in summo sine vitiorū impugnatiōe: quod in alijs quātumcunq̄ sanctis minime reperiri potuit. Nam virtus in nobis mediū tenet vitior. ita q̄ nulla virt⁹ in nobis enutatur quin de vitio cōtrario impugnatur. Maria vo sic omnes virtutes habuit: vt de nullo vnq̄ vitio temptaretur. Et ergo fm Ambrosiuz libro de virginitate. Sit nobis tanq̄ in imagine descripta virginitas vita Marie. in qua velut ī speculo fulget species castitatis ⁊ forma virtutū. ¶ Tercio supemīebat devotiōnibus. quia tanto devotio cuiuslibet est altior ⁊ acceptior quanto subiectū de q̄ procedit ⁊ obiectū in q̄

agitur nobilius et purius est. Cum igitur Maria purissima fuit. et purissime in purissimum obiectū. s. deum agebatur: quem pre ceteris alijs purius apprehendit. ideo omnis eius deuotio semp extitit in summo ita q merito dicere potuit Ecclesi. xxxiiij. Ego in altissimis habito. et thronus meus in columna nubis. Ceterū si (sm Augustinuz de laude charitatis) nō numerositas operum. non diuturnitas temporz: sed maior charitas meliorq voluntas auget meritum. planū est q omnes sanctos pcellit merito sic ⁊ charitate ⁊ bonitate. Tercium est q sol habet in splendore claritatem qua delectabiliter lucet. ⁊ plucet omnem superiorē ⁊ inferiorem regionē. in aliis quoq principiū est luminis. vt dic Aristotel. libro de pprietatibus elementorz ⁊ planetarz. Et ideo dicit sol quasi solus lucens. sicut a simili videmus in hoīe qui dicitur minor mūdus q vnuz membrz scilicz cor influit omnibus. Et ideo necesse est cum sit principiū luminis plus habeat de splēdore: ⁊ cor de vitali virtute. Hinc etiā cūcta lumīaria celestia in comparatōe splēdoris solaris non lucent: īmo nec penitus videntur. Sic beata virgo principiuz est luminis gratie: īmo ⁊ glorie. qz in vtero portauit verū lumen animarz ad reuelatiōem gentiuz. De quo dicit Johānes. j. capl'o. Erat lux vera que illumīat omnē hominē venientē in hunc mundū. q̄tum ad sufficientiam: licet non q̄tum ad efficientiaz: eo q in ppria venit ⁊ sui eum non teceperūt. Venit enim lux in mundū. ⁊ dilexerūt homines magis tenebras q̄ lucem. vt sic iuste in tenebras exteriores proijciātur. Et quia beata virgo principiū est luminis spiritualis. ideo tam excellenter omnē creaturā in vite sanctitate supemicat q in eius comparatiōe omnes sancti ⁊ angeli q̄si non sint: vt ita dicam. ⁊ extincti videātur. taz excellenter sanctificauit tabernaculū suū altissimus. Et licet sm Bernard. in eius cōparatiōe nihil esse vel apparere videātur: non modicuz tamen eius fulgore illustrantur: vt in eius p̄sentia tota celestis curia ⁊ vniuersa eius milicia clarius condescat. Sicut omnia luminaria a sole quidem splendorem habent. nec tamē in eius p̄sentia lucent. Sicq patet q omnes sancti ex Marie presentia lucidius lucent. et tamē eius comparatione quasi non luceant latent. Ceterum hic accedit q sol habet pulchritudinem in aspectu. ⁊ ideo delectabile est oculis videre solem. vt dicitur Eccl's. xj. Nā sm Ambrosiū in examerō. Sol est oculus mundi. iocunditas diei. pulchritudo celi. mensura temporuz. virtus ⁊ vigor omnium nascentiuz. dominus planetarz. ⁊ perfectio omnium stellaruz. Sic beata virgo licet clarissima: tamen delectabilis est ad videndum radians in corpore per virginitatem. in corde per humilitatez. in mente p flagratissimā charitatē. q̄ fuit decorata ⁊ deaurata tā intus q̄ extra. sic archa federis cui desuper eminebat diuinū propiciatoriū. scientibus eniz legē loquor. Quartum est q sol habet in suo motu cōtinuitatem. ita q nec ad ictuz oculi requiescit: nisi ex dispensatiōe diuina. sicut tēpore Josue stetit sol īmobilis d̄o obediēte voci hominis spacio diei vnius artificialis. Et de hinc cursu naturali pperauit ad occasum. ita q dies illa fuit duplicata. Et potest pbabiliter dici q hoc accidit in medio mense Junij vel circa: qn̄ dies artificiales habet. xviij. horas. q̄ duplicata faciūt. xxxvj Sub Ezechia v̄o rege triplicata. quia sm Dyonisiuz in epistola ad Policarpuz. sol retrocessit decem horas. ⁊ per alias decez redit ad locum pristinum. ⁊ sic ad diem illuz q̄ duodecim horas habuit addite sunt hore viginti. Sic ⁊ Maria fuit ī motu cōtinuo meritorie actionis. Quicquid enim agebat hoc ad debitum finem semper dirigens cum tanta reuerentia et disciplina faciebat q in omnibus suprema merita cumulabat. siue manducabat. siue bibebat. siue dormiebat: oīa in gloriā dei faciebat. ⁊ sic omnia reddebātur meritoria. Sicq pfectissime verbuz illud apostolicū ꝯsecuta est. bonis omnia cooperant in bonum. in his scilicz qui sm ppositū vocati sunt sancti. sicut econtra malis fere omnia cooperant in malū ppter radicē p̄uitatis in eis.

radicatā. nec solū illi cooꝑabant̄ in bonū sed etiaꝫ in vnoquoq; opꝑe cumulauit summa merita ꝑm genus suū ꝓpter perfectissimaꝫ intentionē. ⁊ purissimā intentissimāq; dilectionē. In cuius figura sol nō soluꝫ habet motus cotinuitatē: sed etiam velocitatē. qꝛ cōtinue mouetur citius q̄ꝫ sagitta ꝓsilens de balista: licet aspectui nr̄o q̄ntitatis velocitas subterfugit visuꝫ nostrū Sic Maria in motu obedientie omniumq; virtutū exercitioꝝ ⁊ opeꝝ fuit velocissima. De qua dicit Ambroꝭ. li. de virginitate. Virgo erat non solū corpore: sed ⁊ mēte. corde humilis. verbis grauis. aīo prudens. loquēdi parcior. legendi studiosior. non incerto diuitiaꝝ: sed in prece pauperum spem reponēs. intenta operi. verecūda sermone. arbitrū mētis. nō hominē sed deum querere. nullum ledere. omnib⁹ bene velle. maioribus assurgere. eq̄libus nō inuidere. iactantiā fugere. ratōeꝫ sequi. virtuteꝫ amare. Quādo ista fastidiuit hūilē? qn̄ risit debilē? qn̄ vitauit inopem? Nihil ī oculis toruū. nihil in verbis procax. nihil in actu inuerecūduꝫ. Nō gest⁹ fractior. nō īcessus sollicior. nō vox petulātior vt omnis corꝑis species simulachꝝ fieret mētis figuraq; ꝓbitatis. Hec ille. Sicut tangit Augus. in li. ad sacras virgines. Dominica virgo publicos aspectus ⁊ plateaꝝ frequentiā debet euitare. ⁊ ī domo posita lanifico labori vel diuīe lectiōi insistere. nec ornatu capitis. nec oculis rectis aut letis sed ad terrā cuꝫ vultu directis ꝓcedat: ne in se viles amores īducat. ⁊ si nō ꝑeat aliis causa perditiōis existat. Debet inq̄ꝫ ab omni inuerecūdo sermōe vel risu se penit⁹ abstinere. ⁊ cū silentio ⁊ disciplina omneꝫ vitam ornare. Alioquin vt de viduis apostol⁹ docet. Virgo sermōe garrula aut loquacitate verbosa: vel curiositate suꝑflua casta non potest iudicari. sed quasi ꝓstituta ad luxuriā magis attēdi. Et si corpore quidē virgo ꝑmaneat: eius tn̄ virginitas corā deo laudabilis non reddit̄. qꝛ nō debito modo seruat̄. cuꝫ debuerit habere firmuꝫ ꝓpositū perpetue cōtinēdi ꝓpter deum. s. ad vacandū liberius rebus diuinis.

quia virginitas ordinat̄ ad bonuꝫ anime ꝑm vitaꝫ cōtemplatiuā: qd̄ est cogitare ea que dei sunt: vt sit sancta corꝑe ⁊ spiritu. Et ideo dicit Augus. libro de virginitate. Nec nos virginibus p̄dicam⁹ q̄ virgines sint: sed q̄ deodicate pia continentia virgines. ¶ Quintū est q̄ sol habet influētia sua fecunditatē. ita q̄ nihil sub sole sine illius influētia fecundari potest. Omnia nāq; viuificat. ⁊ omnib⁹ rebus vitā spem et formā administrat. Nam poros terre aperit ⁊ virtuteꝫ latentē in radicib⁹ ad actuꝫ perducit. qꝛ solaris radi⁹ ad interiora radicum ⁊ seminū suo vigore ⁊ colore subintrans humidū terre dissoluit. ⁊ vi sua attractiua qd̄ semini ⁊ radici simile est de illo attrahit. ⁊ in nutrimentū terre nascentium cōuertit. sicq; terre superficiem herbis. frondibus. floribus. ⁊ fructibus reuocat. exornat. ⁊ fecundat. Sic beata virgo cunctis christifidelibus fecunditatē tribuit in virtutibus ⁊ gratia. sine cuius auxilio nullus vnq̄ꝫ ex se fructū saluificū facere potuit. Hinc ait Bernard̄. Qꝛ filius dei qui dicitur sol iusticie Mariaꝫ velut alterum solē induit. Et quēadmoduꝫ ille super bonos ⁊ malos oritur indifferēter: omnibus sine differentia cūcta fecundās. Sic beata virgo nō discutit merita. sed omnibus sese exorabilem: omnibus clementissimaꝫ prebet. ⁊ necessitates nostras amplissimo quodam miseratur affectu. Vnde Hieronim⁹ in sermone de eius assumptiōe dicit. Celestis plane ymber in virgineuꝫ vellus placido se infundit elapsu: ⁊ tota diuinitatis vnda se contulit in carnem: quādo verbum caro factum est. ac deinde per crucis patibulum expressuꝫ: terris omnibus pluuiam salutis effudit. ⁊ stillicidia gratie humanis prestitit mentibus. ¶ Sextuꝫ deniq; est q̄ sol habet in effectu suo caliditatem. Cum enim non sit subiectiue calidus: mirabili tamen modo virtuteꝫ habet calefactiuam: inflāmatiuaꝫ: ⁊ vritiuam. Naꝫ ex motu radiorum ⁊ eorum confractione: multiplicatōe: ⁊ ꝯcursu in suꝑficie obiecti calor generat̄. maxime si corp⁹ obiectū speculare fuerit ⁊ politū vt d̄r ī ꝑspectiua. ita

q̄ si circa speculuz concauū, diometraliter radijs solaribus oppositū in splendore solis stuppa faciliter inflāmatiua ponat̄ a calore solari generato tandez incendit̄. Sic beata virgo que tota subiectōe calida est: amore diuino puras mentes ⁊ deuotas q̄ sunt tanq̄ specula mūda sibi per rectā intentionē ⁊ veram dilectōem frequētemq̄ supplicatōez diometraliter suppositas ad dei dilectionē magꝫ inflāmat. De quo singulariter gloriat̄: dicens. Ego mater pulchre dilectionis. Unde ⁊ cum sole virtutem habet cōseruatiuā. Naz sol planetas ⁊ elementa adinuicez cōtraria in effectib⁹ suis cōciliat ⁊ vnit. tantā eniz cōtrarietatem ⁊ mutuā repugnātiaz habent adinuicem q̄ se mutuo destruerēt: nisi per virtutes celestis p̄cipue solis influentiā conciliarent̄. ⁊ sic in esse debito saluarentur. Sic beata virgo principiū est ⁊ origo recōciliationis humane. quia quicq̄d maledictionis: quicquid repugnātie: quicq̄d contrarietatis per Euam infusuz erat: totuz abstulit benedictio Marie. Et ideo s̄m Bernardū in sermone quodā ad beatam Mariaz sicut ad mediū. sicut ad archanū dei. sicut ad rerū causaz. sicut ad negociū sanctorum respiciūt qui sunt in celo. et qui in inferno habitant ⁊ nos p̄cesserunt. ⁊ nos qui sumus ⁊ qui sequētur. ⁊ nati natoruz. ⁊ qui nascētur ab illis. illi qui sunt in celo vt restaurētur. ⁊ qui in inferno vt eripiantur. ⁊ qui p̄cesserūt vt ꝓphete fideles īueniantur. ⁊ qui sequentur vt glorificentur. Hanc ergo virginem amem⁹ fiducialiter: hanc salutem⁹ dulciter. hanc inuocem⁹ frequenter vt per eam gratiam acceptemus salubriter et eternam gloriaz intremus feliciter. Amen.

In exaltatōe sancte crucis.

Super muros babilonis leuate signū: augete custodiaz. Hiere. lj. Dicit Augustin⁹ super illud ad Galat̄. vj. Mihi autem absit gloriari: nisi in cruce demini nostri Jesu christi. O⁹ crucem vt ī ea gloriemur domin⁹ suo gestans humero pro virga regni nobis cōmendauit. qd̄ est grande ludibrium impijs. grande misterium pijs. Unde enim mūdi ph̄us erubuit vbi apostol⁹ thesaurum reperit. qd̄ illi visum est stultitia: apostolo factuz est sapientia ⁊ gloria. Nimirum quia dicit Bernard̄. super Cātica tractās illud Psal̄. Scapulis suis obumbrabit tibi. Sub his scapulis quatuor nobis beneficia conferūtur. sub his etiaz abscondimur. sub his ab incursu accipitrum ⁊ miluoruz ꝓtegimur que sunt aeree potestates. sub his vmbraculuz salubre nos refrigerat. et nimiꝝ solis ardorem repellit. sub his quoq̄ alimur ⁊ fouemur. his virtutum gēmis quatuor cornua crucis ornantur. Veruz cū tu fidelis christiane. tu monache: si vere fructum crucis expiri velis: abnega temetip̄m. ⁊ tolle crucem tuam et sequere cruce pendentē. Quia dicit Maximinus in sermone de martyrib⁹. q̄ crux non solum dicitur que tempore passiōis ligni afflictione cōficitur: sed que totius vite curriculo cunctarum disciplinarum virtutibus coaptatur. vt non solum intelligatur crux ligni patibulum: sed etiam pie vite virtutisq̄ ꝓpositum. Unde omnis christiani vita qui s̄m euangeliuz vixerit crux est atq̄ martyrium. Hinc dicit Gregori⁹ omelia. iij. super euangelia. Quāuis occasio persecutōnis deest: habet tamen ⁊ pax nostra martyriuz suū. quia et si carnis colla ferre non subdimus: spiritali tamen gladio in mēte desideria carnalia trucidam⁹ Et iteruz in alia quadā omelia dicit. Mori a persequēte matyrium in aperto opere est. ferre ꝟo cōtumelias et odientem diligere martyriuz est in occulta cogitatione. Et sic veraciter adimplet̄ illud Hieremie. Super muros babilonis ⁊c̄. Per signum istud crux sancta denotatur. que scilicz in cordibus fideliuz exaltari debet per venerationem ⁊ spiritualez imitatiōem. ac per fidelem tam interiorem q̄ exteriorē hominis custodiā. Unde ad nostrā instructōez exaltatio sancte crucis ī cordibus nostris sextuplicez operatur virtutem in salutez. Sz qr de trib⁹ p̄dictū est in īuentōe eiusdē alia tria ꝓsequamur. Est igit̄ crux signum

intollerabilis. Quia sicut ī datione legis
vt habetur Exo. xix. adueniendo domino
in montez sinay od dandū legē tot⁹ mons
tremuit. ſm magistrū in historijs. ⁊ fuma
bat eo ꝙ descendit dñs in igne ⁊ ascendit
fumus ex eo quasi de fornace. eratq̄ oīs
mons terribilis. Naz mugiebāt tonitrua
micabāt fulgura. ut sic filij israel moueren
tur ad terrorem ⁊ diuinā reuerentiā. Sic
in futuro iudicio de legis obseruatōne ra
tionez quesitur⁹ adeo terribilis apparebit
vt ſm p̄s. Ignis in ꝯspectu eius exarde-
scet. et in circuitu eius tempestas valida
Vnde dicit Aug⁹ ꝙ reprobi mallēt omne
tormentū sustinere q̄ videre faciem iudi-
cis irati. Et quid mirum. Si exiguo terre
vermiculo qui basiliscus dicitur vim tan-
tam in aspectu tribuit ꝙ exire cōmotōne
qua ſm naturales ad homines naturaliter
mouetur solo visu etiā longe positos in-
terficit. Quid putamus omnipotēs aspe
ctui suo terribili reseruauit. Accedat de-
hinc ad cumuluz huius intollerabilitatis
ꝙ oculis eius ꝑspectabile est omne solidū
apertū omne secretuz. nudū omne cordis
archanū. vt vult Apl̄s Hebre. iiij. Vnde
Ecclesia. xxiij. Oculi dñi multo lucidiores
sunt sup̄ solem. circumspiciētes oēs vias
hominū ⁊ ꝓfundum abyssi et hoīm corda
intuentes ⁊ absconditas partes. Audiāt
hoc qui operantur iniquitatē in abscōdi-
to dicētes. Quis nos videbit? nihil oper
tū eniz qd̄ nō reueletur tunc. Q⁊ si alicui
hoīm p̄sertim aduersario abscōdita cor-
dis reuelare veremur. O que putas tunc
erit cōfusio cū p̄nte iudice nota fient vni-
uersis? Secūdo principaliter erit ei⁹ affa
tus terribilis. Cū enī vt dicit̄ Exod. xix.
Legē ꝓmulgaret vocē eius terribilē cun-
ctus ꝑpl̄s audiebat q̄ pauore cōcussi stete
runt a longe dicentes moysi. Loquere tu
nobis ⁊ audiemus. nō loquat̄ nobis dñs
ne forte moriamur. Quid igit̄ erit cū exi-
get rōem de obseruatōne legis? Vñ Job
tremens ait. Quis poterit tonitruū ma-
gnitudinis ei⁹ intueri. Si eī verbo tantū
celū et terrā creauit ⁊ inimicos suos in ca
ptione sua ꝓstrauit. O q̄ terrifice penali
tatis erit vox illa in executiōe tā districti
iudicij. Vñ dicit Aug⁹ sup̄ eodez. Quid
iudicaturus faciet q̄ iudicand⁹ hoc fecit?
Quid regnatur⁹ poterit qui moritur⁹ hoc
potuit. Vnde hoc firmiter teneas ꝙ si q̄s
illi⁹ inestimabilē penalitatē exp̄tus fuerit
potius eligeret abdicatis omnib⁹ mundi
delitijs centuz annoꝝ curriculo strictissi-
mam agere penitentiā q̄ denuo hui⁹ seue
rissime sentētie fulminationē sustinere vt
tm̄ euaderet vultū iudicis iratū. etiam si
damnatio minime sequeret̄. Deniq̄ terri
ficam hāc visionē ac sentētie fulminatōz
luciferi casus satis nobis indicat. Qui vt
dicit̄ Isa. xiiij. dicebat in corde suo. In
celū ascendā sup̄ astra celi exaltabo soliū
meū. ascendā super altitudinē nubiū ⁊ ero
similis altissimo. Nihil ille locut⁹ est nihil
fecit sed tm̄ cogitauit. Et tñ ad vnicū nu-
tuz diuine indignatōis tā horribiliter nō
solum p̄cipitatus est sed ⁊ eternaliter. pe-
nis infernalib⁹ adictus. dño necdū finalē
sententiā damnatōnis ꝓmulgante sed in
futurum iudiciū reseruāte. Q⁊ de hoc ad
miratus Isaias diceret. Quō cecidisti lu
cifer q̄ mane oriebaris. quasi diceret. q̄
horribiliter ꝓ tantillo peccato tu summ⁹
angeloꝝ ꝓiectus es? quō tam inexpressi-
bilibus penis adiectus. quō tam irreuo-
cabiliter damnat⁹ es? Quid igit̄ somnies
o miser homūcio. stercus ⁊ puluis. putas
ꝙ tibi peccāti parcet in die iudicij seu vin
dicte? Q⁊ si hoc egit omnipotēs solo nu-
tu. O q̄d horroris erit cuz gladium suum
euaginauerit et manus eius iudicium ar-
ripuerint. cum inq̄ verbū illud terrificū ⁊
pene omni gladio ancipiti terribilius per
tingens vsq̄ ad diuisionem anime ⁊ cor-
poris ac spiritus exsufflauerit. Ite male
dicti ī ignē eternū. Quā sentētiā diaboli

adhuc pre cunctis penis infernalibus expauescunt. Unde legitur in vitis patrum. Q. cum quidam sedule fornicatōis spiritu temptaretur a domino precibus vt tēptatorem cerneret impetrauit. Cui ille. Quid tibi proficit miser me temptasse? Nosti enim q̄ alium precipitando, peccatum tuum et per cōsequēs penam aggrauas. Respondit demon. Scio verum esse qđ dicis, sed scio q̄ q̄nto plures peccare fecero tanto iudicij diem retardabo. Quem super omnem penam formido, in quo duraz illam sententiā me auditurum expecto. Ite maledicti in ignem eternum. Cuius fulminationem vt saltem ad tempus retardare valeam nitor homines tam grauiter temptare. ¶ Tercio principaliter erit eius districtio inflexibilis, et hoc quantuz ad duo. Primo ad exquisitissimā discussionem omnium peccatorum operum verborum. Affectionū cogitationum intentionum omissionum. O quantū tunc peccator angustiabitur. Cū vt dicit Anselmus A dextris erunt peccata accusantia, a sinistris infinita demonia, subtus horrendum chaos, desuper presentia iudicis, foris mundus ardens, intus cōscientia urens, vbi iustus vix saluabitur, heu miser et peccator sic deprehensus, quo fugietur Latere erit impossibile, apparere intollerabile. Tūc enim hierusalem scrutabitur in lucernis et invenientur nōnulli babilonij qui cines putabantur fore hierusalem Et vt de maioribus sileamus, inter opera de passu pedis erit reddenda ratio Job xiij. Obseruasti omnes semitas meas, et vestigia pedum meorum considerasti. Et inter verba etiam leuissima ponderabuntur. Unde Gregorius super illud Matb. x. Omnes capilli capitis vestri numerati sunt dicit q̄ sic deus vias suas cōsiderat, et gressus dinumerat, vt nec cogitatōnes nec verba minutissima que apud nos viluerunt in eius iudicio manent indiscussa. Sic etiam cogitatōnes nostras districtus examinabit si ex do sint. Sapie primo. In cogitatōnibus impij erit interrogatio. Et iterum, vj. Cogitatōnes nostras scrutabitur. Et quod plus metuendum est in omnibus iusticijs etiam intentōnes pscrutabit si bone vel recte fuerint. Cum accepto tempus inquit ego iusticias iudicabo. nimirum quia bonum opus intētio mala falsificat. Sic et de omissione scrutabit tam operis boni, vt patet hic eo dicente. Esurivi et nō cē. Unus enim causa dives epulo guttam aque nō poterat impetrare. q̄ etiam temporis vt dicit Bern. in sermone quodam ad scolares. Sicut nō peribit capillus de capite sic nec momentum de tempore de quo ratio non exigetur. Hinc merito dicit Anselmus in meditationibus. O lignum aridum et inutile eternis ignibus deputatum, quid respondebis in illo die cum exigetur a te rō ad ictū oculi omne temp⁹ viuendi tibi impensum qualiter a te fuerit expensum? Nam si in viridi ligno hoc faciūt, in arido quid fiet. Et ex his considerari potest quāta districtio vigebit in peccatis criminosis. Secundo q̄tum ad districtum demeritorum retributionem ne videatur otiose facta discussio.

¶ Tunc enim mittentur in carcerem infernalem donec soluant nouissimum quadrantem. Nec enim iudex omnipotens verebitur magnitudinem cuiuscunq̄ vt dicitur Sapie sexto. Quoniam pusillum et magnū ipse fecit. Et omnes nudi stabunt ante tribunal eius reges horrendi iudices et tyranni. Nec aliquo munere flectetur, quia vt dicitur Ezechiel. vij. Argentum eorum ejcietur foras et aurum eorum in sterquilinium erit. Argentum et aurum eorum nō valebit liberare eos in die furoris domini De diuitibus quaris in illa qui aias suas quas pro diuitijs vendiderūt. cū diuitijs tunc redimere non poterunt. Ibi in q̄ frater nō redimet, redimet homo. nec quidez parētes iusti filios impios, nec filij iusti impios parentes, quia vt habetur Ezechiel xiiij. Si inuenti fuerint Job Noe et Daniel. ipi iusticia sua liberabuntur sed filiuz aut filiam nō liberabūt. Nec cōfidant tūc in patrocinijs sanctorum nisi propria merita suffragauerint. Quia sm Aug⁹ tūc fugiet mia etiaz a gemma paradisi Maria

268

Hinc nimirum vt legitur in vitis patrum. Agathon moriturus ad reddendā rōnem districtio iudici se totum recolligit ita q̄ tribus diebꝰ apertis oculis staret immobilis. Cum igit̄ fratres eū pulsarēt dicentes. Abba vbi es? Respondit. in ꝓspectu omnium iudicis assisto. Et dixerūt. Et tu times abba? Quibus respondit. Virtute qua potui mandata dei custodiui sed homo sum et nescio vtrum opera mea acceptа fuerūt coram deo. quia aliter sunt iudicia dei ⁊ aliter iudicia hominū. et ita timeo nec cōfido nisi venero ante deum. O vere horribile dictum. q̄ aliter sunt iudicia dei et aliter iudicia hominū. Si tantū timuit qui tam fideliter mundum cum suis cōcupiscentiis calcauit. O q̄tum merito nobis delicatis carnalibus et desidia torpentibus trepidandum est. sicut ait in euāgelio dominus. Ostendā vobis quem timeatis qui scz postq̄ occiderit corpꝰ habet potestatez animā mittere in gehennā hunc ait timete. ¶ Quarto denicq̄ ꝑncipaliter erit potestas eius inuincibilis ne quisq̄ sibi blandiatur de resistentia diuine maiestatis. Eadem nāq̄ facilitate qua vniuersa cōdidit. etiam eadem in nihilum redigere ꝑt. Et ideo dicit Job. ix. Deus cuiꝰ ire nemo resistere ꝑt. Nā si fortitudo queritur robustissimꝰ est. Vnde dicit idē dominus Deutro. xxxij. Si acuero vt fulgur gladiū meū ⁊ arripuerint iudiciū manus mee. reddā vltionē hostibus meis et his qui oderunt me retribuā. Et iterum. Ego occidam et ego occidere faciaz. et nō est qui de manu mea possit eruere. Quia nimirum impij in futuro viuēdo semp morientur. et moriendo semper viuēt. et non erunt qui eos ab hac penalitate eternaliter eruent. Et huius quidem diuine potētie pariter et vindicte plura figuratiue ꝓcesserunt. que nobis etiam liquido ostendunt quod grauissime se vindicaturꝰ est in eos qui potestati resistunt non tantum sue. sed et suorum scz prelatorum. Quia sm aplm. qui potestati resistit dei ordinationi resistit. nisi forte in his que sunt cōtra deum. sicut ostendit in Dathan ⁊ abyron. quibus rebellantibus et murmurātibus cōtra moysen vt dicit Nume. xvj. Dirupta est terra sub pedibus eorum. et aperiens os suum deuorauit illos cum familia eorum cum tabernaculis suis ⁊ cum vniuersis substātijs eorū. Descenderūtq̄ viui in infernū. Similiter ⁊ ignis egressus deuorauit Chore cum ducentis et quinquaginta viris q̄ offerebant incēsum. Sic factuz est prelium magnū in celo. Michael et angeli eius pugnabāt aduersus draconem et draco pugnabat ⁊ angeli eiꝰ. Sed quid sequit? Sed nō preualuerūt neq̄ inuentus est locus eorum amplius in celo. ⁊ q̄ pabat resistere michaeli ꝑncipi celestis curie. Ideo tā horribiliter ⁊ irrevocabiliter ꝑcipitatꝰ est. Nūc vero disponamꝰ oculis mētalibꝰ ordinē ⁊ modū futuri iudicij. turmas iudicādoꝝ hinc inde se cernētes. Et statuet quidē oues a dextris ⁊ hedos fetidos id ē peccatores a sinistris. A dextris quidem ponet eos qui q̄ eiꝰ noīa ludibria et verbera experti sunt. insup et vincula ⁊ carceres. lapidati sunt. secti sunt. tempтati sunt. in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis in pellibus caprinis. egentes. angustiati. afflicti. quibꝰ dignus nō erat mundus. qui manserunt in spelūcis ⁊ cauernis terre. et oēs alij qui spectaculum facti sunt deo angelis ⁊ hominibꝰ. Secundo vero loco ponet cum eisdē pauperes et in opes debiles claudos cecos ceteroscq̄ despectos ab amatoribus huius mundi. Sicut ait dominꝰ in euāgelio Exi cito in plateis ⁊ vicis et debiles ⁊ cecos claudos introduc huc vt impleatur domus mea. Non tamen ita intelligendū q̄ omnes pauperes debiles et similes regnum celorum possidebunt. sed quia tales abiecti a mūdo maiorē occasionē emēdationis habētes vt in pluribus citiꝰ ad deū cōuertunt. Deus enī plerūq̄ qō eis negat in tpalibꝰ refundit in spūalibus. Et hi quidem q̄ religioso cōparebūt coram iudice quis explicetur. Induti stolis glorie. imo omnes eius domestici vestiti sunt duplicibus. glorificata iam anima cū corpore. A sinistris vero ponēt hi q̄s Jobā

nes enumerat Apocal. vj. in fine. tãcp̃ principales dicens. Reges terre ⁊ principes et tribuni et diuites et fortes et oĩs serꝰ et liber absconderũt se id ẽ abscondere desiderauerunt in speluncis et petris montium et dicunt montibus ⁊ petris. Cadite sup nos ⁊ abscondite nos a facie sedentis sup thronũ ⁊ ab ira agni quoniã venit dies magnus ire ip̃or et q̃s poterit stare? Si nunq̃d armati vel ornati apparebunt? Respõdit Bern. in sermone dicẽs. Nudi stabunt ante tribunal christi vt audiãt vocem iudicij qui obdurauerunt aures suas ad vocem cõsilij. Quid enim nũc loquit? Penitentiã inquit agite. Vulti tñ dissimulant. multi cõtinẽt aures suas dicũt. durus est hic sermo. Non sic impij non sic cum intonuerit durus sermo verbũ aspe/rum cum pnunciatũ fuerit Ite maledicti in ignẽ eternũ. Quibus sic ordinatis qualis putas erit disceptatio iustor ad impios? Stabunt iusti inquit in magna pstantia aduersus eos q̃ se angustiauerũt. Tũc vidua orphanus ⁊ pupillus vindictã acclamabunt. Tunc iuxta ps. Exultatones in gutture eorum ⁊ gladij ancipites in manibus eor ⁊c. p totũ. Tunc inq̃ supimpiũ ridebunt et dicent. Ecce homo qui nõ posuit deum ⁊c. Econtra iniusti prespũs angustia gemẽtes dicent. Hi sunt quos aliquãdo habuimus in derisum et in similitudinem improperij. Nos insensati vitã illorum estimabamus insaniã et finem illorum sine honore. Ecce quõ ⁊c. O sera penitentia damnatoꝝ q̃ amara q̃ infructuosa q̃ desperatõne plena. Sed ad iudicem reuertamur Nam post hec parabit extreme sententie fulminationẽ qui ad maiorẽ reprobor desperationẽ pmo iustorũ sententiã pmulgauit dicẽs. Venite benedicti patris mei pcipite regnum vt ex hoc plus crutientur reprobi cuꝝ electis a christo leticia inenarrabili et charitate indicibili receptis. sese videbũt abiici et reprobari tanq̃ indignos ⁊ deo odibiles. Tunc electi ineffabili gratiarũactione organis dulcisonis laudem resonabũt. Sed ve ve miseris derelictis et secundã sententiã exspectantib qua tollent ne videãt gloriaꝝ dei. De quo dicit discipul bonalogij. De infernalibus ac damnatis ⁊ puersis spiritib q̃ hanc faciẽ iudicis furibundã in sua terribili dispositõe absq̃ oĩ spe gre visuri sunt. Quod a nobis auertat Jesus dei filius. Amen.

De horribili fulminatiõe illius extreme sentẽtie. Ser. viij.

Ite maledicti in ignem eternũ qui paratꝰ est diabolo ⁊ angelis eius Matth. xxv. Dicit ad huius declarationẽ sententie pcedamus. Cerne nũc iudice tuũ. O aĩa maledicta inexpressibili terrore flammeũ gladiũ oris suivibrantẽ ad terrendũ peccatores. ad fulminandũ inq̃ illã sententiã finalez quã qui accepit tunniẽt ambe aures suas. Ite maledicti ĩ ignẽ eternũ ⁊c. In quibus verbis nimirũ quinq̃ terribilissima ⁊ metuendissima p ordinẽ pmulgant. Primũ est diuini solatij repulsio cuꝝ dicit ite. O ite q̃ pauẽdũ eris ip̃s a dulcissima p̃sentia diuine visionis ejciẽdis. Nã cũ vel p mortẽ vel p peregrinatõꝝ aliquoꝝ carorũ sepatio fit. statĩ vtriq̃ optat diuina protectio. Hoc ei est vitã aue mortaliũ. Det omnipotẽs vobiscũ q̃ pseruet in oĩ bono protegat ab oĩ malo. Fateor qz secũ bñ agit q̃ a deo pcegit. Sed q̃so cuiꝰ patrocinio relinquit q̃ a deo reprobꝰ ejcit. cuiꝰ auxilio dirigit. cuiꝰ solacio fouebit cũ nõsit ei comes itineris assignãdꝰ. nisi leuiathan torr tuosus tãcp̃ leo rugiẽs ad escã p̃parꝰ? Putas ne qua calamitas erit a iudice reprobari etiã si nulla pena sequeret quẽ de cetero abhoĩabit oĩs creatura amicũ inuenire poterit in celo ⁊ in terra nec subꝰ terrã. Nõ angelũ nõ sanctũ nõ maligniũ spiũ nõ impiũ damnatũ. nõ p̃ez nõ matrẽ ⁊c. Qz sic in electis erit summa quedam dulcedo charitatis ⁊ vnitatz. sic in oĩb reprobis erit summa amaritudo inuidie ⁊ discordie. ita q̃ ex aliorum presentia quasi de penis p̃sis torqueri videbũt vt postea patebit.

Sic miser eiectus a facie domini cunctis odiosus erit. Cui⁹ figura p̄cessit in chayn fratricida qui eiectus a facie domini respondit Genes. iiij. Ecce eicis me hodie a facie terre et a facie tua abscondar ⁊ ero vagus et ꝓfugus in terra. Omnis igitur qui inuenerit me occidet me. Hinc etiā dicit Criso. super illud Math. vij. Excidetur in ignem mittetur Intollerabilis res est gehenna quis nesciat et horribile supplicium. tamē si mille geheanas mihi ꝓponat nihil tale dicturus est quale est ab honore illius glorie ꝓpelli et exosum eē christo. Unde quidā Carorū tristis discessus tristior istis. corporis et anime tristissim⁹ a deitate. Sicut legitur Genes. xxj. Agar eiecta est de domo abrahā cum filio qui figuram tenent omniū terrenoꝝ et mundanoruz. Sicut legit̄ Baruth. iij. Filij quoqꝫ agar qui exquirunt prudentiā que de terra est. Unde premisit ibidem. Qui argentum thesaurisant et aurum in quo ꝯfidūt homines et sequitur. Exterminati sunt ⁊ ad inferos descenderūt. Nunc diligenti⁹ attendite. Cur agar eiecta est nisi quia filium habuit egiptiace ludentē. Cur filius vero eiectus est. nisi quia matrez habuit ancillam id est seruilis cōditionis. Scientibus enim legem nūc loquor. Sic reuera in futuro iudicio parentū suorū peccatis exigētibus innumerabiles filij eternis penis adijcientur quos ad bona instruere vl̄ a malis corrigere neglexerūt. Sicut patuit de puero blasphemo quinqꝫ annoruz vt scribit Grego. in dialogo. vel etiā eos male acquisitis ditauerūt aut iniuste acquirere docuerūt. Et ecōtra multi filij parentum suorum causa perditōnis erunt q̄rum amore in peccatis et iniusticijs se p̄cipites dederunt vt illic in pena detestabilis inuidia cruciat quos hic amor inordinatus ad culpā traxit. Et veniēt dies in quibus dicent. Inimici hominis domestici eius. Secundū est indictio eterni diuortij cum additur maledicti. et hoc erit intollerabilius. quia sicut nūc per peccati lapsum a deo se elongātes semper redire possunt. quos iniuriatus Jesus ad redditum expectat. reuocat iniuriantes. amplectitur redeuntes. tribuit veniam. ingerit gratiam. reddit stolam primā. vituluz saginatum adducit. cōuiuiū instruit. ⁊ angelis suis ait. gaudere autē oportet et letari. quia frater tuus mortuus fuerat ⁊ reuixit. perierat et inuentus est. Fateor qꝛ cum peccatoribus nūc bene agitur. qꝛ nō venit dominus perdere sed saluare. et diē stricti iudicij p̄uenit tempus magne misericordie. vt si voluerint districtio nō inueniet in quē seuiet. sed ve tarde penitētib⁹ quia postmodū sola regnabit iusticia cum sonuerit vox illa. Ite maledicti. O maledictio nunqꝫ abolenda. O seueritas nunqꝫ recōcilianda. O sep̄atio nunqꝫ reuocāda. qꝫ longam restem eterne desp̄atōnis reꝓbis inijcies. qꝫ lōge miseros exulabis nunqꝫ in diuinam gratiā reuersuros. Nā maledictio sonat illam eternā reprobatōnem nunqꝫ abolendā. Hinc de reprobo dicitur Isa. xxij. Asportari te faciet dominus sicut asportatur gallus gallinaci⁹ scꝫ capite deorsum ⁊ pedibus sursuz. eo ꝙ caput id est christum postposuerūt. et pedibus scꝫ creaturis terrenis adheserūt. Coronans coronabit te tribulatōne que scꝫ infinita est sicut et corona finem nō habet Et ꝓpter penaruz varietatē subiungit dicens Quasi pilam mittat te id est sicut pila que voluitur de loco ad locum sicut tu de supplicio ad supplicium. Et hoc in terram latam. quia dilatauit infernus os suum absqꝫ termino ꝓpter improborū multitudinē. Et cōcludit. Ibi morieris. In quo notat penaruz acerbitatē. quia semꝑ in actualitate mortis imo morte tp̄ali durius sustinebunt. De cuius etiam calamitate dicit Hugo ꝙ omnia gehenne supplicia sup̄at deum nō videre. et bonis carere que in potestate habuisti obtinere. Cuius causam ex tribus teor emanare. Primo ex mutatōne affectus. quia anima separata a corpore corporalibus oblectamētis frui nō potest. non diuitijs. non delitijs. nō honoribus. Hinc dicit p̄s. Dormierūt

somnum suum et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Quam miseri igitur sunt isti qui terrenis istis coacernandis et conseruandis tantopere inhiant. Stulte ait dñs hac nocte repetent animā tuā. et qui parasti cuius erūt? Secundo ex fame diuine visionis. cū enī anima diuinitatis capax ad illius desiderabilem fruitionē creata dinoscitur. vt illi quasi suo centro et obiecto generali tanq̄ sue dulcedini. glorificatōni. ⁊ pfectioni dulciter inhereat.. Ideo nunq̄ de certo ꝑsolationē recipere ꝑt ꝓter illā diuinam intuitionē. Unde licet adhuc corporalibus inuoluta qualemcūq̄ ꝑsolationem in bono ꝑmutabili recipe ꝑt lingens mel insentibus ⁊ vrticis. tuꝫ propter naturē corruptōez qua fertur ad oblectamē tum obiecti corruptibilis. tū ꝓpter nōdū gustatā vel agnitam diuine dulcedinis superemineniā. In futuro tñ damnande licet ea minime gustabunt. cognitōne saltem aliquali ꝓcipiēt q̄nto bono ꝓiuabunt Tunc enim in eis tam ingens fames diuine fruitōis exsurget. q̄ si etiā a penis sensus ꝑseruarentur vt de paruulis ī originali decedentib⁹ cōmunis habet opinio. ad refocillandū tamē appetitū diuine fruitōnis eligerent infernalibus penis ꝑpetuo mancipari q̄ tanto bono ꝓiuari. Tercio ex decoris aīe affectata ꝑfectōne. qꝛ in visione diuina omnis anime decor depēdet Nam licet anima ꝓpter virtutes abilitatur ⁊ nobilitat ad receptionē illius ineffabilis diuine transformatōis. necesse tamē est vt diuine claritatis radius supsplendeat. ⁊ sic refulgeat sol in clipeos aureos resplendeātq̄ montes ab eis. alioq̄n nulla diuersitas erat auri politi ⁊ obrisi ad lutum platearum q̄tum ad decorē nisi luce materiali discernāt. Sicut videm⁹ in corporalibus celestibus ad receptionē quidē solaris luminis abilitatis q̄ tñ opaco corpore mediāte relinquunt obscura eo q̄ solis ꝓiuant beneficio. Sic etiā patres veteris testamenti licet ab omni scoria purgati. virtutibusq̄ decorati. vmbra tamē originalis criminis nihil omnino luminis glorie sunt potiti. donec veniret sol iusticie. qui sub motu velamen tanq̄ verum lumen animarum eos luce clarius illustraret et ad hanc appropriatam sibi gloriam anima ingenita sua nobilitate tantope ꝙ uenire deliderat vt ve dicere possit. Sic ceruus desiderat fontes ⁊c. Tercium est plenitudo amari supplicij cum sequitur in ignem. Est enim ignis pena grauior ⁊ intensior omnibus alijs. Dz que putas esse cōparatio ignis materialis ad infernalē? Profecto qualē posuit sanctus Sebastianus cui stabat angelus ad aurē cum inter alia dicebat. q̄ ignis hic sensibilis se habet ad ignē infernalē sicut ignis depict⁹ ad ignem materialē. Cuius experte ratōnis potest. qui incluſus in terra nō exalabit. Unde ꝑs.. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui. Hinc exclamat Isa. xxxiij. dicēs. Quis ex vobis poterit habitare cū igne deuorante? Aut q̄s ex vobis habitabit cum ardoribus sempiternis. Dicit autem dñs. in ignem vt penalitatis designetur plenitudo que causatur ex duobus. Primo nanq̄ ſustinebunt penam sensus intentissimi qua circumualabuntur vndiq̄. ita q̄ nihil remanebit in corpore vel anima quod non omni penalitate replebitur. Nam dicit Isa. xxxiij. Erit terra eius in picem ardentē nocte ac die nō extinguetur in eternum. Nunc tibi ꝓpone terre molem velud massam ferri totam incandescentem et te factum immortalem velud in medio cōclusum q̄ intollerabilis pena te cruciaret cum cōstat q̄ calor ignis in materia ferri virtute multiplicatus redditur multum intensior q̄ in materia incōbustibili. Necdū tamē in cōparatōne pene gehennalis quid dignum excogitasti. O q̄ horribilis expectatio damnandorum quibus nunc penitētia dura videtur. Unde et omnes sensus penarū amaritudine replebuntur. Nam visus recipiet demonum laruales facies quos tñi intueri supgreditur omnem corporalē penalitatez. Auditus vero horribiles demonum rugitus ⁊ insultus. Gustus vero tanta replebitur amaritudīe q̄ si oēs amari-

tudines felle redigerentur in vnum quasi dulces in illius cõparatõne viderentur. Quod innuit Deutro. xxxij. vbi dicitur. Fel draconum vinum eorum. per illud enĩ fel intelligitur fluuius ille sulphureus egrediens a dracone magno lucifero q̃ portantur oẽs qui ei⁹ caractere sunt insigniti imovt dicit p̃s. Sicut oues in inferno positi sunt mors depascet eos. Sic et eorum odor erit fetor pessimus in pice⁊ sulphure designatus. qui solus sufficeret ad penalitatem. Secundo sustinebunt penã damni scz carentiaz diuine fruitionis ꝓpter quã anime vires, presertim superiores omni penalitate replebuntur. scz memoria. intelligentia. et voluntas. Nam ex hoc memoria dupliciter cruciabit̃. scz meroze ꝑteritoz cum recolet dies leticie quasi somnium noctis vnius ꝑteriſſe et post se feda et amarissima penarũ vestigia reliquisse. Quid inquient ꝓfuit nobis superbia aut diuitie ⁊c. Et desperatõne futurorũ vt iã videbitur. Intellectus etiã ex hoc dupliciter cruciabit̃. scz cõfusione. quia tũc plenius cognoscet q̃ta fuit nobilitate creata vt esset capax sanctissime trinitatis ⁊ electa spõsa redemptoris. Ecõtra q̃ viliter in peccatis deturpata. quo facta est nõ solum diaboli vilissima ꝓstituta. sed etiam horribili turpitudine similima cuius tãta vilitas ac feditas ac deformitas tãta. O q̃ cõfusam faciem p̃sentabit in die iudicij Et indignatione iudici suũ p̃ius eo q̃ pro tam vili precio momentanee delectatõis spreta tam incõprehensibili glozia ad tã immania tormenta sese tam irreuocabiliter precipitauit. ⁊ ideo sibi p̃i homo talis tam odiosus erit q̃ si sibi facultas attribueretur membratim seipm discerperet. Deniq; volũtas ex hoc dupliciter cruciabitur scz inuidia qua feretur ad omnẽ creaturã. presertim tamẽ ad eos quoz amore societate. cõsilio vel auxilio peccauerũt ita q̃ q̃to maior fuerit dilectio in culpa. tãto maior sequetur inuidia in pena. Ibi nanq; maledicet pater filio. et filius patri et frater fratri. et vir vxori. mechus adultere. et omnes qui ĩ aliquo crimine participati sunt. vt sic experiant̃ miseri. qz inimici hominis domestici eius. Vnde tanto ferentur odio ad inuicem. q̃ se mutuo dentibus cõsumerent si facultas adesset. Et obstinatõne qua firmabuntur in malũ et mouebuntur in diuinuz odium. blasphemabunt q; viuentem in secula seculoz̃ et dicent. Maledictus deus maledicta trinitas que nos creauit ad hanc penalitatẽ Ecce quale carmen et ve resonabit in tabernaculis impioz. Preterea quod ẽ horribile dictu. Omnes anime vires tam exteriores q̃ interiores quibus scz operantur ꝙ corpora cum corpore simul⁊ semper erũt in vltimitate sue penalitatis tã in pena damni q̃ sensus. Nam omnes cruciatus inferni ꝑm quosdam simul patientur licet in scripturis leguntur penarũ alternationes. ad eorum qualitates euidenti⁹ insinuandas. Quartum est gehennalis ꝙ petuatio incendij cum subdit eternũ. que ꝓpetuatio miseris injicit desperationem amariorem omni penalitate. Vnde querẽt Jeremie. xv. Quare factus est dolor meus perpetuus et plaga mea desperabilis. Quibus respondit ibidem dñs. xxx. Quid clamas sup cõtritione tua. insanabilis est dolor tuus ꝓpter multitudinem iniquitatis tue. ꝓpter dura peccata tua feci hoc. Dicitur enim ignis ille inextinguibilis. quia vt dicitur Jsaie. vltio. Ignis eorum nõ extinguetur nec etiam in eo missus cõsumetur. quia non cõsumit corpora vel animas eorum quos cruciat. vt dicit Criso. de reparatõne lapsi. Quanta igit̃ putas miseris erit desperatio prenidere penarum infinibilem eternitatẽ que grauior erit omni pena. Nam eligerẽt annis mille milibus omniũ damnatorũ penalitatem in se suscipere q̃ illam expectare infinibilem eternitatẽ. Vnde dicit Criso. vbi supra. Dic q̃ta tempora luxurie. que spacia delitiarum cõparare vis penis eternis? Centum si placet annis delitijs demus. Adde ⁊ alios centum⁊ decies centum. q̃ erit ex his ad eternitatẽ cõpensatio? Vñ si tota circumferentia celi cristallini esset plena arena et alicui darẽ optio potius

eligeret manere in inferno quouscz a mi/
nima formica tota illa congeries esset ab
lata et tunc perueniet ad regnum. quam
gloriam tamdiu possidendo postea demer
gi in infernū. O eternitas q̄ incōprehen
sibilez dolorē reprobis ingerit tua memo
ria. Intelligite hec qui nunc obliuiscimi/
ni deum ne quādo rapiat tunc infernus ⁊
nō sit qui eripiat. Quintuz est execrandi
cōsortiq̄ ppunctio cum subnectitur. qui pa
ratus est diabolo et angelis ei⁹. Sunt enī
demones aspectu horribiles. Dñ Bernū.
sup. Qui habitat. Quid putam⁹ fratres
si alicui vni ex principibus tenebraruz in
medium vestrum irruere et in tota sua fe/
ritate ac tenebrosi corporis enormitate
apparere liceret? Quis illū vel corpis sen
sus vel cordis sustinere posset. Et Sapīe
xj. Non enim impossibilis erat omnipo/
tens manus tua immittere illis multitu/
dinez vrsoz aut audaces leones. Aut nō
ui generis ignotas bestias ira plenas aut
vaporem igneum spirantes aut odorem
fumi pferentes. Aut horrendas ob oculis
scintillas emittentes quarū nō solum lesu
ra poterat illos exterminare. sed et aspe/
ctus p timorē occidere. Sunt etiam actū
crudeles quia promulgata diuina sententia
quasi leones ferocissimi subito rapiēt im/
pios ad eternū supplicīū. Treñ. j. Omnes
psecutores eius apprehenderūt eaz inter
angustias. Insup aggrauabūt omnibus
modis penas eorum. Sicut dicīt Eccle.
xxxix. Sunt spiritus qui ad vindictā crea
ti sunt et in furore suo cōfirmauerūt tor/
menta sua et tempore cōsummatōnis ef/
fundent virtutem ⁊ furorez eius qui fecit
illos. Sunt denicz in torquendo infatiga/
biles. quia sicut ad misericordiā nō cōmo
uentur sic etiam in torquēdo nō fatigan/
tur. Quod bene figuratū est de fornace.
Daniel. iij. vbi dicīt Non cessabant mini
stri regis succendere fornacem. ira q̄ ascē
debat flamma de fornace cubitis quadra/
ginta nouē. Et iterū Apocal. xiiij. dicitur
Q⁹ nō habent requiem die ac nocte qui
adorauerūt bestiam ⁊ imaginē. Ecce q̄z ex
ecrando cōsortio sociabuntur. Quib⁹ vi
dere nihil horribilius audire nihil crude/
lius. sustinere nihil penalius. O quid erit
tunc miseris desperatis cum ab iniuranti
bus vndicz circumuallabunt acclamanti
bus sibijnuicem vt dicit Bernū. sup. Qui
habitat. illud verbum insatiabilis geben
ne. Affer affer. pcute. dilacera. cito inter/
fice. velociter spolia detrahe. Quomodo
exultant venatores capta bestia ⁊ clamāt
tolle infige verubus prunis infer et male
bulientibus impone lebetibus. Decille.
Vere dies illa dies ire dies calamitatis
et miserie dies magna et amara valde. A
qua nos pregat Jesus christus Amē.

De septēplici timore quo cun/cta perficiuntur vel omittuntur Sermo. ix.

TIMETE dominum omnes sancti eius. quoniaz nihil deest timentibus eum. ps. xxxiij. Quoniā dicit doctor sanct⁹ scda scōe. q. xix. Initium Sapīe timor domini. ⁊ hoc ad effectus sapiētie quos operari incipit quia a timore suam operationē inchoat. Sicut initiuz artis edificatorie est funda mentuz. quia ibidē incipit edificator ope rari. Et ideo qui nondū habent dei timo/rem coram eo stulti reputantur. ¶ Nimi rum cum sapientia mundi huius q̄ que vo/catur ab apō Jacobo terrena diaboli/ca stulticia est apud deum ¶ Notanduz tamē q̄ timor qui datur p gratiaz gratis datam est initiuz sapientie. sicut ab extra ponens dispositionem quandā sapientie inquantū scz quis timore pene discedit a peccator facit opera quedā de genere bo norum. sicut dicīt Eccle. j. Timor dñi ex/pellit peccatū. et sic abilitatur ad sapien/tie effectum. ¶ Timor vero qui datur per gratiam gratum facientem est proprie in itium sapientie ipius sicut primus eius ef fectus. Quia cum ad sapientiā pertinet q̄ humana vita reguletur et in similitudinē vite christi cōplantetur Vnde dicit doc. sanctus ibidē. q̄ dona spiritus sancti quo/rum primum est timor dei. Sunt quedam

habituales perfectões potentiarũ ani/
me quib⁹ reddunt bene mobiles a spũsan
cto. Ad qđ requirit̃ q bene mobile sit mo
uenti subiectũ nõ repugnãs, quia ex repu
gnantia mobilis admouẽs impedit̃ mot⁹
quã repugnãtiã in nobis timor dñi remo
uet inquantũ q ipm deum reueremur ⁊ nõ
refugimus nos illi subjcere. Cuius timo/
ris ornamentũ et argumentũ est cor̃ deo
laudabilis verecũdia que timentem humi
liat ⁊ sui ad displicentiã incitat sicq; gra/
tum deo efficit, quia cor q̃tritum et humi/
liatũ de⁹ nõ despiciet. Sic peccantibus fi
lijs israel cum displicẽtia cordis ⁊ humili
verecũdia orauit Esdras ad dñm dicens
eiusdẽ ꝑmi. ix. Domine deus meus cõfun
dor ⁊ erubesco leuare faciẽ meam ad te,
quoniã iniq̃tates nostre multiplicate sunt
sup̃ caput nostrum et creuerũt vsq; ad ce/
lum. Siccine peccatum amaricat ⁊ vere/
cundia mentẽ deo gratificat. Timete igit̃
dominũ oẽs ⁊c. Ad euidentiã aũt timoris
huius sciendum q septẽ genera timoris
assignari possunt que tangunt̃ a doctori/
bus. Quorum primũ genus est hoc pessi/
mũ dicit̃ seruilis timor, q̃ dupliciter cõsi
derari ꝑt scz cũtum ad seruilitatẽ ⁊ cũtum
ad substantiã. Ex seruilitate aũt habz q
malus sit vt dicit Tho. vbi supra. Quia
ser⁹ est qui nõ sui causa operat̃ sed quasi
ab extrinseco mot⁹. Quicũq; aũt ex amo/
re aliq̃d facit quasi ex seipo operat̃, q̃ ex
ꝓpria inclinatõne mouet̃ ad operandum.
Et ideo cõtra rõnem seruilitatis est q ex
amore operetur, et sic in cũtũ seruilis est,
charitati cõtrariatur et simpliciter malꝰ
est, quia obiectum timoris huius est pena
que accidit eo q bonũ cui ꝙtrariat̃ pena
ametur, tanq; finis vltimus et p̃ncipale malũ, qđ
nõ ꝙtingit in habente charitatẽ. Et ideo
dicit Gregor⁹, j. moral. Cum quis timo
re bona adhuc agit a malo penitus nõ re/
cessit, quia eoipo peccat quo peccare vel/
let si inulte potuisset. Ex quo patet q nõ
amat iusticiam et q nõ odit culpã sed ca/
uet penã. Et ideo mala que ex timore nõ
facit opere, ꝑficit voluntate quod est for/
male ipius peccati. Vnde Aug⁹ sup̃ illud
Cõfige timore tuo carnes meas dicit. Ti
mor legis seruilis pedagogus precessit in
me qui ad casum ducit sed carnem nõ cru/
cifigit, quia vult peccandi volũtas ⁊ se/
queretur opus nisi penalitas timeretur.
Sicq; refugit malum pene nõ malũ culpe
respiciens deũ sicut p̃incipiũ inflictiuũ
penarum. Porro bona que ex hoc timore
facere videatur cor̃ deo bona non sunt,
nec meritoria, quia dicit Aug⁹ li. scõo cõ/
tra pelagiũ, qđ cum timore pene nõ amo/
re iusticie fit bonum nondũ bene fit bonũ,
nec fit in corde quod fieri videtur in ope
quãdo mallet homo nõ facere si posset im
pune. Et sic non sunt accepta deo nec me/
ritoria sibi ꝙlis remuneratõis vel eter/
nalis ex cõdigno, licet nullũ bonum relin/
quatur a deo irremuneratũ saltẽ ꝙle re/
muneratõne. Et hic timor ꝓprie correspõ
det amori mercenarij qui diligit et seruit
principaliter ꝓpter retributionẽ ꝙlem
vel eternalez. hoc aũt timore penituit rex
Achab vt habetur. iij. Re. xxj. vide supra
Secũdo vero ꝙsiderat̃ cũtũ ad substantiã
put clarius patebit in ꝓcessu. Secundũ
vero genus timoris scdm malicie locũ te/
nens dicitur timor mundanus q̃ ꝓcessum
habet ab amore mundano. Nã amor mũ/
danus dicit̃ quo quis ꝓprie inititur mũ
do tanq; fini et sic semp est malus, imo dã
nabilis, et timor mundanus ex hoc amore
nascitur. Illud enim timet homo amitte
re quod amat, vt dicit Aug⁹ libro. lxxxiij
questionũ. Et ideo timor mundanus tãq;
a mala radice ꝓcedens semp est malus. q̃
scz qs adeo timet amissionẽ ꝙlium rerũ
vel honorum vel fauorũ ⁊c. q ꝓptereꝫ de
uiat a rectitudie iusticie, vel habet aĩm pa
ratum deuiandi si daretur occasio, anteq;
sustineret amissionẽ eorum que diligit. Et
hic quidẽ timor multa mala facit aliq̃ inor
dinato amore vrgente, multaq; bona opa
falsificat, ita q omnia q̃ multi videnẽ in/
tentione recta facere ad diuinum officiuꝫ
ꝓtinentia q affectum cõflant ad cõplacen
tiaꝫ humani aspectus, scz vt illis placeãt
vl ne illis displiceãt aut ifamie subiaceãt

Quibus ait dñs Isa. xxix. Eo ꝙ appro-
pinquat populus iste ore suo ⁊ labijs suis
glorificat me. cor aũt eorũ longe est a me.
mandato hominũ. glosa. nõ dei. sequitur.
Quoꝝ sunt opera in tenebris et dicunt.
quis videt nos ⁊ quis nouit nos. Isto ti-
more numerauit Joab ad preceptũ da-
uid populũ ꝯ dei mandatũ licet inuitꝰ. et
dauid mortẽ vrie ꝓcurauit. Et iudices is-
rael iniuste ꝯdemnauerunt Naboth ex ti-
more Jesabel. Saul quoꝗ penitentiã si-
mulauit ne Samueli displiceret ⁊ vitupe-
rio subiaceret. Peccaui inq̃t sed nunc ho-
nora me corã populo. O falsa penitentia
O gemminata suꝑbia que nimirũ meruit
eternã suã reprobationẽ. Et quid dicaꝫ?
Nõne timor iste induxit nos ad hãc cala-
mitatem. dum adam ne vxori displiceret
cõtempsit dominicũ preceptũ? O q̃ mul-
ti cottidie vel ob amorẽ placendi vel timo-
rem displicendi trahũt ad similia vel ad
peiora ¶ Terciũ autẽ genus timoris. ter-
cium malicie locum tenẽs est timor huma-
nus quo timeť amissio alicuiꝰ boni corpo-
ris scꝫ sanitatis vel fortitudinis vel etiã
membrorũ vel deniq̃ tociꝰ corꝑis. ꝓpter
que cõseruãda vel ꝑcauenda q̃s malũ ꝑfi-
cit. sicut petrus q̃ ex hoc timore christum
negauit. Et Aaron summus pontifex ĩ le-
ge veteri qui saltem ore licet nõ corde cõ-
sensit vt fabricareť et adorareť vituluꝰ au-
reus. Sicut habeť Exo. xxij. Sed diceret
quis. Timere ꝑicula aliqua vel corporuꝫ
vel rerũ nõ est peccatũ. quia timor natura-
liter inest omnibus hominibꝰ quo scꝫ hor-
rent ipaꝫ mortẽ. formidant penas ⁊ dam-
na ⁊ similia Qui timor scꝫ ex corrupta na-
tura ꝓpter peccatũ homini adueĩt cui cor-
ruptio medullitus inoleuit tanq̃ esset illi
naturalis ⁊ est effectus peccati primi parẽ-
tis. qui statim post lapsum vocatus a dño
respondit. Audiui vocem tuã et timui eo
ꝙ nudus essem. Et sic videť ꝙ q̃s timore
naturali nõ peccaret. Ad hoc respondet
doctor sanctꝰ vbi supra. ꝙ licet quoddã-
modo sit naturale ꝙ homo timeat ista ⁊ ꝓ-
posse refugiat. ꝙ tñ ꝓpter ista a iusticia re-
cedat est cõtra rõnem naturalem. Quia
phus licet gentilis dicit in. iij. ethicoꝝ. ꝙ
quedã sunt scꝫ ex peccatoꝝ opera ad que
nullo timore aliq̃s debeat cogi. quia peiꝰ
est homini illa cõmittere q̃ penas quascũ-
q̃ pati. In cuius argumentũ dicit dñs ĩ
euangelio suis electis. Dico aũt vobis a-
micis meis ne terreamini ab his qui occi-
dunt corpus et post hoc nõ habent ampli-
us q̃d faciãt. Ostendã aũt vobis quem ti-
meatis. Timete eum qui postq̃ occiderit
corpus habet potestatẽ mittere in gehen-
nam ita dico vobis hunc timete. Cuius cõ-
silium audiẽtes sancti martires fide vice-
runt regna. et ad deuincendum hũc timo-
rem vltro se passionibus tradiderũt. Nã
ludibria ⁊ verbera insuꝑ et vincula ⁊c. ꝑ
totum. in occisionẽ gladij mortui sunt. ex-
coriati sunt scientes. quia nõ sunt ꝯdigne
passiones tꝑis huius ad futurã gloriaꝫ q̃
reuelabitur in nobis. De quibus omĩbus
canit ecclesia. Isti sunt q̃ venerũt ex ma-
gna tribulatõne ⁊ lauerunt stolas ⁊c.
¶ Quartũ ꝓpriũ genus timoris est indiffe-
rens quod diciť timor naturalis. Et ẽ na-
turalis passio que oritur ex naturali timo-
re quo naturaliter quilibet timeť quodli-
bet nocumentũ vel incomodũ in cõcurren-
tibus timet inq̃ quodlibet comodũ amit-
tere. Et hoc timore ꝓprie nec demeremur
qꝛ nõ subiacet libero arbitrio nisi quãdo
quis se haberet irrationabiliter circa illũ
quia nõ est malum timere ꝑicula vel amis-
sionum corporũ vel rerum nisi quando ti-
mor esset inordinatus et duceret ad illici-
ta. et tunc ꝓprie nõ dicitur timor natura-
lis sed diceretur timor humanꝰ q̃tum ad
incomoda et pericula corporis. vel diciť
timor mundanus q̃tum ad amissionẽ re-
ruꝫ temporaliũ vel fauoruꝫ vel honoꝝ ⁊c.
Hunc timorem scꝫ naturalem dñs Jesus
in sua passione in forma pusilloꝝ dignatꝰ
est sustinere q̃ fuerat adeo cordialiť agita-
tus. ꝙ pre illius angustia sudorẽ sangui-
neum sudaret. nec tamẽ in aliquo sue vo-
luntatis et charitatis impetum ad huma-
nã salutẽ ꝑficiẽdã retardauit. quo minus

272

ad tam horribilē mortē festinaret. Unde vt infirmis mēbris ostēderet esse licitum hunc timorē in euāgelio dixit. Et si vos p secuti fuerint ī vna ciuitate fugite in aliā. Ō ꝙplectens paulus primus heremita visa tam immani crudelitate que fidelibus inferebatur, hmōi timore impulsus fugam iniit et desertū petiit ubi p christi amore penurias incredibiles passus ē. Dicit enī tormēta martirū precipue duos in agone mirabili cōstitutos. Unū nāq vidit in toto corpore nudo melle punctū et sic apibus in feruore solis expositū. Alterū vero sub arbore frondosa suplectū delicatū totū cōtrectationibus meretricum expositū, qui hoc cernēs ꝛ ꝓpter ꝙstantie nō ꝙfidens potius elegit in heremo penurijs corporalibus se exponere, quē secuti sunt innumerabiles patres. De quibus dicit paulus. Circuierūt in melotis in pellibus caprinis egentes angustiati afflictiones solitudinibus errātes in montib⁹ in spelūcis ꝛ in cauernis terre, quib⁹ dignus non erat mundus. Numirum cum de eis scribit Crisosto. Si qs nunc venit ad egipti solitudinem paradiso prorsus omnem illum heremū videbit dignioremē, et innumerabiles angelor cetus in corporibus fulgere mortalib⁹. Quintū itaq genus timoris est initiū nostre salutis qui dicitur timor initialis, qz est illorū qui iā incipiūt cōuerti ad dñm quos ad verā sapientiaz dñs initiat. Unde Bern. sup Cātica, in sermone. xxij. dicit Nō immerito dicitur hic timor sapie initiū, qz s. ꝓio opponit pestiferę insipiētie. Et sequit. Ingressus veritate didici nihil esse eque efficax ad gratiā ꝓmerēdā retinendā recuperandā q̄ si omni re inueniaris corā deo nō altū sapere sed timere. Porro timor iste mediū tenet inter timorē seruilem et filialē ab vtroq partem recipiens. Dinc etiā semp respectū habet duplicē in bonis q̄ agit vel in malis q̄ dimittit. Nam timor seruilis hūc timorē inducit sicut zeta filū, et ideo adhuc habet ꝛ retinet de timore seruili adiunctū, scz substantiam eius q̄ manet eciā cuz charitate seruilitate remota. Est aūt seruilitas que mouetur ad malū precauendū nō motu ꝓprio sed alieno vt dictū est. id est principaliter ꝓpter penā precauendā sic iste penā timet nō ꝓpter illā precauendā tū primo paliter peccatū dimittit sed secundarie. Habz etiā adiunctū actū ei⁹ q̄ etiā manet in charitate imꝑfecta, qz nō solū mouetur ad bene agendū. Al timore vero filiali recipit q̄ timet diuinā offensam ꝛ indignationē, et hoc est principale ꝓpter quod vel mala dimittit vel bona ꝓficit et sic ꝓncipaliter aspectū ad deū dirigit secundario vero ad penā. Illud igit qō respicit penam charitas abiicit, qz charitas ꝑfecta talē timorē tanq̄ inutilē foras mittit. qz ptem illā habet a timore seruili, cuius seruilitas a charitate dñante tollit totaliter licet fm substantiā manet timor pene qui nihilominus diminuit crescēte charitate q̄tum ad actū maxime, ꝛ etiā q̄tū ad substantiā. Quia q̄tomagis qs diligit deum tāto minus diligit seipm, q̄to minus aūt diligit se, tāto minus timet penā, tū quia minus attendit ad ꝓpriū comodū siue bonum cui cōtrariat pena, tuz etiā qz seipm despiciens vt deo inhereat magis ꝑfidit de bonitate diuina ꝛ de futuro ꝓmio et ꝓ cōsequens minus timet de pena. Nam minus timor futuri iudicij vel inferni originem sumit ex nimio amore sui qui timorez pene causat ex minori amore dei, qui cōfidentiā plenā sue bonitatj nō amministrat. Nā q̄to plus deū diligim⁹ tanto plus in eo cōfidimus. Hunc aūt timorē initialem requirebat dñs a filijs israel adhuc rudibus. Deutro. x. dicēs. Et nūc israel quid dñs de⁹ tuus petit ate nisi vt timeas dominū deū tuū. Duob⁹ igit motoribus impellitur hic timor qui respicit pene malum qō refugit malū culpe qō abicit ne diuine misericordie ꝛ amicicie expers sit. Qui timor pulchre figurat⁹ ostensus ē in Raab meretrice Josue. ij. Nā irruēte terrore filioꝝ israel in omēs habitatores Jericho sola Raab exploratores recepit ꝛ abscondit ꝛ timore cōpulsa faciēs de necessitate

virtutem ad dñm cõuertit se faciẽs mise-
ricordiã cũ seruis vt ⁊ ip̃a misericordiã in
uenire mereret̃. Et qꝛ plena affectu hoc e-
gerat nõ solũ viua seruari meruit cũ suis
sed etiã ad iudaismũ ꝯuersa p̃ncipi nobi-
lioris trib⁹ scz iuda matrimonio ꝯiũcta fu
it q̃ dicebat̃ salmon. Dñ ⁊ in genealogia
christi poni meruit. Salmon inq̃t genuit
Booz d̃ raab ¶ Sextũ vero gen⁹ timoris
adducit ad vite ꝑfectionẽ q̃ dicit̃ timor fi
lialis. Et bene quidẽ dicit̃ filialis. qꝛ per
charitatis amorẽ de⁹ talẽ amorẽ habẽtiũ
pater efficit̃. Sicut dicit apl̃s ad Ro. viij
Accepistis spiritũ adoptõis ĩ quo clama-
mus abba pater. Dñ ⁊ ab eis colit̃ vt di-
lectus pater cui potissime debet̃ timor et
reuerentia q̃ in nobis declaret ꝓmpta in
oĩb⁹ obediẽtia. Sicut ait dauid. Paratũ
cor meũ de⁹ paratũ cor meũ. qꝛ ꝑ talem ti
morẽ omnino se subicit spũi sancto. ⁊ ĩ nul
lo repugnat ꝓut est possibile in via. De q̃
etiã dicit Gilbertus poretanus. Quid ti
mor ille filialis nisi amor esse conat̃ et ti-
mor pene esse desinit. qꝛ oẽm timorẽ habẽ
tem penã excludit? vt idẽ etiã dicit super
cant̃. ser. xviij. Quid enĩ timebit charitas
veteres offensas qꝛ oꝑit multitudinẽ pec
catoꝝ? Quid igit̃ infirmitatẽ ꝯsciẽtie. qꝛ
fortis ẽ vt mors dilectio? Quid igit̃ tꝑa-
les molestias finibiles. cũ nec si eterne fue
rint euanescere potuit dilectio ꝯsummata
Naz nõ amat charitas ne ꝑeat sz magis
vult foris in eternũ ꝑire penaliter. q̃ꝫ ꝑua
ri vsu amoris intimi eternaliter. Sic igit̃
foras mittit timorẽ inutilẽ q̃ penã habz sz
nõ timorẽ sanctũ q̃ nascit̃ de plenitudine
charitatis. Est enĩ timor iste votiua sub-
iectio q̃dã obediẽtia nõ coacta. ⁊ vltro re
uerẽtia ĩpẽsa Nõ igit̃ penã gignit sed dul
cedinẽ. Iux̃ illud. Quaz magna multitu
do dulcedĩs tue dñe ⁊c̃. Et hũc timorẽ vi-
det̃ habuisse Judith vidua q̃ vt dicit̃ Ju
dith. viij. ꝙ timebat deũ valde. ita ꝙ viro
mortuo licet esset p̃dita diuitijs grata fa
milijs iuuẽtutẽ elegãtia forme spretis tñ
oĩb⁹ mũdi pompis fecit sibi secretũ cubi-
culũ ĩ supioribꝰ ꝑtibus domus sue vbi cũ
puellis suis clausa morabat̃. iugiter insi-
stens orõib⁹. habẽsq̃ sup̃ lũbos suos cili-
ciũ. ieiunãs oĩbus dieb⁹ vite p̃ter sabba-
ta ⁊ neomenias ⁊ festa dom⁹ israel. ¶ Se
ptimũ deniq̃ gen⁹ timoris raro ꝑfecte ex
perit̃ sed ab oĩb⁹ spũalib⁹ colit̃ q̃ dicitur ti
mor castus. Et licet a q̃busdã timor filia
lis ⁊ castus ꝓ eodẽ ꝓnit̃. iste tñ plus ali-
quid ꝑfectõis habet. Dicit̃ enĩ castus me
thaforice inq̃tũ scz de⁹ est sponsus aĩarũ
nostrarũ. Sicut dicit apl̃s. ij. Corĩth. xj.
Despondi vos vni viro virginẽ castã ex-
hibere xp̃o. Sed ab ip̃is de⁹ ꝓprie colitur
vt sponsus qui purũ amorẽ req̃rit quo sic
inebriat̃ vt maiestatẽ nõ cogitat. Dis au
dire sponsam ad hũc timorẽ aspirantem:
Osculet̃ inq̃t me osculo oris sui. qꝛ talis ti
mor in via ꝓprie nõ exꝑitur nisi qñ spirit⁹
human⁹ ꝑ raptũ vel diuinũ tractũ imme-
diate diuino spũi ꝯiungit̃ aut a spiritu di
uino poti⁹ absorbet̃. sed in futuro timor ca
stus ab oĩb⁹ colitur. qꝛ tĩor dñi sanct⁹ ꝑ-
manet ĩ seculũ seculi qꝛ sic ibi reuerẽtia di
uina colit̃ vt tñ nulla libertas diuine fami
liaritatis minuatur. Quod nobis exꝑiri
cõcedat Jesus christus Amen.

De pniã que propter quinq̃ cau-
sas est accelerãda. et vtrũ in ex-
tremis facta sit vera. Ser. x.

Progenies vipera-
rũ. Quis mõstrauit vobis fugere
a vẽtura ira. facite igit̃ dignũ fru
ctũ pnĩe. Math. iij. Ad euidẽtiã hui⁹ the
matis sciẽdũ ꝙ inter iudeos erãt tres se-
cte. Vna erat bona cui⁹ cultores vocabã
tur essey q̃ fere in oĩb⁹ monasticã vitã du-
cebãt. Quoꝝ vitã describit magister ĩ hi-
sto. sup̃ hũc locũ euãgelistaꝝ. Due vero se
cte phariseoꝝ ⁊ zaduceoruz ficte erãt. Et
q̃tũ ad apparẽtiã hoĩm religiose q̃tũ vo
ab intra ypocrisi plene. Sicuti ait domin⁹
Math. xxiij. De vobis scribe ⁊ pharisei
ypocrite q̃ mũdatis qd̃ deforis est calicꝫ
et parapsidis Int⁹ aũt estis pleni ypocri
si ⁊ iniq̃tate. Et hi q̃dẽ pharisei ⁊ zaducei
simulatorie ficte ⁊ insidiose veniebant ad
baptismũ Johis vt sic hoĩb⁹ magis reli-
giosi viderent̃ sicut etiã refert Josephus

273

prolis infectio maxime cum melius est ꝓ-
lem leprosam esse q̄ omnino nō esse. Hec
Richar. in. iiij. Quādoq̄ vero fluxus ille
naturalis est scz semel in mēse determina
to tempore. Et tunc in veteri lege ꝓhibi-
tum erat exigere et reddere debitū Vnde
precipit̄ per Augustinū scribentem super
dis. v. ad eius. Cum in menstruis consue-
tis detinentur viris suis non cōmisceri.
Ita vt illum morte lex sacra feriat. si q̄s
vir ad menstruatam mulierem accedat.
Leuitic̄. xx. Vnde peccatum istud si fuit
occultum tunc immundi erant septē die-
bus penitentiam agentes. vt patz Leui.
xv. Si vero manifestum ita q̄ in iudicio
cōuincerentur tunc interfici precipiuntur
Leui. xx. vt supra. Scotus in. iiij. Nec ibi
mors infligebatur nisi ꝓ peccato mortali
Non est igitur ꝓbabile q̄ in lege euangeli
ca que est lex castitatis minus sit ꝓhibitū
ad menstruatam accedere. Vnde conclu-
dendo. quis sciens illam passionē debituz
exigendo peccat mortaliter. et reddēs pe
titum voluntarie et cum affectu mortali-
ter peccat cōsimiliter. presertim cuz sciāt
esse ꝓhibitionem vel cōcipiende ꝓlis ꝑi-
culum. Si vero reddit quodam metu ⁊ vi-
olentia tunc nō audeo sententiam precipi
tare nec a mortali excusare. Et hoc ꝓpter
maximum periculuz prolis. Nam ſm Am
brosium ideo mulieres menstruosas quis
debet vitare. quia ex eis generant̄ leprosi
et cum demonibus vel macuias habent in
corpore vel facie. vel etiam lunatice ⁊ ira
cunde nature erunt. et quādoq̄ in ventre
matris moriuntur. Et super illud, Isaie
lxj. quasi pannus menstruate dicit glosa.
quia tunc cōcipiuntur membris damnati
ceci. surdi. claudi. vel deprauati. leprosi.
gibbosi. vt quia parentes in cōclaui cōmi
sceri nō erubuerunt eorum peccata pate-
ant cunctis et aperte redarguant̄ in par-
uulis ¶ Octauus est tempus sacrū scz die
rum solennium. ieiuniorum ꝓcessionuz. le
taniarum que sunt tꝑa orationis. Pro q̄
sciendum q̄ debitum exactum etiam illis
temporibus est soluendum. nisi petentem
bono modo auertere posset. nec in solutō-
ne debiti peccat. nisi libenter et cum affe-
ctu hoc fecerit. Sed quia illa tempora sūt
ab ecclesia salubriter instituta vel ad af-
fligendum animam in abstinētijs. vel ad
orandum et vacandum diuinis medita-
tionibus Et quia in actu coniugali opus
carnis animam trahit deorsum ad ter-
rena sapiendam propter delectationē su
am quam sentit. ideo sancti patres insti-
tuerunt talibus diebus ab opere carnali
desistendum vel cessandum esse. vt patet
xxxiij. q. iiij. in multis capitulis. Et ideo
qui ex quodam cōtemptu sacri temporis
vel ordinatōis ecclesie debitum exigit tā
salubrem ordinationez nihilipendēs pec
cat mortaliter. Vnde Aug⁹ dicit. Si q̄s
sacris noctib⁹ aut diebus aut tꝑe ieiunij
cōmiscet̄ vxori peccat mortaliter dū teme
rarie fecerit. Et ergo dicit̄. xxxiij. q. iiij. c.
fratres. Nō solum debetis ab impudicia
abstinere sed etiam a proprijs vxoribus
studiosissime cōtinearis nullus oīno vxo-
ri sue iungatur In cuius etiā argumentū

legitur in dialogo Grego. Q? mulier i no cte delectatõne cõuicta et a viro cognita veniens de mane ad ecclesiã beati stepha ni vel verius sancti Sebastiani in qua fe/ stum celebrabatur a diabolo fuit arrepta Si vero debitum exegerit ꝓpter fornica/ tionem deuitandam eo ꝙ timet cadere in adulterium vel ꝓpter infirmitatẽ. q? fo/ te diu absens fuit et natura multuꝫ exigit cessante nimio appetitu. quod alijs dieb⁹ poterat esse veniale istis diebus est gra/ uius ꝓpter circumstantiam tpis. Mimirũ quia refert Gregori⁹. et habetur. xxxij. q iij. c. Vir cum ꝓpria vxore dormiẽs nisi lotus aqua ecclesiam intrare non debet. glosa. antiqua exhortatio est nõ preceptũ ꝙuis diuerse natões diuersa de hac sen/ tiãt atꝙ alia custodire videantur. Roma norum tamẽ semper ab antiquioꝛib⁹ vsus fuit post admixtionem propꝛie vxoꝛis et lauacrum purificatõnis querere et ab in/ gressu ecclesie paululum tempare. glosa di citur propter reuerentiam sacramenti. sa cri loci et propter coꝛpoꝛalem viri inqui/ nationem magis ꝙ ꝓpter peccatum. Nec ibi. Et etiam propter depꝛessionem men/ tis ad oꝛationem inepti redduntur plus occupati fedis reuolutõnibus ꝙ deuotis oꝛatõnibus. Veruntamen qui sola neces/ sitate reddit debitum nõ voluntate eccle siam ingredi et cõmunionem sumere po/ test Deniq; in loco sacro nec exigi nec red di debet si potest alius locus haberi fm Albertum. Si autem tunc reddat cũ do/ loꝛe et etiã si exigat hoc faciat cum plan/ ctu. q? sine vsu matrimonij esse nõ potes Alioquin voluntarie exigẽs vel reddens delectatõne victus nõ necessitate non ex cusatur a moꝛtali pꝛesertim si potest ali⁹ loc⁹ haberi. Et sic pꝛ? quomodo ꝛ quãdo potest reddi debitũ. Ad laudem dei Amẽ

De prolis procreatõne et legi timatõne et religiosa educatõne et in quibus potest celebrari di/ uoꝛtium. Ser. xxxviij.

Dicite dignũ fructũ penitentie. Expeditis his que cõ cernunt primũ bonuꝫ matrimonij Jam ad ea que secundũ cõcernunt, quod est ꝓles, ꝓsequamur scz de ꝓcreatione ꝓ/ lis. legitimatõne. et religiosa educatione Nam ꝙtũ ad primũ, ꝓles vitari nõ debet sed amanter suscipi et religiose educari. Ad hoc enim solũ ferebat intentio patri/ archarũ. Vñ sup illud Gen. xvij. Postꝙ cõsenui et dñs me⁹ vetul⁹ ẽ voluptati ope ram dabo. dicit Lyra. Ex hoc videtur ꝙ Sara cõtinuit ab actu coniugali ex quo transijt tempus cõcipiendi suũ fm naturã q? desierũt ei fieri muliebria quousq; fuit certificata de cõceptu futuro. Sed ve ve lascinie huius tpis. multi nãꝙ cõgaudẽt sterilitati vt plenius deseruiãt voluptati Et quod abhominabilius est procurant sterilitatem ne prolis sollicitudinem pꝛe/ grauentur aut libidini sue melius satisfa/ ciant. De quibus. xxxij. q. ij. c. Aliquãdo. eousq; peruenit libidinosa crudelitas vel libido crudelis vt etiam sterilitatis venꝛ procuret. et si nihil valuerit cõceptus fe/ tus inter viscera aliquomodo extinguat aut fundat. volendo suam prolem prius interire ꝙ viuere. et si in vtero viuebat oc cidi anteq; nasci. Pꝛorsus si ambo tales sunt cõiuges nõ sunt. glosa. Si ab initio legitime cõtraxerunt sed ad hoc post de/ uenerunt cõiuges nõ sunt id est iura coꝛ/ iugij nõ seruãt. Sequitur. Si ab initio ta les fuerunt nõ sibi per cõnubium sed per stupꝛum potius conuenerunt. glosa. Nota ꝙ non sunt cõiuges qui eo sunt cõ/ iuncti animo vt prolis generationem im/ pediant. Sequitur. Et si ambo non sunt tales audeo dicere ꝙ illa est quoddammõ mariti meretrix. glo. digna tali pena qua aliqua meretrix digna sit. Aut ille adul/ ter vxoꝛis. glosa. i. dignus pena qua aliqs adulter dignus sit. Ex hoc notat ꝙ in vno ope vn⁹ peccat ꝛ alter nõ. et ꝙ mrimonij ex vna pte tm tenet ꝛ ex alta nõ. Nõ q? ad eẽtiã mrimonij sz q? ad vsũ. q? mrimonio

sic abutētes plus peccāt q̄ fornicatores vel adulteri. Hinc vindictam horribilem acceperunt Her primogenitus Jude et frater eius. vt patz in sermone dominica secunda post ephanie ¶ Quantū vero ad secundū scz legitimationē sciendū q̄ matrimonium tam fauorabile est ip̄i proli q̄ legitimat filiū p̄cedentē. vt ptz extra qui filij sunt legi. c. Illo. Et hoc est verū si tēpore cōceptionis vel etiā natiuitatis ip̄i⁹ prolis vterq̄ fuit solutus. ita q̄ inter eos sine aliqua dispensatōne impedimenti dirimētis matrimoniū fuisset ratum. vt ptz e. t. c. tanta. et in glosa. Ex quo primo cōcluditur q̄ si mulier cōcepit ex cōiugato. sed vxore illius cōiugati mortua ꝓles nata est si suscipit mulerem illam cōiugio. legitimatur filius q̄ si ducit eam vxorē anteqū fili⁹ nascitur tūc ꝓles legitima nascit̄ s̄m Hosti. Secūdo ꝯcludit̄ q̄ si quis suscipit filiū ex cōcubina. deinde cōtrahit matrimonium cum alia qua mortua contrahit. tunc s̄m Johan. an. in regula. sine culpa. li. vj. In curialibus legitimatur proles nec curamus de medio in acto nō successiuo vt est ꝓcuratio prolis. Tercio cōcluditur q̄ si quis ex cōcubina suscipit filium. postea duxerit vxorem ex qua similiter suscepit filiū. qua mortua duxerit illaz cōcubinaz. tunc filius secundus ab vxore natus legitimatur s̄m Jo. an. in eadez regula et erit primogenitus. quia fuit p̄mogenitus legitimus et quāq̄ cōiugiū cum cōcubina postea sequens cōtrahatur. nō tamen hoc trahitur in preiudicium iuris alteri iam quesiti. vt patet de rescrip. ca. quāuis. et ca. pro te. li. vj. Quarto cōcluditur q̄ si furiosus vel similis nō habens impedimentum perpetuū suscepit filiū ex muliere cum qua postea factus sane mentis cōtrahit legitimatur proles. vt dicit Gasper. Quinto concluditur q̄ si quis a cōsanguinea filiū habeat. cum qua postea cum dispensatōne pape cōtrahit. tūc s̄m Vincen. et Fran. de zaber. non legitimatur nisi in dispensatione. Hoc exprimatur ex quo ab initio nō potuit esse matrimonium obstante impedimēto perpetuo quod nō poterat tolli nisi per dispensationem. Quod enim fit per beneficium extra ordinariuz principaliter dicitur fieri nō posse Et ideo dicit Jo. an. q̄ cōsiderāda sunt verba dispensatōnis. Sexto cōcludit̄ ex iam dicto q̄ filius natus ex matrimonio clamdestino habente impedimentū perpetuum. licet cōtrahentes ignorauerunt. vel in matrimonio in facie ecclesie facto vbi tamen cōtrahentes impedimentū tale sciuerunt. hic filius reputatur illegitimus et nō legitimatur per matrimonium inter parentes per dispensationem pape ratificatum nisi hoc in dispensatōne specialiter exprimatur. ¶ Porro q̄tum ad tercium scz religiosam educationem. dicit ecclesiastic⁹. vij. Filij sunt tibi erudi illos. et curua illos a puericia eorum. Filie tibi sunt serua corpus illarum et nō ostendas hylarem faciez ad illas. Et Prouer. xxix. Erudi filium tuum ⁊ refrigerabit te et dabit delitias anime tue. Alioquin vt dicitur Eccle. xvj. Ne iocunderis in filijs impijs si multiplicentur nō oblecteris super ip̄as si nō est timor dei cum illis. Melior est enim vnus timens deum q̄ mille filij impij. Et melius seu vtile est mori sine filijs q̄ relinquere filios impios. Hinc vt habetur in decretis. xlvij. dis. c. Sicut hi. §. necesse. de beato Job legitur q̄ pro filijs suis quotidiana offerebat deo sacrificia offerēs holocausta per singulos quosq̄ tanta charitatis perfectione in vnum cōstrinxit vt vnusquisq̄ eorum in die suo cōuiuium fratribus prepararet. et ad epulandū tres sorores suas pariter inuitarēt quod quia Hely facere dissimulauit ac falsa pietate superatus filios delinquentes ferire noluit sicut in libro reguz legitur apud districtum iudicem semetip̄m cum filijs suis crudeli damnatione ꝑcussit. Unde diuina voce ei dicitur. Honorasti filios tuos plus q̄ me. Hinc etiam dauid erga filios benignitatē nō discipline seueritatem exercens. iuuentutē eorum experimento didicit perniciosaz. quoꝝ puericiā vaga licētia ꝑmisit esse voluptuosaz Unꝰ q̄ppe eoꝝ sororē suā stupro corrūpēs a fr̄e

eius Absalon inter epulas suas quas fratribus suis fraudulenter parauerat obtrũcatus est. Absalon vero postq̃ veniã a patre obtinuit eũ a regno expulit et ad cõcubinas eius ingressus est. Demũ in via deserti patrẽ psequens quercui adhesit. atq̃ ito suspensus interijt. Hinc etiam Paulus ad Tytũ. v. scribit dicens. Qui suoz et maxime domesticoz. glosa. filiorũ vxorum et seruorũ quorũ peculiũ habet: curã nõ habet. fidem negauit. et est infideli deterioz. Hoc ibi. Et iterum. xxxvij. dis. c. legant. §. Hely sacerdos ipe sanctus fuit. glosa. in alijs vel opinione sed quia filios
B suos nõ erudiuit in omni disciplina et correctiõe supin⁹ cecidit et mortuus est. Nec mirum cum ecclesia tantã curam gerat infantum. q̃ etiam patrinos ad eorum religiosam educationẽ obligat dicẽs in decretis de cõsecra. dis. iij. c. monachi. vbi subdit. q̃ qui in baptismate paruulos suscipiunt p eis apud deum fideiussores existũt. Et subditur. vos aũt ante omnia tam viros q̃ mulieres qui in baptismate filios suscepistis moneo vt cognoscatis vos fideiussores apud deum extitisse p illis quos nisi estis de sacro fonte suscipere. Ideo semp eos admonere debetis vt castitatẽ custodiant. iusticiã diligant. charitatẽ teneant. Ante omnia symbolum et oratiõnẽ dominicã. vosipi tenete et illis quos excepistis ostendite. Ceterum q̃ ad hec scienda christianus obligatur. patz ibidẽ. c. primo. Quãtomagis igitur parẽtes carnales obligant ad filioz suorũ religiosam educationẽ. Alioquin nequicie eoz participes iudicantur. Quia dicit Sap. iij. Ex iniquis omnes filij qui nascent testes sunt nequicie aduersus parentes. glosa. Argumentum. quia merito sunt damnandi. Et Hely sm Hiero. p iniquitate filiorũ suorũ damnatus est. Ecõtra vero tenẽtur filij se correctioni parentum humiliter subijcere Alioquin p̃cipit dñs Deutro. xxj. Si genuerit homo filium cõtumacem et pterũ qui nõ audiat patris nec matris imperiũ et cohercitus obedire noluerit ducẽt eum ad seniores ciuitatis et dicent. Hic filius noster proteruus est: monita nostra contemnit audire cõmessatiõnibus vacat: luxurie lapidibus eum obruet populus ciuitatis tẽ. Et licet in lege gratie locum nõ habet parentes tamẽ huiusmodi exheredi tare possunt. vt patet alibi. Felix mater filiorum septez que vt habetur. ij. Macha. vij. astabat filijs horrenda tormenta pro deo patientib⁹ et denudans mammas sm magistrum in histo. singulos hortabatur dicens. Has mammas vobis dedi filij si nõ animam. Nolite ab eo recedere qui dedit vobis vitam. Vnde Cyprianus. Cũ se cõputat septem filiorum matrem cũ sibi cõtingeret filios pepisse deo potius q̃ seculo Quantũ deniq̃ ad terciuz bonũ matrimonij quod est sacramentũ. Scien-
C dum q̃ in sacramento resultat q̃ cõiugiũ nõ sepetur nec vnq̃ diuortium celebretur post cõsumatum matrimonium per carnalem copulam nisi per mortem alterius vel vtriusq̃ potest tamẽ fieri corporalis separatio ab inuicem multis modis licz matrimonij vinculum pmaneat primo potest celebrari diuortium ppter alterius adulterium. Ad cuius euidentiaz primo queri potest Vtrum vir et vxor q̃tum ad separationem ppter adulteriũ sint equalis cõditionis p̃sertim cum in lege veteri non sic erat licitum mulieri repudiare virũ sic ecõtra. Ad hoc respondet Richar. de media villa super. iij. dis. xxxj. q̃ in tali separatiõne duo cõsiderantur. Primum est ipa coniugis dimissis et q̃tum ad hoc ad paria iudicantur quia sicut vir potest vxorem dimittere ppter adulterium sic econtra q̃uis ad hoc iudicẽtur ex inequali causa. quia mulier magis ledit matrimonium q̃ vir vt videbitur. Nec hoc est cõtra iusticiam. quia minor de illis causis sufficit ad effectum illum. sicut a simili duo latrones iudicantur ad suspendium quorũ vn⁹ plus alter minus furatus est et ita ambo ad equalem penam ex inequali causa iudicantur nec iniuste. quia qui minus furat⁹ est etiam meruit illam penam. Et si quaratur cur dominus cõstituit q̃ magis propter hoc crimen q̃s licite dimittere vxorẽ

potest ꝯ propter alia maiora? Ad hoc respondet glosa. xxxij. q. vij. in c. Aplus. q̄ ideo. quia cum ipa in hoc nō seruet fidem nec ei seruanda est ⁊ ita punitur in quo deliquit. Et iterum. quia fornicatio vxoris etiaz maculat corpus viri. vt ptz. xxxij. q. ꝑma. c. in cōiugio. Secundū vero q̄ cōsideratur in separatōe est accusatio que est via ad hanc dimissionē et sic nō est equalis cōditōnis. fauorabilius recipitur accusatio viri ꝯ mulieris accusatio cōtra virū Tum quia vir est caput mulieris. tuz quia mulier adulterās magis cōfundit virum q̄ vir adulterans mulierem. tum quia adulterium mulieris magis ledit matrimonium quia causat incertitudinez ꝓlis. Et ideo ꝯuis fornicatio simpliciter sit grauior in viro ꝯ in muliere eo q̄ magis viget in viro vsus rōnis quo efficacius offrenari potest ꝓcupiscentia tamē omnib⁹ pensatis adulteriū grauius est in muliere ꝯ in viro ꝓpter rōnes predictas. ſermo. xxxvj. Porro in lege veteri repudium ſiuris permittebatur ad vitandum homicidium. Secundo queri potest vtrum nō adulterans adulterantē potest dimittere ꝯtū ad cohabitationem sine iudicio ecclesie ⁊ dotem vel donationem retinere. Ad hoc respondit Hen. boyc. extra de iureiuran. in c. quemadmodū. Q⁹ si vir est ignorās adulteriū vxoris tunc excusatur a peccato ſm Hosti. quia ignorās nō cōsentit. Si vero sciens est sz fornicatio est occulta q̄ ꝓbari nō potest. et sic eaz nō debet dimittere ꝓpter scandalum quo ad cohabitatōnem licet potest denegare debitū quousq̄ cōpellatur autoritate ecclesie que nō iudicat de occultis et tunc parere debet ne bonum obedientie cōtemnere videatur nisi ipam inuenerit impenitentē vel nisi intenderit post mortem vxoris ordines recipe. Si vero manifestum est per cōmunem famam aut legitime potest ꝓbari tunc si secuta est correctio in re vel in spe potest vir vxorem suam retinere et sibi recōciliari si voluerit. et hoc nō debet facere nimis sepe. quod sic intelligitur. q̄ post penitentiam sibi recōciliari potest nō solum semel sed etiam in infinitum sed ad intercessiōnem ecclesie. nō reconciliabitur eam sibi sepe. vt ptz extra de adul. c. Si vir. in glo ſe. Q⁹ si noluerit potest eam ꝓpria autoritate dimittere quo ad redditionem debiti etiam post pez actam penitentiā. quia ⁊ post peractā penitentiā eam accusare potest ꝓpter fornicationē ſm Ray. Et reddendo ei debitum non solum incurrit irregularitatem sed etiam generat sibi impedimentum accusandi. Q⁹ si voluerit pōs eam expellere de domo licet hoc nō teneā. vt ptz. xxxij. q. vij. c. Aplꝰ. etiam sine iudicio ecclesie. Unde Richar. super. iiij. dis. xxxv. dicit. q̄ postq̄ dñs cōcessit vxorem posse dimitti ius ꝓmulgauit q̄ sententia debet in iudicio ferri. Et quia sentētia est applicatio iuris ad particulare factum. et ideo nō bene dicunt dicentes q̄ sine iudicio ecclesie nō posset vxor dimitti eo q̄ dominus eā posse dimitti sentētiauit. et hoc est in penam mulieris que fidem fregit et ī fauorem viri qui fidem seruauit. Si tamē ecclesia cui de adulterio nō constat mandat q̄ eam recipiat et retineat tunc parere debeat. dummodo sit penitens illa nisi vir in cōtinenti adulterium cōtra vxorem ꝓbare posset. Similiter si mandat q̄ debitum reddat quia in his casibus sine peccato parere potest cū id faciat ne bonū obedientie cōtemnere videat. vt patz de regulis iuris li. vj. c. Nō licet actori qđ reo licitum nō existit. Si vero presumatur incorrigibils. vtpote quia pertinaci animo se corrigi recusat. vel correctionem ꝑmittens quidem ex consuetudine relabit. maxime quia mulieres sunt magis ductibiles ad cōcupiscentias ꝯ viri. Dicit enī Chri ſosto. q̄ ꝓpria passio mulierum est luxuria Et tunc viro nō licet retinere eam ne videatur correctionem negligere ⁊ vt patron⁹ turpitudinis peccato cōsentire. quia peccati particeps efficitur. et ꝓ ꝓsequēs moraliter peccat. vt ptz extra de adul. c. Si vir. in glosa ibidem. Q⁹ si occultum esset alijs. licet certum sit marito nec posset eam iudicio cōuincere et ideo ab ecclesia que de occultis nō iudicat cogit ad reci-

piendum eam et reddendū debituꝫ vel ex cōmunicāt tunc potius excōmunicationē ſuſtineat ſi eaꝫ incoꝛrigibilē ſentit vel verbo vel facto, quia quo ad deū talis ſententia nō ligabit eum. Q. ſi cōtra auctoꝛitatem eccleſie liceat eaꝫ dimittere ideo multo foꝛtius ſine auctoꝛitate. Nec Tho. et Pe. in. iiij. et Ben. boyc in c. ſignificaſti. Patet hoc etiā in textu eiuſdeꝫ capituli. Ceterū in ſex caſibus adultera nō poteſt accuſari a viro qui ponunt extra de adulteriis. c. intelleximus. in gloſa. Primꝰ eſt cum ille cōuincitur ſimiliter foꝛnicatꝰ fuiſſe. vt in e. c. in textu. et ſi adultera prius a ſe expulit poſtea vero foꝛnicatꝰ fuerit debet tunc cogi ad recōciliationē vꝛoꝛis et ipſe ꝓſequentem foꝛnicationē priuilegiuꝫ ſuum ꝓdidit ſicut cōtinere, ꝓtinentiā voluere. et religionē ingredi adultera in vita potuit. vt ptꝫ. xxxvij. q. ij. ca. Algatboſa. et extra de cōuerſi. ꝓiug. c. cōſtitutus. et c. veniens. Adultera vero ius exigendi debitum quod ꝓdiderat ꝓ adulteriū viri recuperat. vt ptꝫ extra de adult. c. penū. et vlti. Similiter ꝓpter foꝛnicationē ſpiritualem, vt pote vnꝰ carnaliter alter ſpiritualiter. tunc neuter ꝑt agere diuoꝛtiū. quia crimen crimine ꝓpenſatur. Nimirum cum et ꝓ vtroqꝫ diuoꝛtium fieri ꝑt. vt patꝫ ex de diuoꝛtiis. c. de illa. et c. ſequēti. Secūdus ē li tradidit eā adulterandā. vt patꝫ extra de eo q̄ cog. cō. vꝛ. ſue. c. diſcretiōꝫ vide textū. Terciꝰ ſi violenter fuit oppreſſa quod intellige de vi abſoluta. Nā ſi metu vel precepto parentū vel aliquo cōſilii caſu foꝛnicaret cum aliquo nō excuſaret. ff. de adulteriis vim paſſꝫ. Quartus eſt ſi ignoꝛanter eſſet cognita fraudulenter ab alio quē crederet eſſe virum ſuū. vt patet xxxiij. q. ij. c. in lectū. Quintū ſi credens virum abſentē moꝛtuū eſſe alteri nupſerit
E vt ptꝫ. xxxiij. q. ij. ca. Cū ꝓ bellicā. Hic tñ notandū q̄ vꝛoꝛ nō ꝓbabiliter certificata de moꝛte viri abſentis cōtrahere nō ꝑt cū alio q̄tcūqꝫ anniſ expectauerit. q̄ ſi ꝓbabiliter certificata fuerit cōtrahere ꝑt. vt pote qꝛ nauis fracta eſt in qua maritus fuit: vel quia certus nunciꝰ venit q̄ coꝛā iudice de moꝛte viri iuramētū ꝓſtiterit. Si tñ cō traxerit ſine ꝓbabili certificatōe nō debꝫ ſeparari ab eo niſi prius certificata fuerit ō vita alterius viri prioꝛis. et debet debitū reddere et nō exigere donec plene certificata ſit de moꝛte prioꝛis. Q. ſi vero certificata fuerit de vita ꝓioꝛis. nec reddere nec exigere debitū debet. vt ptꝫ extra de ſecun. nup. c. Dñs. Sextus Si poſt adulteriū cōmiſſum recōciliat eam ſibi vt q̄ ſciuit eā adulterantē et tñ ab ea debitum petijt. vel ſi eā publice adulterantez retinet in cōſoꝛtio maritali. vt ptꝫ. xxij. q. iiij. c. Si illic. Addunt et alij duo caſus qui tñ rari ſunt. Primus eſt ſi quis infidelē dimittit dato ſibi libello repudij: et illa nubit alteri ſm ritū ſuū. tunc ſi cōuertat ad fidē tenetur illam recipe nō obſtante q̄ ſit ab alio cognita cuiſe iunxit niſi fuerit alteri foꝛnicata. vt dicit Ben. boyc. in c. ſignificaſti. Secundus ſi fuerit nimis arta prius et poſtea cognoſcat a viro ſecūdo tūc redditur primo. nec ꝑt ei obijcere adulteriuꝫ hoc ptꝫ pleniſſime extra de frigi. et ma. c. fraternitatis. Veruntamē obijciēs cōiugem ꝓpter adulteriū nō poteſt auctoꝛitate ꝓpria retinere dotē vel donationē. qꝛ hec eſt pena foꝛi cōtentioſi et ſic ſolū ꝓ iudicem cōpetentez imponēda. extra. ō. de inter. vi. et vꝛo. c. plerūq̄. in gloſa. Secundo poteſt celebꝛari diuoꝛtiū dum vnus cōiugum cum alia quenit in pollutōne extra clauſtra pudoꝛis. licꝫ tunc nō cōtrahitur affinitas. qꝛ maius peccatū facit et fideꝫ matrimonij violat. Cōſtat enī in hoc caſu q̄ foꝛnicationē cōmiſit. xxxij. q. iiij. c. meretrices. Similiter ſm Aug. ſi cū vꝛoꝛe ꝓpria hoc facerꝫ dimitti ꝑt ſi nō fuerit ī culpa ſed violētaꝛ in ſomno decepta vlhmōi qꝛ hoc eſt ſodomiticū. hoc ptꝫ. xxxij. q. vij. c. Omnes cauſatōes. in textu et in gloſa. Et in glo. addit q̄ credit virū poſſe dimitti eo q̄ polluit ſeipm ꝓpꝛijs manibꝰ ſꝫ alij tñ ꝓtrariū dicūt. Si tñ ꝓſuetudinarie hoc faceret ſine preiudicio credo q̄ hoc facere poſſꝫ. Tercio ꝓpter foꝛnicationē ſpiritualem vt dū cadit in hereſī iudayſmo vel gētilitate niſi ſe velit coꝛrigere et penitentiā

agere. vt ptz extra de diuortijs. c. que sūt et xxviij. q. j. c. idolatria. Et addit Alber. quartū q̄ nō oportet cohabitare furi nec vsurario qui nō vult resipiscere. Et generaliter ſm Pe. de tha. quādo cōiunx scandalisatur ꝓpter peccatū cōparis tunc dimitti p̄t q̄tum ad cohabitationē donec se corrigat. sed cessante scandalo debz fieri recōciliatio. quod sane intelligit quādo p cōparem hmōi violenter vel saltē efficaciter ad aliquid mortale sollicitat. tūc enīz licet talē dimittere ꝛpiculū fugere. vt ptz manifeste. xxviij. q. j. c. vxor. et c. idolatria in textu et glosa. Quintus si alter ꝓpugū machinatus est in mortē alteri⁹ ex deliberatōne. vel si tanta est eius feuicia q̄ non p̄t alteri trepidanti sufficiēs securitas ꝓuideri tunc nō solum nō debet illi restitui sed ab eo potius ammoueri. vt patz extra de resti. spo. c. literas. in fi. Denicq̄ si queratur q̄to tpe vnus cōiugum ab alio p̄t abesse. Dicendū ſm Ber. in glosa. q̄ hoc stat in arbitrio boni viri. Et addit Hosti. in glosa q̄ nō diutius q̄ꝫ q̄ querela ad iudicem ꝓueniat vel ipis notorie liqueat q̄ incōtinenter viuūt. Ad laudē dei Amen.

De qualitate ipsius orōis ⁊ de perfectōne ac excellentia dominice orationis. Ser. xxxix.

Facite dignū fructū penitētie ⁊c. Expediti iaz de duabus ptibus penitētie scz elemosina et ieiunio terciā ꝓtem q̄ est oratio succincto sermone ꝓsequamur presertim cuz in locis diuersis de eadē plura dixisse me memini. Ad euidentiā igitur ipius orōis primo queri p̄t. vtrū cōueniens sit orare p̄sertim cum quis ad hoc orare videtur vt intimet ei a quo petit id qđ indiget vel vt aīm ei⁹ flecter quē orat vt faciat quod ab eo petit. Sed sicut Matth. v. dicit. Scit pater vester celestis quid opus sit vobis anteq̄ petatis eum. Et iterū. ij. Ke. xv. dicitur. Porro triumphator ī israel nō parcet nec penitudine flectet. Ad hoc respondet sanct⁹ Tho. scđa scđe. q. lxxxiij. inter alia q̄ sic oportet inducere orōnis vtilitatem vt nec rebus humanis ꝓuidentie diuine subiectis necessitatē imponamus nec etiā diuinā dispositionē mutabilē estimemus. Ad cuius euidentiā cōsiderandū est q̄ ex diuina ꝓuidentia nō solum disponit qui effectus fiant sed etiā ex quibus causis et quo ordine ꝓueniant. Inter alias igitur causas sunt etiā quorundā cause actus humani. Vnde oportet hoīes agere aliqua nō vt p suos actus diuinā immutēt dispositionē sed vt impetrēt quod de⁹ disposuit implendū esse p orōes sanctorum vt scz hoīes postulando mereātur accipe quod eis deus ante secula disposuit donare vt dicit Grego. in. j. dial. Nec etiā necessariū est deo p̄ces porrigere vt ei nr̄as indigētias vel desideria manifestem⁹ sed vt nosip̄i cōsideremus in his ad diuinū auxiliū esse recurrendū. Et hec quidē oratio ad solū deū fieri debet quasi p ip̄m implēda. qz omnes orōnes nostre ordinari debent ad gratiā et gloriā ꝓsequendam que solus de⁹ dare p̄t. ſm illud p̄s. lxxxiij. Gratiam et gloriā dabit dñs. Secundario tñ porrigi p̄t ad sanctos angelos ⁊ hoīes vt p eos dñs nostras orōes cognoscat et vt eorum precib⁹ et meritis sortiant effectuz Preterea ad orationē cōpletam tria requruntur que notantur. j. Corinth. xij. vbi dicitur. Obsecro primū omniū fieri obsecrationes orationes. postulatōnes. gratiarū actōnes ⁊c. Primū est vt orans accedat ad deū quē orat qđ significat nomē orōnis quia orō ſm Damas. est ascensus intellectus in deū. Secundū est petitio q̄ requiritur et significat nomē postulatōnis. Tercium est ratio impetrādi quod petitur. Et hec ratio vel sumitur ex parte dei vt ē sanctitas vel bonitas caritas ⁊c. ꝓpter quā petimus exaudiri ⁊ ad hoc ptinet obsecratio que est sacra p sacra cōtestatio. sicut eī dicimus. p natiuitatē tuā libera nos dñe Vel sumitur ratio impetrandi ex pte petentis. et sic est gratiarū actio. qz de acceptis beneficijs gratiarū actiones agentes meremur accipere potiora. Et hec q̄tuor in collecta trinitatis attendi p̄nt. Illud

326

enim quod dicitur omnipotens sempiterne deus pertinet ad ascensum intellectus in deum sed id quod dedisti famulis tuis ꝛc. pertinet gratiarum actiones. Presta quesumus. pertinet ad postulationē. In fine vero Per dn̄m nostrū Jesum christū ꝛc. ꝑtinet ad obsecrationē. Secundo q̄ri p̄t vtrū orō debet esse vocalis vel mentalis. Juxta illud. j. Corin. xiiij. Orabo spiritu orabo et mēte. Hinc dicit dn̄s Mat. vj. Orantes nolite multum loqui. Ad hoc respondet Tho. vbi supra. ꝙ duplex est oratio. Nam quedā est cōmunis q̄ ꝑ ministros ecclesie deo offertur in ꝑsona totius fidelis populi. Et qꝛ est ꝯueniens ꝙ talis oratio innotescat toti populo ꝓ quo offertur. ideo rōnabiliter institutū est vt minister ecclesie talē orationē alta voce ꝓnunciet vt sic ad omniū noticiā ꝑuenire possit Quedā vero est orō singularis que offertur a singulari ꝑsona cuiuscūq̄ cōditōnis siue ꝓ se siue ꝓ alijs orantis. Et de hmōi orōnis necessitate non est ꝙ sit vocalis. Adiungitur tn̄ vox tali orōni triplici rōe. Primo ad excitandū interiorē mētis deuotionē qua mens orantis eleuet̄ in deuꝫ quia ꝑ exteriora signa siue vocū siue aliq̄rum factorū mouet̄ mens hoīs ꝟm apprehensionem et ꝑ ꝯsequens ꝟm affectionem. Vnde dicit Aug⁹. ad ꝓbam ꝙ verbis et signis ad augendum desiderium sanctum nosip̄os aliquotiēs excitamus. Sed quia quātitas cuiusq̄ rei debet esse ꝓportionata fini. sicut quantitas potionis sanitati. Ideo tm̄ est vocib⁹ et hmōi signis vtendum q̄tum ꝓficit interius ad excitandum mentem ad interioris desiderij feruorem. Si vero ꝑ hoc mens distrahat̄ vel qualitercūq̄ p̄pediat̄ tunc a talibus cessanduꝫ est qd̄ p̄cipue cōtingit in illis quoꝝ mens sine hmōi signis est sufficiēter ad deuotōnem p̄parata. Vn̄ p̄s. Tibi dixit cor meū exquisiuit te facies mea. Secūdo adiungitur vocalis orō q̄tum ad redditionē debiti scꝫ vt homo deo seruiat ꝟm totū id quod ex deo habet id est nō solū mente sed etiā corpore qd̄ p̄cipue cōpetit orōni. Tercio adiungit̄ ex quadā redundātia ab anima in corpus ex affectione vehementi. ꝟm illud p̄s. Letatū est cor meū ꝛ exultauit lingua mea. Veruntamē sciendū ꝙ licet desiderium charitatis ꝓpter qd̄ et ex quo debet ꝓcedere vocalis orō cōtinuū in nobis ꝑseuerare debeat scꝫ actu vel virtute Juxta illud Luce. xviij. Oportet semꝑ orare et nō deficere. Manet enī virtus desiderij huius in omnibus que ex charitate facimus. tn̄ nō oportꝫ ꝙ oratio vocalis sit assidua. sed vt dicit Aug⁹ ad ꝓbam. ꝑ certa interualla tꝑm et horarū etiā verbis rogamus deū vt vel rerū signis nosip̄os ammoneamus q̄tūq̄ in hoc ꝓfecim⁹ nosmetip̄is innotescamus et ad hoc agendū nosip̄os acrius exercemus. Et iterum Aug⁹. ibidē. dicunt̄ fratres quidē in egipto crebro habere orōnes sed eas tn̄ breuissimas ꝛ raptim quoddammō iaculatas ne illa vigilanter erecta que oranti plurimū necessaria ē ꝑ ꝓductiores moras euanescat atq̄ hebetet̄ intētio. In cuius etiā argumētū dn̄s in euangelio cōposuit pater noster breuē quidē sed ꝑfectissimā orationē Vn̄ Aug⁹ vbi sup̄. Si recte ꝛ cōgruenter oramus nihil aliud dicere possumus q̄ qd̄ in orōne dn̄ica positū est vnde orō dn̄ica excellentissima ē. Et hoc p̄mo dignitate. qꝛ ab ipso deo cui oratur cōposita est. Ex q̄ ꝑtꝫ ꝙ nec sapientius nec feruenti⁹ nec salubrius forma ab alio ꝯponi potuit hui⁹ orōnis. Nā ꝓpter tria xp̄s eam potissime fecit. Primo vt adhibeat̄ illi maior reuerentia. Vn̄ Aug⁹. Maxime ab oīb⁹ fidelibus reuerentia dn̄ice orōni exhibēda est. qꝛ ab ip̄o summo doctore facta est. Si enī vestimentū christi qd̄ corp⁹ tetigit ꝛ mortuum est tāta reuerētia dignū est q̄tomagis hec sacra oratio que de christi ore exiuit ꝛ viuit apl̄o dicēte Hebre. iiij. Viuus est sermo dei ꝛ efficax. Secūdo vt adhibeatur illi maior diligētia scꝫ in dicēdo ruminando saporādo cum sint verba mire altitudinis et virtutis. Vnde Ciprian⁹. O q̄ fidelis et beata hec orō est cui⁹ ordineꝫ nobis doctor vite ac celestis magister instituit. Tercio vt adhibeat̄ maior ꝯfidētia. Dn̄s enī qui alio loco hortatus est petite

et accipietis hoc loco nobis declarauit in quibus nos exaudiri voluit ne fruſtra vagaremur incerti. Dans nobis in hac oꝛõe formã oĩm petendoꝝ neceſſarioꝝ ad ſalutem in quib⁹ dulcis Jeſus exaudiri ſemp eſt paratus. Secũdo hec oꝛõ oẽs excellit breuitate. et hoc triplici rõe. Primo ꝑ facilioꝛi recoꝛdatõe quo ad memoriã vt ſic in diſciplina celeſtiũ memoria diſcentium nõ laboraret ꝑſertim ſimpliciũ ac ꝑ cõſequens inexcuſabilis fiat omnis homo de eius ignoꝛantia vt dicit Aug⁹. qꝛ paucis verbis multiplices res cõprehendit vt ſic cito ſimplicitas fidei ſufficientiã ſue ſalutis addiſceret. et prudẽtia ingenioſoꝝ ꝑfunditate miſterioꝝ ſtuperet. Secundo ꝑ clariori cognitõne q̃tum ad intelligentiã qꝛ breuia facili⁹ ingenio capiũt. Dñs chriſtus docere volẽs quid ſit gloria ſempiterna totũ id breui verbo cõcludit Joh̃. xvij. dicens. Hec eſt vita eterna vt cognoſcũt te ſolũ deũ ⁊ quẽ miſiſti Jeſum chriſtum Tercio ꝑ feruẽtiori deuotõni quo ad voluntatẽ. Nã ſicut ignis materia vnita caloꝛẽ reddit intenſioꝛẽ. ſic mens vnita maioꝛẽ deuotionẽ. Vnde dicit ꝑs. Vnã petij a dño hanc requiraz. Sola aũt pinguedo deuotõis eſt q̃ ſacrificiũ noſtre oꝛõis reddit deo acceptũ. Vnde dicit Aug⁹. Abſit ab oꝛõe multa locutio ſed feruẽs ꝑſeueret intẽtio. Tercio pcipaliter excellit hec oꝛõ fecunditate. qꝛ quicq̃d ẽ petibile ⁊ impetrabile in iſtis ſeptẽ petitõib⁹ cõtinet. Q̃d ſic ꝓtz. Nã oẽ petibile vel eſt ꝑ bonis adipiſcendis vel ꝑ malis ammouẽdis vel cõfirmationẽ vtriuſq;. Nã primo ꝑ bonis adipiſcẽdis ſiue ꝑ ſe ſiue ꝑ aliꝭ quequidẽ bona ſunt triplicia. Quoddã eſt enĩ bonũ glorie q̃ petimus dicẽdo. Adueniat regnũ tuũ. Quoddã eſt bonũ gratie q̃ petimus ibi. Fiat volũtas tua ſicut in celo ⁊ in terra. Quoddã eſt bonũ nature ad q̃ etiã reducit̃ bonũ fortune q̃ petimus ibi Panẽ noſtrũ cottidianũ da nobis ⁊c̃. Secundo pcipaliter eſt ꝑ malis ammouẽdis tam ꝑ ſe q̃ ꝑ aliꝭ. Eſt igit̃ triplex maluz. Nam quoddã tenet rõem ꝓteriti vt ẽ malum culpe ⁊ trãſgreſſionis q̃ petit̃ ammoueri ibi. Dimitti nobis debita nr̃a. Q̃ddam vero tenet rõez pñtis vt eſt malũ pene vel temptatõis. Et hoc petim⁹ ammoueri ibi. Et ne nos inducas in temptatõz Quoddã incꝰ tenet rõem futuri vt ẽ maluz pene ſiue tribulatõis q̃ ammoueri petimus ibidẽ. Sed libera nos a malo. Tercio eĩ petitio quedã pcipaliter ordinatur ad cõfirmationẽ vtriuſq; ſcz taz boni adepti q̃ mali ammoti tam ꝑ ſe q̃ ꝑ aliꝭ et hoc eſt ſeptimũ q̃ eſt tũ in ordine primũ ſcz ſanctificet nomẽ tuũ. Tũc enĩ vere citer ſanctificat̃ dei nomẽ in nobis quãdo et bonũ neceſſariũ oẽ obtinet̃ et omne malum penit⁹ ammouet̃. Ex quibus oĩb⁹ ꝓtz qualis ſunt in ſacra oꝛõe dñica ſacramenta q̃ multa et q̃ magna et q̃ breui ſermone collecta vt nihil omnino ꝓtermiſſuz ſit q̃ nõ in hmõi celeſtis ac dñice oꝛõis cõpendio ꝑprehendat̃. Thomas aũt ſa ſe. q lxxxiij. dicit q̃ in oꝛõne dñica nõ ſolũ petuntur oĩa q̃ recte deſiderare poſſum⁹ ſed etiã eo ordine quo deſiderãda ſunt vt ſic hec oꝛõ nõ ſolũ inſtruat poſtulare ſed etiã ſit informatiua totius noſtri appetitus. Manifeſtũ aũt eſt q̃ in ꝓmo cadit in deſiderio finis. Deinde ea que ſunt ad finem. Finis aũt noſter deus eſt in quẽ affect⁹ noſter dupliciter intẽdit. Vno mõ ꝓut volumus gloriã dei q̃ ꝓtinet ad dilectõz qua deũ in ſeipo diligim⁹. et hoc petit̃ cũ dicit̃ ſanctificet̃ nomẽ tuũ. Vnde ſm Aug⁹. in libro de ſermone dñi in mõte cũ dicimus. ſanctificet̃ nomẽ tuum nõ hoc petit̃ quaſi nõ ſit ſanctũ dei nomẽ ſz vt ſanctũ ab hominib⁹ habeat̃ q̃ ꝓtinet ad dei gloriã in hominibus ꝓpagandã. Alio mõ ſm q̃ volumus frui gloria dei q̃ ꝓtinet ad dilectõnem qua diligimus nos ⁊ oẽs alios in deo et petit̃ cum adiungit̃. Adueniat regnum tuũ. nõ ita dictũ eſt quaſi de⁹ nõ regnet ſz ſicut Aug⁹ dicit ad ꝓbam. Deſideriũ noſtrum ad illud regnũ excitam⁹ vt nobis veniat vt et regnem⁹ in eo. Porro ad finez predictũ nos aliq̃d dupliciter ordinat. Vno mõ vt aliquid eſt vtile ꝑ ſe ad finem et hoc vel pcipaliter et directe ſicut eſt meritũ quo deo obediẽdo meremur beati-

327

tudinem. et quantū ad hoc ponit̄ volūtas tua. quasi diceret. obediat̄ p̄ceptis tuis sicut in celo ⁊ in terra. i. sicut ab angelis ita ab hoībus. Vel aliquid est vtile ad finez nō ꝑ se sed instrumētaliter ⁊ quasi nos ad merendū coadiuuās sicut exteriora oīa. Et ad hoc ꝑtinet qd̄ dicit̄. Panē nostruz cottidianū ⁊c̄. Siue hoc intelligat̄ de pane sacramētali cuius vsus cottidianus ꝓficit hoī in quo etiā intelligunt̄ omīa alia sacramenta. siue de pane corꝑali vt ꝑ panem intelligatur omnis sufficientia ꝓ substantia victus. sicut dicit Aug⁹ ad ꝓbaz. qꝛ eucharistia est p̄cipuum sacramentū et panis est precipuus cibus. Alio mō ad finez predictū nos ordinat aliq̄d ꝑ accidēs sicut ordinamur ad beatitudinē per remotionem ꝓhibentis. Nā tria sunt que nos a beatitudine prohibent. Primū est peccatum quod directe nos excludit a regno ſm illud. j. Corinth. v. Neq; fornicarij neq; idolis seruiētes regnū dei possidebunt et sic est impedimentum prime petitōnis et secunde. quia directe excludit a regno et impedit sanctificationē diuine nominis in hominibus Et ad hoc ammouendū pertinet quod dicit̄. dimitte nobis debita nostra. Secundū est temptatio que nos impedit ab obseruantia diuine voluntatis. et ad hoc pertinet quod dicit̄. Et ne nos inducas. per quod nō petimus vt nō temptemur sed vt a temptatōne nō vincamur qd̄ est ī temptationē induci qꝛ per hoc impedimur a secūda obseruātia diuine volūtatis. Terciū est penalitas p̄sens q̄ scz impedit sufficientiā vite. Et hoc directe est impedimentū quarte petitōis. scz sufficiētia circa vitā. Et ideo ꝯcludit̄. Sz libera nos a malo Ex q̄bus oīb⁹ ptz ꝙ orō dn̄ica ꝑfectissima est omnē in se ꝯtinēs petitōez hominib⁹ cōgruam ⁊ necessariā. Et ideo sicut vnicuiq; christiano p̄ceptum est scire symbolū apostoloꝝ tanq̄ fundamentū fidei sic etiā eidē preceptū est scire dn̄icaz orōez. vt ptz de cōse. dis. iiij. c. monachi. § vos ante oīa. Ad laudē dei Amen.

De captōne beniuolētie ipsius oratoris et cur se deus patrē nominare voluit. Ser. xl.

Facite dignū fructū penitētie. Ad ꝓsequendū aūt delectationē ip̄i⁹ orōis dn̄ice sciendū ꝙ xp̄s ante septē petitōes docuit nos primo captare beniuolentiā. q̄ nimiruz in orōe dn̄ica t̄plex ab oratore d̄uoto captatur. scz ex ꝑte rogati ⁊ rogātis ac assessoꝝ rogati Prīo nāq; captat̄ ab oratore beniuolētia ex ꝑte rogati cū dicit̄ pater. Naz deus q̄ infinite dignitatis ac maiestatis ē immensa sua pietate tā dignāter inclinat se nostre vilitati ꝙ a nobis vocari pater expostulat vt fiduciā pleniorē ac amorem vberiorē ingerat. Nimirū cū filiū suū vnigenitū vilissimo nostro cinctorio vestitū fratrē nostrū fieri voluit et hoc est vnicuz ꝓuilegiū xp̄iane religiōis. Vn̄ dic̄ Aug⁹ Multa quidez dicta sunt in laudem dei. nusq̄ tn̄ inuenit̄ in ꝓp̄lo israel vt dicerent pater noster. sed est eis dn̄s insinuat⁹ tāq̄ seruis. Hinc sepi⁹ reꝑitur in lege veteri. Ego dn̄s ego dn̄s. Vn̄ Bonauē. admirās ineffabilē dei dignatōz in expositōne pater noster ait. O immensa clemētia lutum vilissimū dei filiū se noīat et rex regū meū se patrē dicit. Christus enī sic nos orare docet vt ⁊ patris aurē ad beniuolentiā inclinemus ⁊ vt ip̄m fidelissimū ac verissimū fratrē nostrū esse recolam⁹. Et hoc primo rōe creatōnis. qꝛ licz dn̄s oīa creauit ex nihilo tn̄ nulli creature suā impressit imaginē ⁊ sil̄itudinē sicut rōnali creature. et de rōe filij est ꝙ sibi patris imago ⁊ similitudo sit impressa. Nūc aūt fecit hoīez ad imaginē ⁊ similitudinē suā vt habet̄ Genes. j. Et h̄ q̄tū ad aīaz quā ex nihilo creauit cū tn̄ oīa alia creata sint tm̄ quasi vestigiū dei ⁊ a deo ordinata ad seruitiū humani generis. Hinc Moyses ingratꝫ tātorū bn̄ficioꝝ improperat in cātico Deutro. dicens. Generatio praua ac ꝑuersa. Heccine reddis dn̄o popule stulte ⁊ insipiens. Nunq̄d nō ip̄e est pater tuus q̄ possedit et fecit et creauit te. Secundo ratōne

redemptōnis Johis. j. Quotquot autez receperūt eū dedit eis potestatē filios dei fieri his q̄ credūt in noīe ei⁹ vt sicut in creatione suscepimus esse nature sic in recreatōne suscipimus esse gratie incorporati christo p̄ sacramentoꝝ susceptionē Unde Aug⁹ ibidē. Magna benuolētia est vnicus nat⁹ est ⁊ voluit esse vn⁹. Nō timuit habere coheredes. qz ei⁹ hereditas nō fit angusta si multi possiderint Criso. ibidē. Nō aūt dixit quō fecit eos filios dei fieri sed dedit eis potestatē filios dei fieri ⁊c. ostendēs quō multo opus est studio vt eā qui in baptismo adoptōis formata ē una gunē incōtaminatā semp̄ custodiam⁹ Siliter aūt ⁊ ostendēs qm̄ potestatē hāc nul⁹ auferre p̄t nisi nosipō auferamus. Si enim qui ab hoībus dominiū aliquarū rerū suscipiūt tm̄ habet robur q̄tū vero bi q̄ dederunt. multomagis nos qui a deo potimur ℟ honore. Simul aūt ostēdere vult qm̄ hec gratia aduenit volentib⁹ ⁊ studentibus. Et eī in potestate est liberi arbitrij et gr̄e operatōne filios dei fieri his q̄ credunt in noīe eius q̄ nō ex sanguinib⁹ neq̄ ex voluntate carnis neq̄ ex volūtate viri sed ex deo nati sunt. Criso. vbi sup̄. Hoc narrat euangelista vt vilitatē ⁊ humilitatem p̄oris partus q̄ est p̄ sanguinē ⁊ volūtatē carnis addiscentes ⁊ altitudinē scīe et q̄ p̄ gratiā ⁊ voluntatē est cognoscētes magnā quandā hic suscipiam⁹ intelligentiā ⁊ dignā dono ip̄ius q̄ genuit. et multū⁹ post hoc studiū demonstrarem⁹ Aug⁹. Cū dixisset ex deo nati quasi ne miraremur ⁊ horrerem⁹ tantā gratiā ⁊ nobis incredibile videret. qz hoīes ex deo nati sunt quasi securitatē faciēs ait. Et verbū caro factū est. Quid igit̄ miraris qz hoīes ex deo nascunt attende et ip̄m deū ex hoībus natū. Factus est enī p̄ius filius dei filius hoīs vt filios hoīm faciat filios dei. Tercio tōne glorificatōis. qz p̄ eū feliciter renascemur in gloria beatoꝝ. ibi eī oīm pater erit p̄ gloriā. Dñi Ro. vij. Quicunq̄ spiritu dei aguntur hi sunt filij dei. Sequit. Si aūt filij et heredes. Heredes quidē dei coheredes aūt christi. Heredes nūq̄ dei. quia deum p̄ hereditāte habituri. Coheredes christi. qz sicut x̄ps in fruitōne hereditatis paterne cōtinue nascit̄ filius naturalis sic ⁊ nos in illius fruitōe p̄tinue renascimur filij adoptōis p̄s. Cū dederit dilectis suis somnū ecce hereditas dñi. His igit̄ trib⁹ casibus nō solū pater esse dignat̄ sed etiā vocari delectat̄. et hoc p̄pter quinq̄ causas. Prima est vt amorē suū ad nos certius cognoscamus. j. Joh. iij. Videte q̄lem charitatē dedit nobis pater deus vt filij dei noīemur ⁊ simus. Q⁹ si aliq̄s hāc filiationē ad futurā gloriā cōferre voluerit p̄cito subdēs respōdit. Charissimi nūc filij dei sumus nō apparuit q̄d erimus ⁊c. Secūda est vt amorē nostrū p̄ hoc nomen efficatius excitemus. Quia dicit Aug⁹ de sermone dñi in mōte. et hoc noīe charitas excitat̄. Quis enī carior debeat esse filijs q̄ pater. Plus enī appetit a nobis amari q̄ timeri. Tercia est vt malū diligēti⁹ caueamus et bonū studiosi⁹ faciam⁹ ne tāto patri tāq̄ degeneres iudicemur indigni. qz dicit Aug⁹ q̄ cū deū patrē dicim⁹ eius esse filios postulam⁹. Et licet a nobis hic nō demonstret̄ effectus sibi. tñ nō deest affectus Johis. viij. Si filij Abrahe estis opa Abrahe facite. qz sm̄ Aug⁹ in Omel. Cuius q̄s opa facit ei⁹ filius est. Alioquin vt dicit Richar. q̄multi domū dei deprecaturi ingrediunt̄. et q̄pauci exaudiunt̄. q̄multi vocāt deum in hac orōne patrem qui eius filij nō sunt sed illius patris de q̄ scriptū est vos ex patre diabolo estis Dei nō sunt filij qui p̄diderūt gratiā sed diaboli filij. qz gignit eos et nutrit p̄ culpā. hec ille. Quarta ē vt ei petitōes nostras porrigamus ⁊ nos exaudiri securi⁹ p̄fidamus Dñi Luce. xj. Ego dico vobis petite ⁊ dabitur vobis. querite et inuenietis. pulsate et aperiet̄. Quis ex vobis patrē petit panem nunq̄d lapidē dabit ei? Unde Aug⁹. Datur nobis fiducia quedā impetrādi q̄ petituri sumus cum p̄ius q̄ aliquid peteremus tam magnum donū accepimus vt sinamur dicere pater noster. Quid iaz nō det filijs petētibus qui iam hoc ip̄m ante dedit vt essent filij. Juxta illud. Dedit

249

328

eis potestatē filios dei fieri. Quinta est vt que a tanto patre sunt petenda aduertamus cautius. Unde Crisо. sup Matth. Dñs se patrē magis dici voluit q̄ dñm vt fiduciā daret impetrādi. q̄ serui nō impetrāt qđ petūt. Patrē se vocat nō dñm vt ostendat orātes non seruos sed filios esse qui nō mobilia cū ismahele sed immobilia cū Isaac capere petāt. Et Grego. Si filiū dei te credis illa pete que tibi expediūt q illum decet dare. Si carnalia petis quō illa prestabit que et si habeas ꝓcipit tibi vt cōtemnas. Et Abbas Isaac sup orōne dñica. Vides inquit qualis ab ipo qui p illā exorandus est indice orōnis fit modulus et forma ꝓposita. In qua diuitiarū petitō nulla. nulla memoria dignitatum. nulla potentatus ac fortitudinis postulatio. nulla corporee sanitatis seu tē poralis vite mentio cōtinet. Nihil enī caducū vult a se. nihil vile. nihil tpale cōditor eternitatis implorari. itaq̄ magnifice eius magnificētie maximā irrogabit iniuriam quisq̄s his sempiternis petitōnibus ꝓtermissis transitoriū q caducū ab eo maluerit postulare et offensam potius q̄ ꝓpiciationē iudicis sui vilitate orōnis incurret. Secūdo principaliter captatur ab oratore beniuolētia ex parte rogātis. cuz addit. noster. p quod reducim⁹ ad memoriam illā dignatiuā ꝓmunionē qua natura nostrā assumpsit q nobis nat⁹ ac datus extitit. In quo verbo et vtraq̄ charitas in nobis scz dei et ꝓximi. Dei in q̄. q̄ super omnes nationes christianus hāc gratiam accepit vt a christo christian⁹ diceretur et sacramentorum participatione christo feliciter incorporaret. Nec est alia natio tam grādis que habeat deos appropinquātes sibi sicut deus noster adest nobis. Totus enī nobis datus est. tot⁹ in nostros vsus expensus est. Totaliciū insup puri amoris nobis relinquēs totū amorē nostrū sibi vendicare voluit. Secūdo confirmatur ꝓximi charitas. quia dicēdo. pater noster. mouet anima nostra addi latādum se per dilectionē ꝓpter amorē dei ad triplicē naturā creatā. Primo ad naturā creatam. Primo ad naturā intellectualē scz ad vniuersum multitudinē beatorū spirituum qui nobiscum omnes sunt filij dei. Juxta illō Job. xxxviij. Quis dimisit lapidem terre cum me laudarēt astra matutina et iubilarēt omnes filij dei. Lapis angularis dicit christus Isaie. xxj. Nūqđ legistis in scripturis. Lapidez quē reprobauerunt edificantes factus est in caput anguli. Quē pater dimisit cum christū incarnandum angelis p revelationē ostendit. De quo ipm laudabant astra matutina id est angeli iam creati et iubilarēt oēs filij dei id est angeli iam beati et in gloria cōfirmati que cōfirmatio cōstituit eos filios dei fieri ad quor amorē velut ad fratres anima dilatari debet. Secūdo vero cum dicit. noster anima dilatari debet ad naturam rōnalem. i. ad totū humanū genus vt sic duplex preceptū charitatis cōpleatur quo maxime captat beniuolentia scz dei cum dicimus. pater. q ꝓximi cū pluraliter dicimus. noster. Et ex hoc orō nostra magis exaudibilis reddit. Dñ Crisо. super Matth. Libenter audit deus q̄ christianus nō solum p se sed p altero orat etiam. Pro se orare nature est. p altero orare gratie. Pro se orare cogit necessitas. sed pro altero charitas Dulcior est oratō ante deum quā nō necessitas mittit. scz fraternitatis charitas ꝓmit. Hinc dicit Cyprianus de orōne dñica. Nō autē dicim⁹ pater meus sed pater noster. quia pacis q vnitatis magister voluit singillatim q priuatim fieri preces. vt cum quis eum precatur p se tm precare. Publica est enī nobis et ꝓmunis oratio quādo oramus. quia totus populus vnum sumus. Sic enī vnum orare pro omnibus voluit quō in vno omnes ipe portauit. In cuius etiam argumētum in tota hac oratione christus docuit semper pluraliter loqui vt manifeste patz in vltimis quatuor petitionibus. Sed ne causeris o homo. quia dicit Grego. xxv. mozal. Quisquis intercedere p alijs nititur sibi potius ex charitate suffragat. Et enim p semetipo tanto citius exaudiri meretur q̄to deuotior p alijs intercedat Per

hoc etiam q̄ omnes dicimus pater noster admonentur omnes diuites vel in genere nobiles q̄ cum facti fuerint christiani nō superbiant aduersus pauperes et ignobiles. quia simul in vnū duces et pauper dicunt pater noster. qđ non possunt vere ac pie dicere nisi se fratres esse cognoscant. Criso. in omel. Quid enī nocumentuz est ex inferiori cognatōne cum fm superiorez omnes simus copulati. Qui etiaz patrem dixit et peccatorē remissionē et adoptōez et hereditatē ⁊ fraternitatē que est ad vnigenitum et spiritus largitionē pervnaz hanc cōfessus est nuncupationē. Nō enim possibile est deum vocare patrē nisi eum q̄ est omnibus istis bonis potitus. Hecille. Vnde et christus pauperes et abiectos fratres vocare dignatus est in euangelio Quos igitur christus frates vocat christianus despiciet? Tercio denicz quia cuz dicimus noster anima dilatari debet p dilectionem ad natura corporalē ex habundanti creatoris dilectōne. tum quia amore dilecti creatoris omnia creata diligibilia sunt. Nimirum cum vulgo dicit. qui diligit me diligit et canem meū. Hinc etiam beatus Franciscus teneritudine diuine dilectōnis omnes creaturas fratris aut sororis noīe cōsueuit appellare eo q̄ ab vno principio cum eo sumpsissent exordiū. tuz etiam quia fm Aug⁹. deus creauit omnia ꝓpter hominē et hoīem ꝓpter se. Tercio principaliter capiat ab oratore benuolētia ex parte assessorū ipius rogati cum additur. qui es in celis. Ad cuius euidentiā sciendum q̄ licet deus esse dicit in triplici celorū virtute scz glorie. gratie et nature tamē ꝓprie dicit esse in celis glorie hoc ē in beatis spiritibus tam angelicis q̄z hūanis quoz interuentōne benuolentioz redditur et ad exaudiendū ꝓmptior. Vnde Aug⁹. in sermone dñi in monte dicens. q̄ sicut terra appellatus est peccator cui dictum Gen. iij. terra es et in terram ibis. sic celum iustus ecōtrario dici potest. Recte igitur dicit. qui es in celis. id est in sanctis que sunt singulari excellēria dignissima et gratissima habitatio diuina vtpote in quorum intellectu habitat p claram visionem infallibilis veritatis p quā intellectus recipit perfectā intelligentiā ad mirabilis excellentie dei cognite in sua natura. Et hec est prima dos anime qua intellectus p meritū fidei perficit et beatificatur. animaq̄ videns deiformis efficit. In eorū etiā memoria habitat p possessionē ⁊ securam tentionē que est secunda dos anime per quā ꝓpter meritū spei memoria perficitur ⁊ beatificatur in possessione et securitate iamissibilis dignitatis ita q̄ intellectus et memoria sunt pfecte securi de tentionis predicte perpetuatōne. In eoruz denicz voluntate deus habitat per cōsummatam dilectionez quam dilectionē Richar. sup. iiij. dis. xlix. noīat fruitiōz p quā dilectionē fruituā pficit. gratificat. ⁊ beatificat ipa volūtas. i delectatōe quadā infastidibilis bonitatz. Hi igit celi beatissimi sunt assessores ipi⁹ rogati. Et ex hoc fiducia nobis auget impetrādi cū ⁊ ipi solliciti sint p nobis orare dñm Inter quos supeminentissima est virgo Maria cui cōcinit ecclesia. Audi nos nam te filius nihil negās honorat. Secūdo dicit esse in celis gratie. hoc est in iustis viatoribus in quibus habitat per gratiā ⁊ virtutes. pcipue theologicas et potissime p charitatē. Iuxta illud Johis. iiij. Deus charitas est. Que tamē charitas requirit in exhibitōe. Dñ Joh. xiiij. Si quis diligit me ⁊c. Tercio dicit esse in celis nature. i. celis corpalibus Vñ Criso. sup Matth. Christus ascendit in celos vt sciamus nos habere patrē celestē et erubescāt se terrenis rebus substernere q̄ patrē habent in celis. Et iterū in omel. dicitur in celis nō ibi deū cōcludēs hoc aiens sed a terra abducit orantē et excelsis regionibus affigēs ⁊ in colle. patrū dicit. q̄ additur in celis vt ad illā regionē in q̄ patrē nostrū ꝓmoueri fatemur summo desiderio ꝓperemus scientes. q̄ nō habemus hic manentem ciuitatem vt sic nostra cōuersatio in celis sit. Ad laudē dei Amen.

De prima petitōne que est sanctificatio diuini nomis in nobis corde. ore. et opere.

329

Facite dignũ fructũ penitẽtie. Expediti vtcũq; de captione beniuolẽtie summi patris vt melius inclinet̃ ad dandũ et succurrendũ. iam ꝓsequamur septẽ petitõnes quas christus posuit ꝑ nos a patre postulãdas tanq̃ saluti nostre necessarias. Et licz inter eas in supioribꝰ ãliquã distinctionẽ fecimus tñ ꝓ clariori et faciliori intellectu eodẽ ordine q̃ christus easdez in euãgelio posuit ꝓsequi breuiter intẽdimꝰ. Nã tres prime petitões ordinãt ip̃az animã ad deum. Et ꝟm Augꝰ. exordiũ capiũt in hoc seculo sed tm̃ ꝯplebunt̃ in seculi cõsummatõne et manebũt ineternũ. Alie vero q̃tuor tm̃ sunt tꝑales ⁊ corꝑales vtpote respectum habentes ad hoĩs defectũ ⁊ in hac vita tꝑali terminant̃ vt declarat Augꝰ in li. ij. de sermone dñi. Q. aũt tres ꝑme petitões ordinãt aĩaz ad deũ hoc fit dupliciter scz ꝑ gratiã et gloriã. vt patebit in ꝓcessu. Ad cuius euidentiã sciendũ ꝙ intellectus humanus ꝑ fidẽ ordinat̃. primo ad deũ et hoc in prima petitõe dñs docet postulare cum dicit. sanctificet̃ nomẽ tuum.

A Tripliciter enĩ in statu gratie sanctificat̃ in nobis nomẽ dei per fidẽ ip̃am. Primo per dei cognitionẽ. Nomẽ enĩ a notamĩe dictum est vt a notamine ablato ta. ꝑ sincopam dicat̃ nomẽ. Et nomẽ noticiã designat. qꝛ quelibet res ꝑ nomẽ cognoscunt̃. Oramus igit̃ dicẽtes. sanctificet̃ nomen tuũ. i. da intelligere dñe ꝑ lumẽ fidei sanctitatem vt ꝑ hoc te summũ bonũ iam cognitũ diligamus toto affectu atq; honoremus et colamus oĩ conatu. Et sic in ꝑma petitõne desideramus dei gloriã. Et gloriã nõ qualemcũq; sz talẽ que est noĩs sui sanctificatio. Sic vt suũ nomẽ vel sua maiestas et bonitas laudet̃ et glorificet̃ vt nomẽ eius sic ab hoĩbus sanctuz reputet̃ qd̃ in se sanctũ est vt nõ nudiat̃ seu nominetur sine magno honore et reuerẽtia. qꝛ nomen hoc solũ in sanctis suis digne et ꝑfecte laudat̃. Et ideo vt hoc cõgrue fiat petit primo. sanctificet̃ nomẽ tuũ ꝟm Augustinũ. et etiã Tho. Ita innotescat deꝰ hominibus vt nõ estimetur ab eo aliquid sanccimus vel magis sanctũ. Et sic petit ꝙ nomen dei nõ polluatur in nobis neq; blasphemet̃ quod in se pollui non potest. Pro quo notandũ ꝟm Bern̄. ꝙ oĩa noĩa de eo dicta aut sonãt potentiã maiestatis aut gratiã pietatis vt sic ingerãt. aut timorẽ reuerentialẽ aut paternalẽ amorez Vnde circa nomẽ potenciã maiestatis sonans vt deus sciendũ est ꝙ illud nomẽ est ineffabilis dignitatis. quia dicit Dionisiꝰ de diuinis noĩbꝰ. ꝙ nullus veritatis amator adeo efficax est vt digne possit laudare vel noĩare substantialẽ deitatẽ. In cuiꝰ argumentũ in lege veteri nomẽ dei tetragramathon qd̃ ꝟm sapiẽtes iudeoꝝ significat dei substantiã nudã ⁊ incõicabilem. ita ꝙ eius significatũ nõ est alicui creature ꝯmunicabile ꝑparticipationẽ. Dicebatur nomẽ dei ineffabile qꝛ ꝓpter nimiã reuerentiã nõ licebat alicui hoc nomẽ ꝓferre nisi tm̃mõ summo sacerdoti in sanctuario et in die ieiunij in benedictõe sacerdotali in cuiꝰ ꝓlatione magna fuit cura ⁊ timida ruerentia. Et etiã excellẽtissime sanctitatis vtpote in q̃ est oĩs sanctitas fontaliter et a quo ꝓcedit oĩs sanctitas originaliter. Hĩc dicit̃ Daniel. iij. Benedictũ nomen glorie tue qd̃ ẽ sanctũ. Et ps̃. Sanctum et terribile nomẽ eius ⁊c̃. Sanctum inq̃ iustis terribile impijs. Est deniq; mirabilis et multiplicis virtutis. vt dicitur Isa. ix. Vocabit̃ nomẽ eius admirabilis cõsiliarius. deus. fortis. pater futuri seculi. princeps pacis. Nam in explicatõe virtutis huius noĩs omnis lingua silescet et omnis mens deficit. nõ solum hominũ sed etiam angelorũ. Vnde mirat̃ ps̃. dicens. Domine dominus noster q̃ admirabile ẽ nomẽ ⁊c̃. Porro nomen illud quod sonat gratiã pietatis sicut ẽ Iesus adhuc dulciꝰ sapit miseris. reficit vberiꝰ ⁊ ꝯsolat̃ plenius. qꝛ nomẽ illud est ꝓrĩo oĩm tribulatõnũ dulcoratiuũ. Nullꝰ enĩ pati p̃t tã amarã tribulatõz q̃ nõ vertit̃ ei indulcedinẽ si ꝑfecte ĩuocauerit ꝟ nomẽ iesus. In cuius argumẽtũ. vt dicit̃ Act. v. Ibãt apl̃i gaudẽtes a ꝯspectu cõcilij qꝛ digni habiti sunt ꝓ noĩe domini Iesu cõtumeliã pati. Nec mirũ quia dum pietas actionũ Iesu

dulcissimi cum ostensione charitatis ⁊ passione crudelitatis sese mutuo cõplectitur in memoria nihil tam durũ occurrit quod nõ mollescat nec tam amarũ qđ nõ dulcescat. Imo verius totũ hoĩez allicit ad vicissitudinẽ rependendã ad ꝓpriam abiectionem ⁊ mortificationẽ ꝓuocans. imitationẽ sanctã ꝯsiliãs. diuinã dilectõz efficaciter ingerẽs et oẽ peccatũ fundit⁹ amaricans. Hinc est ꝙ dicẽte dño in Trenis. Recordate pauꝑtatis ⁊ transgressiõis absinthij ⁊ fellis cõcito respõdet fidelis aĩa. Memoria memor ero ⁊ tabescet in me anima mea. Secũdo est oĩm temptationũ suꝑatiuũ. Siue enĩ q̃s temptat̃ a diabolo siue a carne siue a mũdo dummõ ꝯfidẽter et efficaciter ad nomẽ Jesu recurrat oẽm temptatõz suꝑat. Jux̃ illud. Cũ ip̃o sum in tribulatõe eripiã eũ ⁊ glorificabo eum. Nõ tñ sic intelligendũ ꝙ nomen Jesu sꝑ liberat inuocantẽ in temptatõe vel tribulatõne sed iustũ cõseruat et ꝓtegit ne succumbat sed vincat vt gloriosior fiat Prouer. xviij. Turris fortissima nomẽ dñi. ad ip̃m currit iustus et exaltabit̃ sicut ꝑtz de sancto Anthonio cui post certamẽ xp̃s apparuit. Veruntñ quõ nomẽ Jesu sit nominandũ ⁊ inuocandũ docet Bern̄. dicẽs Cũ noĩo Jesum hoĩez mihi ꝓpono humilem corde. sobriũ mansuetũq̃ oĩ honestate ꝑspicuũ. Sic nimirũ inuocandũ ⁊ nominandũ est vt nostre memorie statim obijciatur aliqua virtus ip̃ius Jesu q̃ noscitur cõtraria vicio illo a quo ꝓ tunc impugnamur vt dum impugnat superbia eius recolatur ꝓfundissima humilitas. si gula obijciatur eius parcissima sobrietas. et sic de alijs. Tercio est oĩm peccatoꝝ cõdonatiuum. Vide nunc q̃ꝫ dulce refrigeriũ ⁊ vnica spes penitentiũ Jesus vocari voluit. quia nõ venit iudicare sed saluare. Jux̃ illud Luce. j. Vocabis nomẽ eius Jesuz ip̃e enĩ saluũ faciet populũ suũ ⁊c̃. Hic dicitur Act. x. Omnes ꝓphete testimoniũ ꝑhibẽt remissionẽ accipe ꝑ nomẽ ei⁹. Nec est aliud nomẽ sub celo datũ hoĩbus in q̃ nos oporteat saluos fieri vt dicit̃ Act. iiij Crede igit̃ ꝓphetis o peccator nec despera licet peccata tua numerũ arene maris excedãt sz amore reuerẽter cõplectere nomen eius ⁊ audi Johannẽ in canonica ꝑma ca. iij. Scribo vobis filioli qꝛ peccata remittunt̃ ꝑ nomẽ Jesu. Quarto est diuine suauitatis infusiuũ spiritualiter impugnans recogitatũ. De quo Bern̄. Arid⁹ est omnis cibus aĩe si non oleo isto infundatur Insipidus si nõ hoc sale cõdat̃. Si scribas nõ sapit mihi nisi legero Jesum. Si disputes aut ꝯferas nõ mihi sapit nisi sonuerit Jes⁹ Electuariũ vtiq̃ eminẽtissimi amoris qđ cõfectũ est ex omnib⁹ beneficijs diuinitatis in creatõne. humanitatis in recreatõne. et p̃sertim ex illa incõprehensibili charitatis ostẽsione q̃ tam euidenter relucet in mansuetissima ꝑpessione tam horribilis mortis ac liberalissima cõmunicatõe sui sacratissimi corꝑis ⁊ sanguinis in sacramẽto altaris. Nã magnũ amorẽ oñdit qñ carnẽ induit. maiorẽ ꝟo qñ mortez sustinuit. maxĩm deniq̃ qñ nobis corp⁹ ⁊ sanguinẽ in cibũ tradidit. Suscipe igit̃ in intimis tuis aĩa mea hoc nomẽ vt dulcedinẽ illius sentias ⁊ amorem. Secũdo ꝑncipaliter sanctificat̃ in nobis nomẽ dei ꝑ nostri sanctificationẽ. Cũ enĩ cognouerem⁹ deũ sanctitatis infinite. necesse est vtiq̃ vt et hoc testet̃ sanctitas vite qđ iam fatet̃ lingua intelligẽtie. aliter enĩ esset mortua fides ⁊ informis. Jux̃ illud Jaco. j. Fides sine opib⁹ mortua est. Tũc igit̃ in nobis nomẽ Jesu sanctificat̃ cũ sanctitatẽ ꝑ nos in eo cognitã imitam̃ Juxta p̃ceptũ dñi Leui. xj. Sancti estote qm̃ ego sanct⁹ sum. Hinc Criso. ait. Sanctificam⁹ dei nomẽ in nobis qñ sciẽtes eũ sanctũ timem⁹ ⁊ sollicite vigilam⁹ ne forte violem⁹ sanctitatẽ noĩs ei⁹ ꝑ mala opera Sic̃ q̃ p̃clara veste indut⁹ est fugit oẽm rẽsordidã ne ꝑdat gratiã cãdor ei⁹ Alioq̃n vt dicit̃ ad Ro. ij. ad eos q̃ credẽtes bona docẽt et mala faciũt. Nomẽ enĩ dei bonũ ꝑuos blasphemat̃ inter gẽtes. Cũ igit̃ petere nomen illud sanctificari nihil aliud est petere q̃ꝫ vt nos sancti simus qui hoc nomen dei vel Jesu christi portamus

Ideo notandum ꝙ quadrupliciter ef-

330

ficimur sancti ꝑm quadruplicem huius nominis sanctus expositionē. Nam sanctus prīo mō idē est ꝙ sine tinctura. i. sine peccato. Peccatū enī ꝑt dici tinctura. qꝛ sic tinctura aufert panno vel lane colorē naturalē sic peccatū aufert aīe innocentiam baptismalē. et sic tinctura penetrat totū pannū intus ⁊ extra. sic peccatum polluit totuꝫ hominē intus et extra. Et sic sanctificamur ꝑ cordis ⁊ corꝑis mundiciā quaꝫ nō ꝯsequimur nisi a nobis auferam⁹ omnē peccati tincturā. De qua sanctificatōe dicit apl̄s. j. Corint. vij. Mundem⁹ nos ab omni inquinamēto carnis et spirit⁹ ꝑficiētes sanctificationē in timore dei. Secūdo sanctus idē est ꝙ sine terra. Agyos enim grece sanctus est latine. Agyos aūt grece est quasi sine terra. et hoc mō similiter sancti efficimur vilipendēdo terrena scꝫ diuitias. delitias. ⁊ honores. ac desiderādo celestia vt simus viuaciter erecti in deum amore sancto. Naꝫ amor pes est anime q̄ ambulat ꝑ affectū sine in celū siue in terrā An nō erat apl̄s siue terra quando dicebat? Oīa arbitrat⁹ suꝫ vt stercora vt christum lucrifacerē. Et ad diuina erect⁹ addidit. Nostra cōuersatio in celis est. Tercio ꝓinde sanctus idē est ꝙ sanguine tinctus. qꝛ olim hostie sanguine tingebant̄ ⁊ purificabant̄. imo et oīa pene in sanguine mundabant̄ ꝑm legē. ⁊ sine sanguinis effusione nō fiebat remissio. vt plenius habet̄ ad Heb. ix. Si sanguis thauroꝝ vel hyrcorum aut cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationeꝫ carnis. q̄ꝫtomagis sanguis christi q̄ ꝑ spiritū sanctum semetip̄m obtulit immaculatuꝫ deo emundabit ꝯscientiā nostrā ab oꝑib⁹ malis ad seruiendū deo viuenti. Quarto deniq̄ sanctus idē est ꝙ firmus et sanxitus. vt dicit Isid. Et sanxitus veīt a sanxire qd̄ est firmare. Et ideo leges dicunt̄ sancte. qꝛ firme ⁊ immobiles. ⁊ isto mō dei nomen in nobis sanctificat̄ ꝑ virtuosam ꝑseuerantiā adherēdi eterno bono sic vt sanctitas noīs eius firmet̄ in nobis vsq̄ in finem vite nostre. Ad Hebre. xij. Pacē sequimini id est innocentiā ad ꝓximum cuꝫ omnibus. glosa. etiā cum ꝑsecutoribus. ⁊ sanctimoniā id est ꝑfectionem in bonis operibus. Quidā enim ꝓpter pacem dimittunt aliorū correctionē et accusationem. isti querunt pacē sed nō sanctimoniā. Sequitur. Sine qua scꝫ pace et sanctimonia nemo videbit deum. Tercio principaliter sanctificat̄ in nobis nomē dei ꝑ ꝓximi edificationē vt sicut christiani vocamur noīe sic veritatem christianitatis mōstremus per exemplū in opere. Hinc domin⁹ ꝑcepit Math. v. Sic luceat lux vestra scꝫ doctrine corā hoībus vt videāt oꝑa vr̄a bona. glosa. Opera requiro vt videant̄ et sic doctrina cōfirmat̄ Iuxta illud Iaco. Sic loquimini ⁊ sic facite, quasi ꝑ legē libertatis incipiētes iudicare. Alioquin vt dicit Criso. Nomē dei ꝑ hos blasphemat̄ q̄ nō faciūt qd̄ docēt. Sequit̄. Et glorificēt patrē vestrū qui in celis est. Aug⁹ ib dē. Si tm̄mō diceret vt videāt oꝑa vr̄a bona finē ꝯstituisse videret̄ in laudib⁹ hoīm q̄s querūt ypocrite sꝫ addit. Et glorificēt patrē vestrū q̄ in celis est vt hocip̄m qd̄ hō ꝑ bona oꝑa placet hoīb⁹ nō ibi finē ꝯstituat sed referat ad laudē dei. vt ꝓpterea placeat hoīb⁹ vt in eo glorificet̄ deus In verbis igit̄ ꝑdictis ostendit christus ꝙ tria requiruntur ad hoc ꝙ per nostrā cooperationem etiam in ꝓximis sanctificet̄ nomē dei vel Iesu christi. Primo requiriur q̄dam industriosa diligentia ad subueniendum ꝓximo in septē operib⁹ misericordie spūalis ꝑm ꝯgruentiā tp̄is ꝑsone loci ꝯditōnis ⁊ aliarū circūstantiaꝝ de quib⁹ diffuse suꝑi⁹ tractatuꝫ est et ad hoc obligat̄ vniusq̄sq̄ a deo qui mādauit vnicuiq̄ d̄ ꝓximo suo. Scd̄o requirit̄ ꝯuersatio salutifera ad ostēdendū ꝓxīo ꝑ bonū exempluꝫ id qd̄ ingerit exhortatōis instructōis vel correptōis verbū vt q̄ illuminauerīt ꝑ verbū q̄si lux. etiā cōdiant ꝑ exemplū q̄si sal. Alioq̄n si sal euanuerit in q̄ salieť Iero. id ē si doctor errauerit scꝫ vita ⁊ doctrina q̄ alio doctore emēdat̄. Ad nihil valet vltra nisi vt mittat̄ foras ⁊ ꝯculcet̄ ab hoīb⁹. Iero. Certe legim⁹ ī scripturis vrbes q̄sdā ita victoꝝ sale semīatas vt germē nr̄

lum in ipis oriret. Ad nihilū valet vltra qz cuius vita despicit restat vt eius ꝑdicatio cōtemnat. Tercio requirit intentio debita scz ad querendū laudem dei et salutem ꝓximi. Porro in statu glorie vere clare et ꝓfecte dei nomen in nobis sanctificatur cum intellectus plenarie visione summe veritatis illuminat. quia tunc similes erimus ei videntes eū sicuti est vt dicitur ꝓme Johis. iij. Ad laudē dei Amen.

De quadruplici regno dei et de qualitate regni celestis Ser. xlij.

Facite dignū fructū penitētie. Declarata iam petitōne de diuini nois sanctificatione quā saluator noster primū posuit. ꝓsequēdum est de petitione aduentus regni dei quā idem secūdo loco postulare docuit et hoc ordine multū cōuenienti. Nam ꝑ sanctificationē adoptamur in dei filios. qz ꝑ hoc q̄ nomē dei sanctificatur ī nobis nos sanctos efficiendo. dat nobis potestatem dei filios fieri vt dicit Johis. j. Et quia ꝓprium est filiorum petere regnū et hereditatem eis debitā. ideo statim docet petere regnū dei seu hereditatis possessionē dicēs. Adueniat regnū tuum scz nobis ꝓmissum et christi sanguine cōquesitum. Et sic in ista secūda petitōe nostra memoria ꝑ spem veram ordinatur in deū. Ad maiorem tamē euidentiā sciendū q̄ regnū spiritualiter exponi ꝑt q̄tuor modis. et de oībus intelligi ꝑt ꝓsens petitio. Nā primo ꝑt exponi de regno anime penitētis in quo regnat deus ꝑ viciorū expulsionē. Per vicia quidem diabolus sibi aīe regnū vsurpauit qui est rex sup omnes filios superbie vt dicit dñs ad Job eiusdē. xlj. Et qz superbia est radix oīm viciorū. ideo ꝑ hec verba dñs innuit q̄ ꝑ vicia in nobis diabolus dñatur. Dñ Bern. sup. Missus est dicit Veni dñe Jesu aufer scandala de regno tuo qđ est aīa mea vt regnes tu qui debes in ea. Venit auaricia et vendicat in me sedem sibi. iactantia cupit dñari mihi. superbia vult me esse regē. luxuria dicit. ego regnabo. ambitio. detractio. inuidia et ira cū dia certat ī meipo cuius ego potissimū ee videar. Ego aūt q̄tum valeo resisto. reuertor q̄tum iuuor. dñm meū Jesum christū reclamo. ipe me defendet qz ipe me agnosco iuris. ipm mihi dñm teneo et dico. Nō habeo regē nisi Jesuz. Veni igitur dñe et disperge illos in virtute tua et regnabis in me. qz tu es ipe rex meus et deus meus. Vnde ille. Nam hoc regnū dñs debellaturus humanā naturam assumpsit. Vnde ad Ro. vj. dicit. q̄ vetus homo noster simul crucifixus est cū christo vt destruat corpus peccati qđ est regnū diaboli vt vltra non seruiamus peccato. Sequit. Nō igitur regnet peccatū in vestro mortali corpore vt obediatis cōcupiscentijs eius sed neq̄ exhibeatis mēbra vestra arma iniquitatis peccato. sed exhibetevos deotāq̄ ex mortuis viuētes et mēbra vestra arma iusticie deo. Insup vt dicit Coloc. j. Gratias agētes deo patri q̄ dignos nos fecit in partem sortis sanctorū. glosa. i. in participatōnem hereditatis sanctorū que dicit sors. quia diuina voluntate et electōne non humana pulsione distribuitur Actj. j. Cecidit sors sup Mathiam. Sequit. Jn lumine id est christo qui est lumē de lumine. Sequitur. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum. id est demonū qui nobis dominabantur. Et transtulit scz de carcere peccati in regnū filij dilectōnis sue vt essemus regnum filij sui. Jn quo habemus redemptionem scz a pena et remissionē scz a culpa. Aduenit igit regnū dei in nobis cū imperio diaboli per extinctionē fetentiū viciorum expulso de nostris cordibus deus in nobis ꝑ virtutū bonā fragrantiā cepit dominari. vt cuz deuicta fornicatōnis castitas. deuicto furore mititas. calcata superbia humilitas. in nostra mente regnare cepit. Et sic etiā generaliter petit ꝓtius xpianitatj regno vt ī vnoq̄q regnet deus virtutū ꝑ gratiā et nō pctm. De q̄ regno habetur Matth. viij. Multi scz vocati per gratiam venient ab oriente et occidente et recumbēt cum Abraham Jsaac et Jacob in regno dei. filij aūt regni ec. Multi dicit. non omnes. Quare? quia

vt dicit Aug⁹ ibidem. Illevenit quē gratia dei prevenit. Pro quo sciendū q̄ gratia p̄veniens scz voluntatē est gratia gratis data quasi indigno et adhuc in peccato mortali existenti p̄stita. et est donū dei nō q̄ nos deo gratos efficit sed quo homo se p̄parat ad diuinā gratificationē et spiritussancti susceptionē. vtpote cuius officium est a malo revocare liberū arbitrium et excitare ad bonū. sic q̄ nos facit devitare multa mala et operari multa bona licet ad salutē nondū sint efficacia. sicq̄ facit in homīe quandā habitationē que dat locuz diuine misericordie q̄ salua iusticia posset alicui cōferri gratia gratū faciens. quia diuina iusticia fieret iniuria si tali daretur gratia in qua adhuc esset obex gratie scz peccandi volūtas Si querat quare non omnibus datur talis gratia prevenies. Respondet Aug⁹ de baptismo parvulorum q̄ dei gratia cur ad istuz veniat et ad illum nō veniat occulta potest esse causa. iniusta esse nō potest. Nec est defectus ex parte dei qui tante liberalitatis ac pietatis est q̄ vt dicit Albertus in p̄pendio. Gratia semp est presto liberum arbitrium excitare cōmonere cui p̄monitōni debet homo cōsentire. quod si nō facit delinquit et ingratū et indignū se efficit diuine gratie ita q̄ a gratia penit⁹ delinquitur ad malum p̄cliuus et ad bonū invalidus. Quia culpa sepi⁹ reiterata adeo peccatorē reddit egrotū in malicia q̄ nō pateat aditus gratie gratis date taz sedule repulse dum a malo revocat et ad bonū excitat sicut medicina plerūq̄ nō iuuat frequēter et in infirmitate recidiuantē. Secūdo vero potest exponi de regno anime sapientis quod aduenit p̄ gratie augmētationē. De quo regno dicit Luce. xvij. Regnum dei intra vos est. vbi dicit Greg⁹. Nāq̄ forsitan regnū nobis insitū dicit inditam aīab⁹ nostris leticiā p̄ spiritūsanctum. Ea enī est velut ymago et arra p̄gentis leticie qua in futuro seculo sanctorum anime gaudebūt. Et hoc idem testat̄ apostolus Ad Ro. xiiij. dicens. nō est regnum dei esca et potus sicut epicuri asserebant qui potissimā sollicitudinē sup̄ corp̄is curam habebant dicētes. voluptatē carnis esse summū bonū. ac ignorātes aliam esse voluptatē p̄ter carnalē. Vnde etiaz aīa dimissa corpori tm̄ curā impendebāt. Sz hmōi respondet Bern̄. dicēs. O delicate qui delitijs et diuitijs circumfusus cōfusionem expectas et mortē. Nō est regnū dei esca et potus nec purpura et byssus. quia dives vtroq̄ circumfusus in puncto ad inferna descēdit. Deinde subdit Apl⁹ in quo est regnū dei dicēs. Sed iusticia pax et gaudium in spiritusancto. Et sic regnū bone p̄scientie habet tres civitates p̄ncipales. Prima dicit̄ iusticia scz fide formata que cōsistit in declinādo a malo et faciendo bonū nō tam ex timore p̄ntū ex amore. Nam iusticia licet primū in nobis p̄ficitur cuz quadā difficultate p̄pellēte nos ipo dei timore tm̄ in augmento gratie redditur nobis nō solum facilis sed etiā delectabilis vt iam amor qui deus est in nobis regnet p̄ iusticie libertatē quasi in p̄prio suo regno Vñ dicit apl⁹ ad Ro. viij. Nō accepistis spiritū seruitutis itez in timore. Secūda civitas dicit̄ pax q̄ fundata ē inquieta tollerātia passionū. Tunc enī q̄s in omnibus etiā aduersitatib⁹ verā pacē invenit qñ q̄s cōtumelias et iniurias q̄rit. adeptas cū effectu et irrogā nō solū ignoscit sz etiā eos velut intimos diligit. et sic deus libere regnū pacis possidet. Tercia civitas dicit̄ gaudiū in spiritu sancto q̄ fundatū est in certa spe p̄mioz et p̄scientie puritate. iux illud apli. ij. Corīr. j. Gloria nostra hec ē testimoniū p̄scie nostre. Tercio p̄inde p̄t exponi de regno ecclesie militātis q̄ aduenit p̄ fidei dilatationē. Petit igit̄. Adveniat regnū tuū. q̄si diceret. Visita. dilata. et defensa ecclesiaz tuā vt ammotis infideliū. hereticorū. tyrānorū et falsoz fratrū. p̄secutorib⁹ ifideles ad fidē veniāt. tyrāni miteſcāt heretici errorē deponāt. falsi fratres ad vite et iusticie veritatē redeāt. et omnes tuis mandatis obediant. vt sic regnū tuū in omnibus adueniat. Et sic petimus p̄ totius mundi regno vt sic aduenīente dei regno diabolus

in mundo regnare desistat. iuxta ꝓmissuz
dñi dicẽtis Johis. xij. Nunc iudiciũ est
mundi. Augꝰ. ibidem. Hic iudiciuz vocat
a suis redemptis diaboli expulsionẽ. Vñ
sequit. Nunc princeps huius mũdi eijcie-
tur foras. Augꝰ. id est princeps malorum
hoĩm qui habitant in mundo cui quando
post passionẽ. resurrectionẽ. et ascensionẽ
christi ⁊ fide formata renunciat. eijciatur
foras. Sed quia iam fides multorũ mor-
tua est. ideo regnũ huius principis in eis
reuiuiscit. Petimus. Adueniat igitur re-
gnum tuum sicut ꝑ fidẽ sic ꝑ sanctã opera
tionẽ. Quarto denicꝫ ꝑt exponi de re-
gno ecclesie triumphantis quod nobis ad
uenit per eterne glorie adeptionẽ. Nã aĩa
deuota in christo plene quiescere deside-
rans tam ꝑm diuinitatẽ q̃ꝫ humanitatẽ et
ardenter eius amplexibus frui desiderãs
ꝑ cuius amore illi cuncta viluerunt q̃ desi
deria sua aliter temperare non sperat nisi
tota illic transeat vbi facie ad faciẽ illum
irrepercussa acie videat flagitando preca
tur illud citius adimpleri cuz apostolo cu
piens dissolui et esse cum christo qꝛ q̃ꝫdiu
sumus in hoc corpore ꝑegrinamur a dño.
Christus enim sicut regnum dei est in quo
deus trinitas plenissime ⁊ iocundissime re
gnat. sic est et regnum nostrum. quia in il-
lo ꝑm totum hominẽ regnaturi sumꝰ sicut
ꝓmisit ꝓsequens Joh. xij. Et ego si exal-
tatus fuero a terra omnia traham ad me-
ipm. Augustinꝰ. Sed que omnia trahit ni
si ex quibus diabolus eijcitur foras. Nec
ad vniuersitatem hominuz retulit sed ad
creature integritatẽ id est spiritũ. animã
et corpus. Omnia inq̃ꝫ traham et hoc nõ
solum ex passionis merito quo nõ solũ sibi
sed etiã nobis meruit corꝑis resurrectõez
et totius hominis glorificationẽ. sz etiaz
ex amore in cruce ostenso ad genus huma
nũ habet causaz attractiuã mentiũ. quia
maiorem hac dilectionem nemo habuit.
Vel generaliter accipiendũ est. Adueni-
at regnũ tuũ. i. regnũ ecclesie militantis.
veniat ad regnum ecclesie triumphantis
ita vt vnũ regnuz fiat. vnũ ouile. et vnus
pastor. Et hoc ꝑm Augꝰ. ad probam. peti
mus vt desideriũ nostrum ad illud regnuz
excitemus in quo regnat christus cum oĩ
bus sanctis. Qꝛ si querat quale sit regnũ
ad quod tendere debet nostruz desideriũ
Ad hoc dicendũ ꝙ illud regnũ est specio-
suz. copiosuz. pacificũ. et eternũ. Prĩo di
citur esse speciosum ex tribus. Primo rõ-
ne loci. quia in altum situm est ita ꝙ ad il-
lud nõ ascendit aliquid coinquinatum:
Tanta nanqꝫ pulcritudo loci illius est ꝑm
Bern. ꝙ omnis pulcritudo huius mundi
est velut carcer obscurissimus respectu il-
lius pulcritudinis. Hinc ps. Melior est
dies vna in atrijs tuis super milia. Et Au
gustinꝰ in libro de moribus ecclesie. Tãta
est inquit pulcritudo iustie. tanta est iocũ
ditas leticie eterne. hoc est incõmutabilis
veritatis et sapientie vt etiam si nõ lice-
ret in ea amplius manere q̃ꝫ vnius diei mo
ra ꝓpter hoc solũ innumerabiles anni hu-
ius vite pleni delitijs ⁊ circumfluentia bo
norum temporalium recte meritoqꝫ con-
temnerentur. Secundo speciosum rõne
regis presidentis ibidem. De quo dicitur
Isa. xxxiij. Regem suum in decore vide
bunt. in qua visione cõsistit substantialis
gloria que dabitur animabꝰ beatis. Naz
substantialis gloria est perfecta intelligẽ-
tia admirabilis excellentie dei cognite in
sua natura. ac gloriosus amoris actus in
deuz cõtinue inspiratus que hoĩ in eternũ
gloriose cõmunicant. Et sic includit in se
tria scz cognitõz infallibilis veritatis. di
lectionẽ vel fruitionẽ infastidibilis boni-
tatis. et tentionẽ vel possessionẽ inamissi
bilis dignitatis. Vñ paulꝰ in terciũ celuz
raptꝰ ad visionẽ momentaneã decoris eiꝰ
rediẽs ad se q̃ viderat ad plenũ narrare nõ
poterat ꝑ magnitudĩe gl̃e sue sz postea cla
mabat Ad Ro. vij. Ego infelix homũcio
q̃s me liberabit de corꝑe mortis huiꝰ? Ter
cio speciosũ d̃r rõe inhabitãtĩ ꝯsortij. qꝛ te
stante dño fulgebũt iusti sicut sol. imo mi-
nus dixi quia tunc solis lumẽ erit septem
dierum et corpus gloriosum erit septies
clarius illo sole ꝑm Thomã in. iiij. Quid
igitur aĩa erit q̃ tũc illuminabit lumĩe glo
rie q̃si amicta diuinitate cuiꝰ redundãtia

332

corpus hanc claritatem sortiet. vt latius dixi in sermone domini de aduentu eius. Pro his igitur tribus petendis merito. adueniat regnum tuum. speciosum qd vti qz solum datur cōtinentibus se ab illicitis et mortiferis. Secundo dicitur copiosum ꝓpter p̄sentiam omniū verorū bonoꝝ que mens humana desiderare potest. Et vt de ceteris sileam ibi ad fruendū ꝓponit obiectum diuinitatis vnum in essentia ⁊ trinū in personis. Quod quidez q̄tum confert dulcedinis in sua beatifica fruitōne satis ex hoc manifestatur. quia solus odor illi⁹ tenuissimus in presenti sanctis cōmunicatus millesies plus delectat q̄z vniuersum mundi gaudium. Hinc ipsa diuinitas ꝓpter plenitudinem omniū delitiarū ab Augustino fons noīatur. j. Corinth. xij. vbi dicit. Ibi vita beata in suo fonte bibitur Ex cuius gustu omnes vires erunt in actibus suis ꝑfectissimis. quaꝝ actus erūt delicie et gaudia. et sic ꝑpetuo manebūt. Ex quo merito petendum est christiano. Adueniat regnum tuū. scz omni vbertate copiosum quod solum datur pauperib⁹ christi ⁊ eoꝝ subuētoribus. Negabit aūt diuitibus in diuitijs fiduciam ponentib⁹ aut cōtra dei preceptū acquirentib⁹. retinentibus. ⁊ abutentibus. Tercio dicitur esse dei regnum pacificū. quia ibi nullus latro predo. criminator. oppressor circumuētor aduersarius. vel maleficus. accedere pōt sed omnes in illo regno ꝯuenientes tam ꝑfecta charitate mutuo se diligūt ꝙ vnusquisqz sic diligit aliū sicut semetip̄m. ⁊ sic gaudet de bono alterius sicut de ꝓprio. nec poterit ibi quicq̄z sentiri quod possit cordi vel corpori displicere. Et quia pacificum est datur mitibus. humilibus. et pacificis. Quarto dicitur eternū quod a cōprehendentibus nunq̄z potest amitti. Daniel. vij. Regnum eius regnū qd non corrumpetur et regnū sempiternū. Et Joh. vj. Omne quod venit ad me nō eijciam foras. Deniqz in statu glorie adimpletur in nobis hec petitio quādo memoria nostra quietatur in regno id ē in possessione summe maiestatis quod nos reges efficit regni celestis. Ad laudem dei Amen.

Q⁹ quinqz cōcurrunt ad op⁹ meritoriū ⁊ q⁹ quatuor modis intelligitur hec petitio sicut ab hoīe deus quatuor requirit. Ser. xliij

Pacite dignū fructū penitētie. Post petitionē de aduentu regni dei ponit terciā petitionē de voluntate diuina in omnibus adimplenda. Et hoc ideo. quia regnū dei obtinere nō possumus nisi per merita bone actōnis. nec dei nomen sanctificare valeamus nisi bene viuamus. Porro merita et sancta vita haberi nō potest. nisi diuinaz voluntatez adimpleamus. et ideo petim⁹ vt dei voluntas hic a nobis in terra adimpleatur sicut in celis a beatis angelis ꝑficitur et alijs sanctis. In q̄ petitōne summa omnis meriti et bone vite breuissime est expressa. Cum enim deus velit om̄e bonum fieri et omne malum deuitari. Ideo voluntas nostra tunc solū est bona qn̄ innitimur diuine voluntati vt principio mouenti et exemplari regulanti. Quod quia solum in celo perfecte adimpletur. ideo petimus vt in terra a nobis cōformiter ei⁹ voluntas adimpleatur. Et sic ostendit in nobis in petitione hac ꝙ in omni actione nostra semper aspicere debeamus ad exemplar celestis gratie et optare ꝓ viribus ei cōfirmari vt impleamus preceptum illud Leui. xj. Sancti estote quoniā ego sanct⁹ sum. Hec est enim voluntas dei sanctificatio vestra. vt dicitur. j. Thessal. iiij. Hinc igitur incidentaliter queri potest vtrū diuina voluntas semper impletur sicut sentire videtur Aug⁹. in Ench. dicens de homine. Semper deus implet suam voluntatem quia nihil facit homo de quo nō operetur deus quod vult. Non enim vult deus ꝙ homo peccet. si autem peccauerit penitenti vult parcere. In peccatis vero perseuerantem punire. sicut alios ab eterno p̄parauit ad penam alios ad gloriam Ad hoc respōdet Alex. de halis in prima parte summe inter alia ꝙ duplex est volūtas dei. Prima est voluntas beneplaciti

qua scz deus vult et q̃ video deus est. De qua dicit̃ ad Ro. xij. vt probetis q̃ est voluntas dei bona beneplacens et perfecta Cũ dicit bona significat ꝙ bonũ est semꝑ volitum volũtate diuina. Et addit beneplacens quod signat immobilitatẽ siue q̃etem ex ꝑte voluntatis et voliti. Cuz vero subiungit. ꝑfecta significat cõplementum voluntatis et voliti vt nihil desit q̃n fiat quod vult. Secunda dicit̃ volũtas signi ⁊ recipit multiplicationẽ in quinq̃ q̃ sunt. ꝑmissio. oꝑatio. ꝑceptio. ꝓhibitio. et cõsilium. De quibus ps. Magna oꝑa dñi exquisita in omnes volũtates eiꝰ. Cõtra voluntatẽ igit̃ beneplaciti q̃ deꝰ est nihil fit sed semꝑ implet̃. Cũ igit̃ dicit̃ aliq̃d fieri cõtra voluntatẽ dei. Hoc intelligit̃ cõtra voluntatẽ signi alicuiꝰ ip̃ius dei. nõ tamẽ signi qđ ẽ ꝑmissio vel oꝑatio. qꝛ illa semꝑ implet̃ sed cõtra voluntatẽ signi qđ est ꝑceptio. ꝓhibitio. vel ꝯsiliũ. ⁊ hoc ostendit Augꝰ. cum ꝓsequit̃ in Ench. et dicit đ malis loquens. Quantũ enĩ ad ip̃os scz peccatores attinet quod deus noluit fecerũt scz cõtra voluntatẽ signi qđ est preceptio ꝓhibitio vel ꝯsiliũ. Sequit̃. Quantũ vero ad eius omnipotentiã. i. voluntatẽ eiꝰ omnipotentẽ que est beneplaciti nullo mõ id facere valuerũt. Hoc quippe qđ est ꝯ dei voluntatẽ fecerũt scz ꝑcepti ꝓhibiti vl̃ cõsilij de ip̃is facta est voluntas eius. Quia q̃tũ ad voluntatẽ ꝑmittentẽ nõ fiũt mala ꝑter eius voluntatẽ. i. ꝑmissionẽ ⁊ hoc est quod subdit dicẽs. Vt miro mõ non fiat ꝑter eius voluntatẽ. Et istud ostendit Ansel. ꝑ similitudinẽ (libro. j. cur deus homo) dicẽs. ꝙ ea q̃ celi ambitu cõtinent̃ si vellent nõ esse sub celo aut elongari a celi ambitu nullatenus possent nõ sub celo esse nec fugere celũ nisi appropinquando celo. Nã et vñ ⁊ quo irẽt sub celo essent. et q̃tomagis a qualibet celi ꝑte elongarentur tãtomagis opposite ꝑti appropinquarent Ita q̃uis homo vel malus angelus diuine volũtati ⁊ ordinatõni subiacere nolit. nõ tñ effugere valet. qꝛ si vult effugere de sub voluntate iubente. currit sub voluntate puniẽte. Et si q̃ris q̃ trãsit nõ nisi sub volũtate ꝑmittẽte. Et hoc ip̃m qđ ꝑuersũ vult aut agit ad vniuersitatis potestatẽ. ordinẽ. pulcritudinẽ. summa sapiẽtia cõuertit. De hac tñ materia plenius vide in sermonibꝰ de diuersis. sermõe đ diuina voluntate et nostre volũtatis cõformitate. Secũdo queri ꝑt. cur igit̃ deꝰ mala ꝓhibz bona ꝑcipit. et optima cõsulit. cũ hominẽ reliquit in manu liberi arbitrij sui. Dicit̃ enĩ in ps. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Et iterũ dicit̃ Eccle. xv. Deus ab initio cõstituit hoĩez et reliq̃t illũ in manu cõsilij sui. Ad hoc dicendũ ꝙ deꝰ nõ ꝓhibuit mala nec ꝑcipit bona nec cõsuluit optima vt vellet ab oĩbus efficaciter mala vitari et bona simpliciter fieri. qꝛ si simpliciter vellet vtiq̃ fieret eo ꝙ a nullo ꝑt eius voluntas impediri. Sed ideo ꝑcepit vt iusticiã suã omnibus ostẽderet ⁊ mali ꝑ hoc ĩ excusabiles fierẽt et penã ex inobedientia sentirent. boni vero ex obedientia diuinã gratiam acquirerẽt. sicut alios ad penã ꝑparauit. alios ad gloriam. Tercio q̃ri ꝑt de hac petitõne sicut et de duabus precedẽtibꝰ. cur nõ dixit dñs. Pater sanctificetur nomẽ tuũ ĩ nobis. fac aduenire regnũ tuum sup nos. et fac voluntatẽ tuã de nobis. Nec iterũ dixit. Sanctificemus nomẽ tuũ. suscipiamus regnũ tuũ. et faciamus voluntatẽ tuã sed ĩpersonaliter posuit. sanctificet̃. adueniat. fiat. Ad hoc respõdet Criso. ꝙ ideo iste petiones ponũtur impersonaliter qꝛ christus hic multuz caute loquit̃ ostendere volẽs ꝙ ad operationẽ meritoriã opus vtriusq̃ ꝑsona req̃ratur scz tã ꝑsone create q̃ increate. Nã ad opus meritoriũ vite eterne necesse est cõcurrere deũ ⁊ hoĩem. Quia sicut homo nõ ꝑt facere bonũ nisi deũ cooperãte Juxta illud. sine me nihil potestis facere. ita nec deus ꝑt facere opus meritorium vite eterne nisi hoĩe volente et cõcurrente. Sicut a simili terra nõ fructificat sine semĩe nec semẽ sine terra. Ad maiorẽ aũt euidẽtiã sciendũ ꝙ quĩq̃ sunt breuissime ꝯsideranda. Primo ꝙ volũtas dei ꝑfici nõ ꝑt in nobis q̃ ad oꝑa meritoria nisi deo cooperante ⁊ auxiliãte ꝑ gratiã gratũ facien

333

tem. qz licz homo opa de genere bonoꝝ faciat illa tñ nō sunt vite eterne meritoria nisi volūtas boīs ꝓpareť a deo ꝙ gratiā. dicit Aug⁹ in. iij. reſpōſione ꝓtra pelagiū Et huiꝰ cauſam ponit ſanctꝰ Tho. in ꝑma ſe. q. cix. q hoc eſt ideo. qz vita eterna eſt finis excedēs ꝓportionē humane nature. Hinc ꝙ ſua naturalia nō poteſt homo ꝓducere opa meritoria vite eterne ꝓportionata. ſed ad hoc exigiť altioꝝ virtus ſcz virtꝰ gratie. Et ideo dicit apls. j. Corinth. xiij Si diſtribuero in cibos pauꝑū ꝛc. Scdo q nec volūtas dei fit in nobis quo ad opa meritoria etiā ſi videať fieri qñ eſt ꝓceptū niſi ꝓcurrēte. ꝓſentiente. ſiue boīs voluntate coopante. ſm illud Aug⁹. in libro cōfeſſ. Qui creauit te ſine te nō iuſtificabit te ſine te. Cuiꝰ rō eſt. qz deus nō acceptat coacta ſeruitia ꝛ opa inuoluntaria. Hinc ſup illud. j. Corint. ix. Unuſquiſq ꝓut deſtinauit in corde ſuo nō ex triſticia aut ex neceſſitate ꝛc. dicit glo. Qui enim dat vt careat tedio interpellātis ꝛ nō vt reficiat viſcera indigētis. et rē ꝛ meritū perdit. Quicqd igiť boni facis cū hilaritate fac ꝛ benefacis. Si cū triſticia facis de te fit nō tu facis. Tercio q ſi velle boīs ad opus meritoriū efficaciter ꝓcurrerit. ſtatī ꝛ ſemp ꝓcurret etiā efficaciter ꝛ vel le diuinū. Cuiꝰ rō eſt. qz deus immutabiliter ſe habet ad tribuendū donū gratie oī volente recipe. faciēdo qđ in ſe eſt. ꝛ ſic illa neceſſitate coactus nulli ſe negat debite ꝑparato Dicit eī Aug⁹ ſup illō ad ℞o. v. Juſtificati ex fide pacē habeam⁹ q deus recipit ꝓfugiētes ad ſe. Aliter ī eo eſſz iniq̄tas. In cuiꝰ argumentū Jath. xv. dicēte chananea. dñe adiuua me. ſtatī affuit velle diuinū cū chriſtꝰ rñdit. Magna eſt fides tua fiat tibi ſicut vis. Quarto q opus bonū fit ab vtroq̄ ſcz totū ab boīe inſtrumētaliter. et totū a deo ꝑncipaliter vel cauſaliter. Et hoc ideo. qz oīa humana opa virtuoſa deꝰ in nobis opať ꝙ gratiā ꝓuenientē ꝛ deificat ꝙ gratiā gratū facientē. Unde ſup illud Jobis. xij. Aqua quā ego dabo fiet in eo fons aque ſalientis in vitā eternā dicit Lyra. q xp̄s hoc dicit. qz ꝙ gratiā ſpiritusſancti mentē ĩhabitat qui eſt origo gratie faciētis boīez ſalire ī vitā eternā. Naturale eſt enī q aqua tñ aſcendere ꝑt q̄ſtū deſcēdit. ꝛ ideo ſicut aq̄ gratie ī nos a deo deriuať ita ꝙ ipſaz opa noſtra ad deū eleuanť. qz ſic ꝙ ipſam diuine nature conſortes efficimur. vt dicit. ij. Pe. j. ſic etiā ꝙ ipſaz opa noſtra bona qđammō deificāť ita q eterno ꝑmio digna iudicanť. Alioq̄n quis ꝙ mica panis ſuſciperet vbertatē regni celeſtis. Et ſic opus noſtrū totū eſt ſuū ꝙ gratiā ꝓuenientē ꝛ deificantē. ac totū noſtrū ꝙ volūtatē liberam conſentientē ꝛ cooperantē. Quinto q ex iā dictis nondū habeť ſalutaris opatō niſi aſſit ꝛ recta intētio q̄ potiſſime relucz in ꝓfecta conformitate volūtatis noſtre cuz diuina volūtate. Exempli gra. qz nō ſufficit illō facere vel velle qđ deus vult q̄ cōformitas eſt finalis vrpote. deꝰ vult q opera pietatis fiāt cū pura ꝓſciētia qđ tñ ꝑficit in gra conſtitutus. Nec etiā hoc ſufficit qz forte cauſa eſſet cōpaſſio naturalis et lic nō mereretur. Et ideo oportz q fiat etiam ad qđ deus vult q̄ eſt cōformis in rōne finis. i. ꝓpter amorē dī totaliter vt ſalutem ꝓncipaliter. Et hec vltima duo ꝓfectū opꝰ meritoriū conſtituūt. His igiť ꝑmiſſis ſciendū q hec petitio ſm Aug⁹ in li. de ſermone dñi. quatuor modis intelligi ꝑt. Et ſm hoc q̄tuor req̄ret deuſ ab boīe. Nā primo vult deus ꝙ boīe beatitudīs ꝓſecutionē. qz ad hunc finē creauit deus boīem vt beatitudinē cōſequať. q beatitudo ī angelis iam eū ꝓfecta ſed in boīb⁹ reſtat adhuc ꝑficienda. Et ideo chriſtus orare docuit. Fiat volūtas tua ſicut in celo ꝛ in terra. quaſi diceret ſm primā expoſitionem Aug⁹. Sicut in angeliſ qui ſunt in celis fit volūtas tua vt in oī mō adhereāt tibi teq̄ fruanť nullo erroꝛe obnubilāte eoꝝ ſapientiā. nulla miſeria impediēte eoꝝ beatitudinē. Ita fiat in electis tuis qui in terris ſunt ꝛ de terra formati q̄ſtum ad corpus. qz q̄uis in celeſtē habitationē nō ſint aſſumpti tñ de terra ſunt aſſumēdi ꝛ in angelicā ſimilitudinē trāſumendi. Iſaac in colł. patrū. Nō poteſt eē maioꝝ oratio q̄

optare vt terrena mereant celestibus adequari. Nã quid est aliud dicere. fiat voluntas tua ꝛc. ꝙ vt sint homines simile et angelis ꝛ sicut ab illis fit voluntas dei in celis sic etiam hi qui sunt in terris non suam sed eius vniuersi faciant voluntatem. Vel ita intelligendum est. fiat volũtas tua sicut in celo scilicz materiali ī quo oĩa tenẽt ordinẽ suũ et cursum in pace sic etiã in terra in oĩb⁹ seruẽt pax ꝛ ꝓcordia tua. vt ab oĩb⁹ cognoscat ꝛ ꝑsequat volũtas tua bona beneplacẽs ꝛ ꝑfecta vt que odis odiamus ꝛ q̃ diligis diligam⁹ et que ꝑcipis impleam⁹. Vñ tm̃ exoptat christ⁹ volũtatẽ nr̃az ꝓformari diuine ꝙ Math. xj. in fine de talib⁹ loquit̃ familiariter dicens. Quicũ ꝙ fecerit voluntatez patris mei q̃ in celis est. ipe meus frater sozor et mater est. Mater in q̃. qz in eo christ⁹ spiritualiter opatõne spiritussancti cõcipit̃. sozor aũt et frater. qz coheres regni efficitur. nã vtrũ ꝙ noĩat ne sexũ aliquẽ ꝓtemnere videat̃. Secũdo vult deus de hoĩe ꝑceptoꝛuz obseruantiã quib⁹ ad beatitudinẽ ꝓueniat̃ dicẽte dño Math. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mãdata. q̃ vtiz a peccatoꝛib⁹ nõ obseruant̃. et ideo peccatores noĩant̃ sed obseruare ꝑñt si ꝙuertant̃. Et ideo oram⁹ ꝑ eoꝛundẽ ꝙuersione dicẽtes. fiat volũtas tua. q̃si diceret. Sic̃ sancti et iusti voluntatẽ dei ꝑficiunt in obseruatione oĩm mandatoꝛ q̃ ꝓpterea dicunt̃ celi et celestes. qz cũ apl̃o eoꝛ cõuersatio in celis ẽ. sic ꝙuertant̃ etiã peccatozes ad implẽdũ dei mãdata. que scz implẽdo dei voluntatẽ ꝑficiũt. Vñ ſm Leiso. saluatoꝛ noster hãc oꝛõz ꝑ toto oꝛbe terrarũ cuilibet fieri iniunxit. Ideo nõ dixit. fiat volũtas tua in me vel in illo aut in nobis fidelibus tm̃. sed vbiz terraz vt soluat̃ erroꝛ et plantet̃ veritas expellat̃ malicia ꝛ plantetur virtus. et sic nõ differat iam celũ a terra. Hoc aũt se demõstrat oprare deus. Ezech. xviij. vbi dicit. Nunq̃d volũtatis mee est moꝛs impĩj ꝛ nõ magis vt ꝙuertatur ꝛ viuat. Tercio vult de⁹ in hoĩe reparari ꝑmi status illi⁹ ꝙditionẽ. Pꝛio nãq̃ fecit deus hoĩez in statu tali ꝙ nulla erat resistentia carnis ad animã ita ꝙ nõ poterat aliq̃d ꝓtra deũ in aĩaz surgere nec cõtra aĩam in coꝛpe q̃n posset sine oĩ difficultate abĩcere. sed post peccatũ in penã sentit in se rebellionẽ homo ꝛ pugnam. qz ſm apl̃m. ad Gal. v. Caro ꝙcupiscit aduersus spiritũ. et spũs aduersus carnẽ. Hec enim sibĩ inuicẽ aduersant̃. glo. Spũs enĩ natõnis celestis. caro aũt est terrestris. Dum vnũq̃q̃ ad suã patriã tẽdit fit pugna vehemẽs. aduersant̃ enĩ intantũ vt nõ que cũq̃ vultis scz bona vel mala illa faciat̃ id est facere ꝓmittamini. Q⁹ si spiritu ducimini nõ estis sub lege scz carnis oppresse Et q̃ spiritu dei agunt̃. hi filĩ sunt Sed qz pugnã hãc plene ī pñti vincere ſm spiritũ nõ possumus sed in futuro q̃n natura restituetur in pꝛistinũ statũ cũ coꝛpus illud animale resurgat spũale. imo tunc caro multo ꝑfecti⁹ subĩciet̃ aĩe q̃ in ꝓmo statu subiecta fuerat. Et ideo iam idipm̃ oram⁹ di cẽtes. fiat volũtas tua. vt sic ꝑ celũ intelligat̃ aĩa vel spiritus ſm quẽ delectamur ī lege dei ꝛ vellem⁹ libẽter obedire ꝓceptis dei ꝛ ꝑ terrã coꝛpus nostrũ q̃ ſm se ꝓtrariat̃ legi dei quasi dicerem⁹. fiat volũtas tua ꝛc. in celo. i. in spũ vel ꝓprie in sinderi si que semꝑ malũ refugit ꝛ ad bonũ stimulat vel inclinat. vel etiã in rõne que ſm se semꝑ bonũ appetit ꝛ in terra scz fiat. i. in cõscientia ꝑ expulsionẽ mali ꝛ dilectionez boni vel ꝓprie in sensualitate. i. in inferiori natura q̃ oĩb⁹ bonis sp aduersat̃ ꝛ mala appetit. Veruntamen licet in futura vita dumtaxat coꝛp⁹ nostrũ ꝛ sensualitas nullam rebellionẽ exercebũt ꝓtra spiritũ. tm̃ hoc ipm̃ in viris ꝑfectis etiã hic ꝑt inchoari. et ideo frequẽter hoc efficati⁹ oꝛandũ est.. Quarto vult deus ab hoĩe capitz cũ mẽbris ꝑfectam copulationẽ. Caput igit̃ oĩm hominũ imo ꝛ angeloꝛ est xp̃s Jesus qui suis mẽbris in presenti cõiungitur ꝑ gratiã et in futuro ꝑ gloriã. Oramus igit̃ fiat volũtas tua in celo. i. in christo capite nostro qui dicebat. Nõ veni facere voluntatem meam sed eius qui misit me. Cibus meus est vt faciam voluntatẽ patris mei quod ꝛ ope monstrauit q̃n turpissimã

mortem ex obedientia sustinuit. Et sic in terra infirmitatis nostre qui sum⁹ mẽbra eius. Nam ꝑ celũ recte christus intelligit̃ et ꝑ terram ecclesia militãs. sic̃ enĩ terra fecundatur celo. ita ecclesia militans fecũdatur christo ꝑ gratiã. Unde glosa super hunc locũ dicit ꝙ hic petimus vt nostri arbitrij libertas diuine volũtati ꝑ gratiã societur que scz gratia fluit a capite christo. Preterea cõsequenter p̃t intelligi. fiat voluntas tua sicut̃ in celo et in terra. scz tui spiritualis influxus ⁊ infuse gratie sic fiat in terra ꝑ effectũ executionis subsequẽte opere. Veruntñ in statu glorie ꝑfecte petitio p̃sens dumtaxat adimplebit̃ quãdo Jesus christus sibi copulabit ecclesiã gloriosam nõ habentẽ maculã neqꝫ rugã tanq̃ sponsam electã. Tũc enĩ fiet voluntas dei in nobis sicut in celo aĩe sic et in terra corporis beati ita ꝙ volũtas nostra totaliter in voluntatẽ diuinam trãsformabit̃ fruitõne summe bonitatis ⁊ omnes alie vires inferiores. imo tota natura modo sibi cõuenienti deificabit̃ vt sic ſm apostolum sit deus ⁊ omnia in omnibus. Ad laudem dei Amen.

De triplici pane quẽ petimus scz corporali spirituali et eternali. Et de virtute sacramenti eucharistie. Ser. xliiij.

Facite dignũ fructũ penitẽtie. Visis iam de istis trib⁹ petitõnibus que ordinãt hominẽ dei in nobis sanctificari et eius regnũ nobis aduenire. ip̃iusqꝫ voluntatez in nobis fieri sicut in angelis licet aliquo mõ in hac vita possunt inchoari in hac vita nõ tñ ꝑfecte nisi in futura vita possidebunt̃. Jaz ordine debito de quatuor sequẽtib⁹ petitionibus ꝓsequendũ est que sunt tꝑales ⁊ ad defectũ hoĩs respectũ habentes et ad eterna cõsequenda nacessario iudicantur Pro quo notandũ ꝙ ad tres petitões p̃dictas ꝯsequendas ſm ꝙ animã ordinãt ad deum ꝑ gratiã vel ꝑ gloriã duplicẽ habemus defectũ. Primus est impotẽtia ꝓpter quam illas petitões cõsequendas ꝑuenire nõ possumus. et sic cõtra illuz defectum ponit̃ quarta petitio. Secundus est malicia per quã conamur illas impugnare et sic contra illum defectũ ponunt̃ tres alie vltime petitões. Quantũ igit̃ ad ammonendũ defectũ impotẽtie postulam⁹ auxilium dicẽtes. Panẽ nostrũ cottidianũ da nobis hodie que est quarta petitio in qua pane vite sustentari petimus. Et hoc ideo. qꝛ ad dei seruitiũ ſm dei voluntatez ꝑagendũ necessariũ est nobis robur sustẽtamenti corꝑis ⁊ aĩe. Et qꝛ in pane intelligitur omne necessariũ ad victũ corporis ⁊ spũs. Ido sub noĩe panis nõ solũ petim⁹ necessaria tꝑalia ꝓ dei seruitio sed etiã bona spũalia ꝑ que mens reficit̃ et cõfortat̃ Et sic in orõne hac trina cõcludit̃ petitio. scz casta que petit ordinate tꝑalia. castior que spũalia petit scz virtutes. gratias. et alia dona. ⁊ castissima q̃ petit ip̃m deuz et sue deitatis intima. Quantũ igitur ad primã petitionẽ q̃ casta dicitur oram⁹. panem nostrũ cottidianũ da nobis hodie. in qua petitõne quicq̃d est necessariũ humano corpori postulat̃. Q⁹ si querit̃ cur oremus ꝓ his adipiscẽdis que huic vite sunt necessaria cum dic̃ dñs Nolite sollicitiẽ quid mãducetis aut quid induamini? Sz nullus p̃t nõ esse sollicitus ꝓ ea re pro qua adipiscẽda orat. Ad hoc respõdet Aug⁹. ad ꝓbam dicẽs. ꝙ sufficientiaz vite nõ indecenter vult qui vult et nõ ampli⁹. quia hanc sufficientiã nõ apperit ꝓpter seip̃am sed ꝓpter salutẽ corporis ⁊ habitũ cõgruentem ꝑsone hoĩs quo habitu nõ sit incõueniens eis cum quib⁹ honeste viuendum est. Ista igit̃ habent̃ vt teneant̃ cum nõ habent̃ vt habeant̃ orandũ est. Preterea Tho. scd̃a scd̃e. q. lxxxiij. dicit ꝙ licz orare qd̃ licet desiderare. sed tꝑalia desiderare licz nõ in eis q̃s finẽ ꝯstituat sed q̃si amminicula quib⁹ iuuamur ad tendenduz in beatitudinẽ ad qd̃ organice deseruiũt. Et sic mens nostra nõ remanet in eis depssa vt in eis requiescat sed vt magis eleuetur sursum ad beatitudinẽ cõsequendam. Tñ quia huic petitõni nõ est apponẽda nimia

sollicitudo. ideo dominus adiunxit. cotti
dianuz. Ad maiorē aūt euidentiā sciendū
q̄ in hac petitōe quicq̄d humano corpori
necessariū postulat̄. Sed vt dicit̄ Eccle.
xiij. Qui tetigerit picem coinquinabit̄ ab
ea. ideo ne sub pallio necessitatis implice-
mur reb⁹ tp̄alibus ac inficiamur reb⁹ ter-
renis docet christus in desiderio terreno-
rū sex vicia euitare ī sex verbis in hac orō
ne cōtentis. Primū viciū est sup̄fluitas q̄
facit incautos apostatare a deo ⁊ ab omni
bono. Nimirū cū sit fomentū oīm viciorz.
Quapp̄t orat sapiēs Prouer. xxx. dicēs
Diuitias ⁊ paup̄tates ne dederis mihi.
sed tm̄ victui meo tribue necessaria ne for
te saciatus alliciat ad negandū. Et iō do-
cet nos petere panē vt s̄m Crisō. sup̄ Mat
luxuriosos cibos cōpescat. vt dicit̄ Eccl.
xxix. initiū vite hoīs aqua ⁊ panis. Et vt
dicit Hugo de sancto victore. Dicit panē
cibū ad necessitatē ⁊ nō ad voluptatē q̄si
diceret. Da nobis victū necessariū. Secū
dum viciū est rapacitas q̄ solet sequi ex de
siderio superfluorz. Et ideo addit nostrū.
nō alienū vt dicit Criso. sup̄ Math. Po
test hic panis materialiter sumi quē nō so
lum petim⁹ vt habeamus qd̄ est cōmune
iustis et peccatorib⁹. sz vt qd̄ manducam⁹
de manu dn̄i accipiamus qd̄ est tm̄ beato-
rū. Nā illi deus dat panē qui cum iusticia
requirit panē. Nam panis alien⁹ est oīs
illicite acquisitus. Dicit etiā nostrum nō
meū. qz nemo debet sibi soli dei bona vsur
pare. Nā s̄m Criso. sup̄ Math. Deus oīa
que nobis dat nō solū tribuit nobis sed p̄
nos alijs vt de eis partē indigēti faciam⁹
Qui igit̄ de laboribus suis nō prestat indi
gentibus nō tm̄ panē suum manducat sed
etiā alienū. In cuius argumentū s̄m an-
tiqua iura oīa lucra de laborib⁹ mercan-
cijs decimari debēt. vt ptz latius ī sermo
nibus d̄ decē preceptis in quarto p̄cepto
Terciū viciū est anxietas. Nā plerique licz
abstineāt ab illicitis lucris. raro tn̄ super
fluam sollicitudinē effugiūt. Et ideo neve
lint in longū desideria petitōnis extende
re et cōtra p̄hibitionē dn̄i. Math. vj. de
crastino cogitare addit cottidianū. i. non
ad multos annos in horreis ⁊ cellarijs re-
seruatū a quo plures pauperes ali possent
cū eis superflua debeant̄. Cottidian⁹ enī
panis nihilomin⁹ dici possit quicq̄d p̄ lo-
co ⁊ tp̄e discreta ⁊ debita sollicitudo reser
uat. Dicit cottidianū. qz cottidie materi-
ali pane indigem⁹ ad corp̄is nutritionē ⁊
deperditi restaurationē sicut oleuz ꝯtinue
necessariū est ad fomentū lumīs. Quia si-
ne nutrimēto marcesceret homo p̄pter na
turalē calorē agentē in humidū radicale
et ip̄m cōsumentez p̄pter qd̄ homo tantū
comedere debet vt viuat et naturā ad ho
norē dei reseruat nō aūt viuere vt come-
dat. Unde s̄m Criso. panē cottidianū iō
inquit vt quilibet manducet tantū q̄tum
natura requirit ⁊ indiget. nō tantū q̄tuz
luxuria desiderat. Quartū est arrogātia
Sunt enī plerique qui diuitias quas possi-
dent suo vel suorz labori. sollicitudini. aut
industrie gloriā tribuētes obliuiscunt̄ il-
las se suscepisse a deo oīm largitore. rapi-
nam ꝯtra dei gloriā arbitrātes cuius est
terra et plenitudo eius. Et ideo subiūxit
da. quia tuū est cuius sunt vniuersa q̄ das
escam omni carni. Quintū est tenacitas
que ex hac arrogātia ortum habet. Cū eī
suo labori seu industrie deuicias acq̄sitas
ascribit omnē diminutionē substantie ei⁹
reputat velut exinanitionē. Dicit Basili
us omel. j. Si fateris ea diuinitus p̄uenis-
se an iniustus est deus qui inequaliter no-
bis res diuidit. Cur tu habūdas ille vero
mendicat. nisi vt tu bone cōpensatōis me
rita cōsequaris?. ille vero patiētie brauijs
decoret̄. Et ideo dn̄s addit nobis et non
mihi. quia dn̄s largit̄ tp̄alia nō soluz p̄ se
sed etiā p̄ alijs indigētibus. xlvij. dis. ca.
Sicut. Esurientiū panis est quē tu tenes
nudorz vestimentū qd̄ recludis miserorūz
redemptio ⁊ absolutio est pecunia quā tu
in terra refodis. Vide ibi totū textū Am
bro. cōtra auaros. Sextū est desideriū diu
viuendi et terrenis abutēdi sicut diues q̄
horrea maiora implens ait aīe sue. vt ptz
Luce. xij. Quo cōtra ponit hodie q̄si dice
ret. Petite q̄ necessaria sunt ad pn̄s tp̄s.
qz nescitis quid vobis sup̄uētura pariat

335

dies. Secundo principaliter in hac petitõne includit petitio castioꝝ q̃ scz petit spũalia id est nutrimentũ spirituale ipius aĩe dicẽs. Panẽ nostrũ cottidianũ ꝛc. qõ intelligi ꝑt tam de pane doctrine q̃ de pane gratie ꝛ eucharistie. Nã q̃tũ ad primũ dicit Matth. iiij. Nõ in solo pane viuit homo sed in omni verbo qõ ꝓcedit ex ore dei Raban⁹ ibidẽ. Quia sicut corpus humanũ nõ viuit sine terreno cibo. Et ideo dicit Aug⁹ q̃ sicut nullũ est maius signũ eterne ꝑdestinatõis q̃ verba dei libẽter audire. sic nullũ peius est signũ q̃ illa cõtemnere. Vnde Joh. viij. Qui ex deo est verba dei audit. ꝓpterea vos nõ auditis qꝛ ex deo nõ estis. Et ideo cottidie petẽd⁹ ẽ panis iste. Qui spiritualiter quatuoꝛ ĩ nobis facit. Primo vinificat affectũ hoĩs peccantis sanãs peccati vulnera. Multi nãq̃ carentes vita gratie. ex gustu panis huius cõcipiunt ꝓpunctõis spiritũ. ꝓfirendi. satisfaciẽdi. ꝛ a peccato abstinẽdi ꝓpositum. Et sic aĩe vita scz deus ingrediens ipam aiam expulsa peccati morte ꝛ moꝛtis autoꝛe statim viuificat ꝑ gratiã ꝛ ei⁹ vulnera sanat. Sapiẽ. xvj. Neq̃ herba neq̃ malagma sanauit illos sed tuus dñe sermo qui sanat oĩa. Secũdo ꝓfirmat coꝛ hominis petẽtis Juxta illud ps. Et panis coꝛ hoĩs cõfirmat quo scz pane cũ Helya oportet nos ambulare vsq̃ ad montẽ dei Nã multi veniũt ad illud desolati ꝛ cõsolantur. multi etiaz opibus bonis fatigati ex temptatõne pusillanimitate ꝛ in bono cõcepto cõfirmanꝫ. Tercio coꝛ hoĩs illuminat ꝓficientis. in agendoꝝ scz cognitõne ps. Declaratio sermonũ tuoꝝ illumĩat ꝛc. Quia nimirũ ostẽdit que sunt diligenda. odienda. fugiẽda. ꝓsequẽda. timenda et amplectenda. expediẽs nos ab oĩ erroꝛe. cũ ecõtra verba humana plena sunt oĩbus erroꝛib⁹. qꝛ diminute sunt veritates. a filijs hominũ. Quarto delectat coꝛ hoĩs ad ꝓfectionẽ ꝓuenientis. cõtinẽs in se oĩe delectamentũ ꝛ omnẽ sapoꝛẽ suauitatis. quẽ scz gustans Petr⁹ ait Joh. vj. Dñe ad quẽ ibimus verba vite eterne habes. Et ps. q̃dulcia faucib⁹ meis eloquia tua dñe. sup mel oꝛi meo. Preterea ꝑt etiam nõ inconuenienter intelligi de pane gratie virtutũ et donoꝝ oĩm. Vnde quilibet deuotus quasi mendic⁹ coꝛaz diuite ꝛ benigno patre ꝓcumbens ꝛ inopiã suã ostentans flagitare debet panẽ gratie ampliꝛis quo cõfoꝛtet ꝓsolet. ad resistendũ animetur. quo inq̃ mẽtẽ ab internoꝝ inedia releuet ꝛ alimẽto virtutũq̃ donoꝝ reficiat. Denicq̃ etiã ꝑt intelligi spiritualiter de pane q̃ cottidie cõficitur in altari quẽ licet nõ teneamur cottidie sumere sacramentaliter tñ eius receptionẽ spiritualez debemus cottidie petere in spũali vita ne cessariã. Nã hũc panẽ spũaliter recipe est ipi xpo ꝓfidẽ ꝛ charitatẽ incoꝛporari Vñ Aug⁹ Vr q̃d paras dentẽ ꝛ ventrẽ. crede et mãducasti scz fide charitate formata. Cõsulendũ tñ est q̃ etiã sepe sacramẽtaliter sumat vt sic habũdanti⁹ effectũ ei⁹. i. rẽ sacrã ꝓsequat. Nã qñ quis eucharistiã accipit q̃nq̃ piter accipit ꝛ ꝑ ꝓsequẽs q̃nq̃uplicẽ fructũ ꝓsequit. Primũ est ipm coꝛpus qõ de virgine xps accepit ꝛ ex hoc efficit ꝑticeps oĩm bonoꝝ q̃ xps in moꝛtali coꝛpe opat⁹ est ac passus. imo oĩm q̃ fecit deus ab Adã vsq̃ ad diẽ nouissimũ etiã q̃ in celo sunt. idcirco dicit ꝓmunio. Scõm est sanguis ipi⁹ ꝑciosus quẽ ꝑ nobis effudit habunde ĩ cruce. et ex hoc mundamur ab oĩ macula. etiã moꝛtaliũ oblitoꝝ si tñ in ꝓfessione fecerit q̃s qõ in se fuit. Si enĩ vt dicit Hebꝛe. ix. Sanguis thauroꝝ et hircoꝝ ꝛ cinis vitule aspersus scz in aqua sanctificat ad emundatõz carnis Hec patent Nũe. xix. q̃tomagis sanguis xpi qui ꝑ spiritũ sanctũ semetipm obtulit imaculatũ deo emũdabit ꝓscientiã nostram ab opib⁹ moꝛtuis ad seruiendũ deo viuẽti q̃ scz in infinitũ est cariꝝ ꝛ ꝑciosioꝝ Terciũ ẽ ipa aĩa xpi quã pater misit de coꝛde suo in vterũ virgis. Et ex hoc q̃ homo tã notabili doꝛat deposito piter acq̃rit deletõnẽ reat⁹ ita q̃ pẽ misericoꝛdiarũ ĩmemoꝛ iniurie. pene ꝑ petis debitã relaxare dignat. ꝑm tñ dispositionẽ sumẽtz magis vel minus. Nã ꝑm Tho. in. iiij. tãt⁹ ꝑt eẽ feruoꝛ in sumẽte q̃ oẽm maculã ꝛ oẽm reatũ deleat aiaz ab omni scoꝛia peccati reddẽs immunẽ licet ad modũ pauci tali deuotõ

ne ferant̃ in ip̃m sacramentũ. In aliis aũt
ſm quantitatẽ ⁊ qualitatẽ deuotõis absu
mit peccatoꝝ maliciã ⁊ reatũ. Quartũ ẽ
ip̃a vita cũ corpe et ex hoc ꝙ fidelis acci
pit vitã cũ corpore mutat̃ in deũ sicut ci
bus et potus cõis mutat̃ in comedentem.
Vñ dicit Bonauẽ. sup. iiij. dis. xij. ꝙ ꝓ
prius effectus hui⁹ sacramẽti est iam deo
vnitũ magis viuere ⁊ totũ hoĩem in xp̃m
cõuerti ⁊ xp̃o incorporari sicut carbo igni
tus ab igne totus incorporat̃ et alterat̃.
Et ex hoc accipit virtutẽ ad resistendũ oĩ
bus viciis cõcupiscẽtiis ⁊ temptatõnib⁹.
Quintũ est tota trinitas q̃ simul sumitur
sp̃ñaliter mirabili ⁊ ineffabili mõ. nisi mẽ
titũ asseris q̃ ꝓmisit. Ad euꝫ veniemus et
mansionẽ apud eũ faciemus. Et ex h̃ aĩa
illa implet̃ gratia diuina. qꝛ nihil p̃t aĩaꝫ
implere nisi solus de⁹. Felix igit̃ q̃ hũc pa
nẽ frequẽter mãducat. qꝛ manducantẽ re
plet cũ bono Ecõtra vo ve hoĩ indigne mã
ducanti. qꝛ nulloꝝ hoĩm corda sic in malũ
indurant̃ sicut illoꝝ q̃ frequenter indigne
manducãt. Tercio in hac petitõe includit̃
petitio castissima q̃ petit ip̃m deũ fruitõe
fidelissima possidere ⁊ felicissĩa dicẽs. Pa
nẽ nr̃m ⁊c̃. Et q̃ntũ ad hãc expositõꝫ poni
tur in greco ſm Aug⁹ de verbis dñi epyo
syon. hoc ẽ sup substantialẽ. Et sic habet̃
etiã Mat. vj. qꝛ de⁹ panis est sup oẽꝫ sub
stantiã creatã sustentãs ⁊ mentẽ nr̃aꝫ vi
uificãs. Tyt⁹. Vel aĩaꝝ panis diuina vir
tus est afferẽs futurã vitã ꝑhẽnẽ. sic̃ paĩs
ex terra ꝓdiẽs vitã corporalẽ ꝯseruat. In
euãgelio vero qd̃ appellat̃ ſm Hebre. ſm
Iero. ꝓ substãtiali pane. moar repit̃ qd̃
dicit̃ crastinũ. vt sit sensus. panẽ nr̃m cra
stinũ. i. futurũ da nobis hodie. Sꝫ cur da
ri petit hodie panẽ futurũ ĩ alio seculo di
stribuendũ. Rñdet Tyt⁹ ꝙ cũ cottidianũ
dixisset diuinũ panẽ q̃ aduenit ⁊ futurus ẽ
ſm quẽ hodie nobis p̃stari req̃rim⁹ poscẽ
tes qd̃dã ei⁹ principiũ atq̃ gustũ. quẽ gu
stũ sentiebat p̃s. cũ dicebat. q̃ magna mlt̃
titudo dul. ⁊c̃. Et paul⁹. hui⁹ dulcedĩe ve
ctus etiã ꝑ mille mortes cupiebat dissolui
et eẽ cũ xp̃o. Nimirũ cũ ille paĩs ẽ sine de
fectu satiãs. Iux̃ illud p̃s. Satiabor cuꝫ
apparuerit ⁊c̃. Est inq̃ sine fastidio dele
ctãs. nimirũ cũ ⁊ Sap̃. vj. dr. de filiis ad
huc mortalib⁹. dulcedinẽ tuã quã ĩ filios
habes oñdebas deseruiẽs vni⁹ cuiusq̃ volũ
tati. ad qd̃ q̃sq̃ volebat ꝯuertebat̃ Est de
niq̃ sine morte eternalit̃ viuificãs. et hoc
xp̃s ĩnuebat cũ dicebat. Qui mãducaue
rit ex h̃ pane ⁊c̃ Nã idẽ paĩs xp̃i q̃ recipit̃
hic sub velamẽto recipiet̃. illic clara visio
ne plena fruitõe ⁊ secura tentione.

Quõ oportet euꝫ dimittere in
se peccãti qui vult a deo peccatũ
sibi dimitti ⁊ qualiter nõ dimit
tens hãc petitionẽ dicere potest
Curq̃ iniuriã remittenti b⁹ pec
catorũ remissio specialiter repro
mittitur. Ser. xlv.

Facite dignũ fructũ
pñie. Expediti de p̃mo defectu q̃
scꝫ impedim̃ ne diuinã gr̃aꝫ ⁊ gloriã ꝯseq̃
mur. iã scd̃m defectũ ꝓsequam̃ q̃ dr̃ mali
cia. Pro q̃ sciẽdũ ꝙ hec malicia triplex ẽ
Prĩa est malicia culpe siue trãsgressiõis.
Scd̃a est malicia pugne ⁊ tẽptatõis. Ter
cia ẽ malicia pene siue tribulatõis. Et ab
his trib⁹ maliciis liberari petim⁹ ĩ his tri
bus vltimis petitõib⁹. Primã eĩ maliciã
ammoueri petim⁹ in q̃nta petitõe dũ ora
m⁹. dimitte nobis ⁊c̃. Scd̃o tp̃am⁹ seueri
tatẽ d̃ine iusticie addẽdo. sic̃. ⁊ n. d. de. n.
Quantũ ad p̃mũ oram⁹ dimitte nobis de
bita nr̃a. q̃si dicerem⁹. Tu p̃r cui ꝓpriũ est
misereri sp̃ ⁊ ꝑcere dimitte nobis debita
nr̃a miserãdo ⁊ indulgẽdo. Et Aug⁹ d̃ ver
bis dñi. Debitũ aũt q̃d est nisi pctm̃. igit̃
si nõ accepisses alieni fenorꝫ pecuĩaꝫ ñ de
beres. Et iõ pctm̃ tibi imputat̃. Habuisti
eĩ pecuniã cũ q̃ diues nascereris ad imagi
nẽ ⁊ sil̃itudinẽ dei fact⁹ sed ꝑdidisti qd̃ ha
bes fenore accepisti. Cũ enĩ arrogantiã ti
bi vẽdicare desiderasti hũilitatẽ ꝑdidisti.
Pecuniã a diabolo accepisti ⁊ debitũ qd̃
nõ erat necessariũ ꝯtraxisti. Pctm̃ aũt vo
cat̃ debitũ. qꝛ obligat peccantẽ ad carce
rẽ eterne damnatõis. penitẽtẽ ad dolorẽꝫ
ꝯtritõis. pudorẽ ꝯfessionis. ⁊ laborẽ sa
tisfactõnis. que patẽt Luce. vij. ĩ magda
lena Preterea sciẽdũ ꝙ pctã dimittũt̃ tri
plicit̃. Vno⁹ p̃ncipalit̃. ⁊ sic ꝯueĩt soli d̃o

Secundo merito singulari et hoc cõuenit christo mediatori Luce. v. Vt aũt sciatis q; filius hoĩs potestatẽ habet in terra dimittere peccata. Numirũ cũ q sanguis ei⁹ effusus est ĩ remissionẽ peccatoz. Tercio ministerio spũali. et sic cõuenit sacerdotibus rite ordinatis qui potestatẽ habẽt ligãdi q soluẽdi ministerialiter Johis. xx. Accipite spiritũ sanctũ quoz remiseritis peccata q̃. Quantũ vero ad secundũ quo scz tpamus seueritatẽ diuine iusticie subiungimus. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Nã p hoc cõpellim⁹ deũ ad miserendũ qui repromisit Luce. vj. dicẽs Dimittite q dimittẽ vobis. et sequitur. Eadez quippe mensura qua messi fueritis remetiẽ vobis. Hinc dicit Jo. Cassi. O ineffabilẽ dei clemẽtia q̃ nobis q̃dammõ potestatẽ tribuit qua iudicis possum⁹ temperare sentẽtiã. exemplez nostre remissionis ipm artantes cũ dicimus. dimitte nobis sicut q nos dimittim⁹. ita q̃ securi huius oõis fiducia de cõmissis veniã postulamus. Dicit enĩ Cirillus sup hunc locuz. Vult eĩ vt ita loquar patiẽtie quã hoĩes colũt imitatorẽ fieri deũ vt qualẽ ipi exhibuerũt cõseruis bonitatẽ. talẽ pari lance recipe petãt a deo qui iuste recõpensat et nouit oĩm misereri. Et ideo dicit Criso. Hec igit aduertẽtes grates agẽde sunt debitoribus nostris. fiũt eĩ nobis si sapim⁹ cã indulgẽtie maxĩe et pauca exhibẽtes plurima repiemus. Nã et nos multa debem⁹ et magna debita dño. quoz si minima partem vellet exigere a nobis iam' pissemus.

B Hic igit primo queri p̃t. vtruz aliquid apud se nullũ peccatũ sciẽs dicere poterit hãc oõz cũ nullũ videt habere debitũ. et sic orare nõ p̃t vere p dimissione debiti. Ad hoc respõdet Aug⁹ in libro de natura et gratia sic dicẽs. Audeo dicere, si omnes sancti essent cõgregati possent veraciter dicere. dimitte nobis debita nostra. Sancti enĩ sine peccato, nõ viuũt sed sine pctõ moriunt. q; peccata in morte eis soluunt Q; si interrogarent an essent sine peccato responderẽt cũ Johãne ĩ canonica sua Si dixerim⁹ q̃ñ pctm nõ habem⁹ nosmet ipos seducim⁹ q veritas in nobis nõ est. Veruntñ sm Aug⁹. ibidẽ excipiẽda est sp beata virgo Maria ab hac sentẽtia. de q̃ dum de peccatis agit nullã vult fieri mentionẽ. Scimus enĩ inquit q̃ plus gr̃e sibi collatũ erat ad euitandũ ex oĩ parte peccatũ q̃ cõcipere q parere meruit illũ quem nullũ cõstat habere peccatũ. Hinc etiã, sola virgo Maria hãc oratione in ppria p̃sona dicere nõ potuit sed bene in p̃sona totius ecclesie in qua sunt multi peccatores et debitores sicut dñs dictauit ad orandum in p̃sona ecclesie poti⁹ q̃ in ppria p̃sona. Secũdo queri p̃t. quid de illo q̃ dicẽ hanc oõz ertñ nõ vult dimittere primo. Ad hoc dicendũ si talis hãc oõz dicit in p̃sona ppria mendaciuz q pctm incurrit. Quia dicẽ Aug⁹. Si debitoribus nostris nõ dimittim⁹ ipa oõne nostra inculpamur q deũ aduersuz nos excitam⁹ q ipi superos inducim⁹ maledictõz poti⁹ q̃ benedictõz sicq̃ fit q oõ dñi debz esse salubris fit noxia q pctã nostra q̃ minuere debuim⁹ oãdo augem⁹. Dec ille. Si vero intẽdit hãc oõz in p̃sona ecclesie orare tũc dicit eam sine mẽdacio q pctõ Veruntñ caret fructu toti⁹ oõis. Quia dicẽ Berñ. q̃ venia dei peccatori ñ dat cui⁹ cor rancore aut inuidie liuore afficit. Et ponit Ysi. similitudinẽ dicẽs. q̃ sicut nullũ in vulnere pdest nocumentuz si ferrũ adhuc in eo sit. sic nihil pficit illi⁹ oõ cuius adhuc dol⁹ ẽ in mẽte vel odiũ in pectore. Si p̃inde dicẽdo dñicam oõz illã petitionẽ obmitteret et ser alias diceret. nec sic quidẽ fructũ aliquẽ p̃ciperet q̃ ad meritũ vite eterne. q; cõtra ordinationẽ q traditõz xp̃i diceret. Et q̃ in vno offendit est oĩm reus vt dicit Jacob⁹ in canonica. Si denicq̃ penit⁹ dimitteret oõz dñicam q diceret. Aue Maria Credo. Miserere q̃. nec sic q̃dẽ pficeret ad meritũ vite eterne. Quia dicit Criso. sup Matth. Cũ qua ergo spe orat q̃ inimiciciam seruat aduersus alterũ a q̃ forsitã Ieſus est. Sicut enĩ ipe orãs mentit. dicit enĩ remitto et nõ remittit sic q dicto petit indulgentiaz q nõ illi indulgẽt. Sic multi nolẽtes veniã dare peccãtib⁹ in se fugiũt

istā orationē orare stulti. Primo quoniā qui sic non orat vt docuit christus non est christi discipulus. Secūdo qr nec pater libenter audit orōz quā filius nō dictauit. cognoscit enī pater filij sui sensus ⁊ verba nec suscipit q̄ vsurpatio humana excogitauit sed q̄ sapiētia christi exposuit Nō tñ sic intelligendū ꝙ pater orōz illā nō suscipiat nisi de eis q̄ ex fraude postponunt orōz dñicam nolētes indulgere ꝓximo nocenti. Dicit enī Cyprian⁹ ꝙ xp̄s qui nos orare ꝓ peccatis docuit ⁊ paternā misericordiā repromisit plane legē addidit certa ꝯditione nos cōstringēs vt sic nos debitū dimitti postulem⁹ ſm ꝙ ip̄i debitoribus nostris dimittimus. Tercio queri p̄t que sūt illa debita ad que dimittēda sum⁹ obligati si volum⁹ ⁊ nobis debita dimitti Ad hoc dicendū ꝙ multa sunt Prīo nāq̄ tenemur dimittere p̄ncipaliter offensaz nedum petēti sed etiā adhuc ꝑsequenti. et h̄ est de necessitate salutis. hoc est rancorez tenet̄ quis deponere qui sequit̄ ex appetitu vindicte ꝓpter illatā iniuriā. Alioquin remissionē peccatorum nō accipiet a deo. Quia dicit̄ Eccle. xxviij. c. Qui vindicari vult a dño inueniet vindictā et peccata illius seruās seruabit. Relinque ꝓxīo tuo nocenti te ⁊ tūc deprecāti tibi peccata soluētur. Homo hoī reseruat irā ⁊ a deo q̄rit medelā. In hominē similē sibi nō habet misericordiā et ꝓ peccatis suis deprecabitur. Ip̄e cum caro sit reseruat irā ⁊ ꝓpiciationē petit a deo. Quis exorabit ꝓ delictis illius? Hec ibi. Non tñ tenet̄ aliquis ostēdere illā remissionē signis exterioribꝰ qr hoc est tm̄ de ꝑfectione. Tercio veniaz petenti et ꝑsequi desistenti tenemur etiaz remittere punitionē etiā que est ex zelo iusticie si tñ presumit̄ ꝙ ficte nō faciat p̄ter q̄ in duobus casib⁹. quia tunc licitum essz petere vindictā rōne ꝓprie emende. quia tunc petit qd̄ suū est sicut creditor petens debita sua. Sed in iniurijs illatis q̄ sic inferuntur ꝙ reddi non possunt sine vindicta debita non sunt repetenda. quia nihil ꝓdest si percussus aliuz repercuteret eo ꝙ ꝓpter hoc nō restitueretur in corpore qd̄ lesum esset sed magis esset vindicte solatium. In talibus enim ſm Augustinū timidus animus fomenta vindicte querit ⁊ desiderat sanum et firmū nō iuuant quin potius misericorditer alterius infirmitatem perferendam inducit. q̄ alieno supplicio mitigandā. Tercio ad familiaritatem se nō ficte sed pure ingerenti tenemur etiā familiaritatē exhibere exteriora signa dilectōnis exhibendo nisi ex illa familiaritate peior iactura timeretur sed hoc ostēdere etiam adhuc actualiter ꝑsequentibus perfectorum est. Unde ſm Augustinuz in Encherid. Quia hoc tam magnum bonū scz dimittere debita ⁊ diligere inimicos tante multitudinis nō est q̄ credimus exaudiri cum in oratione dicitur. Dimitte nobis debita nostra. Proculdubio verba sponsionis huius implentur si homo q̄ nec dum ita ꝓficit vt iam diligat inimicū. tamen quādo rogatur ab homine qui peccauit in eum vt ei dimittat. et dimittit ex corde. qui etiā et sibi roganti dimitti vult vtiq̄. Quarto pecunia aut aliud qd̄cūq̄ debiti nec soluere valenti remittere pie tenemur nec molestare debem⁹ nisi postmodum venerit ad pinguiorem fortunā. imo nec creditor illo casu iuridicam habet actionē sup debitorē. Qr in annis ē actio creditoris quā se cludit inopia debitoris. vt. ff. de dolo. Iam is. Veruntamen illa actio nō expirat sed sopita est qui tamen postea tenet̄ ad restitutionē si peruenerit ad pinguiorem fortunā nisi creditor ex toto remisisset Sicut euangelicus ille a quo seruus petebat dilationem dicens. Patientiam habe in me ⁊c. et meruit remissionem. Quinto volenti sed sine magna difficultate reddere nō valenti tenemur ꝓlongare terminum solutionis ⁊ suo tempore debitum sine impetu et violentia dulciter exigere nō sicut ille de quo in euāgelio Math. xviij. dicit̄. ꝙ tenēs suffocabat eū et misit euz in carcerem. Et si causa requirit iterum secundo et tercio prolongare. Quia ieiunium iudeorum a deo reprobatum inuenitur eo ꝙ tūc maxime vacabāt exigēdis debitis Isa. ~~xviij.~~ dicēte dño.

337

Ecce ad lites et cōtentiones ieiunatis ⁊c̄
et oēs debitores vestros repetitis. Vide
latius supra in sermone de ieiunio pnīa et
cōtritione. ¶ Quarto queri p̄t cur remis-
sio peccatoꝝ a deo plus attribuit̄ actui q̄
indulgemus ꝓximis q̄ꝫ ceteris actib⁹ vir-
tuosis cū magis videt̄ attribuendū actui
rōis vel alicui alij actui charitatis deo im
mediate vnito. Ad hoc dicendū ſm Bern̄
de religione christiana. ꝙ licꝫ charitas ꝑ
respectū ad oēs actus sibi necessarios hāc
remissionē impetret et hoīez vita gr̄e viui
ficet xp̄s tñ charitati q̄ opit multitudinē
peccatoꝝ hāc remissiōꝫ attribuit ad actū
quo ꝓximis indulgem⁹ triplici rōe. Prīo
ꝓpter excellentiā illius actus vt ostendat̄
singularitas virtutis ⁊ q̄ꝫ singulariter de
us actū istū in dulcionis p̄cipit. exigit. et
acceptat. In cui⁹ misteriū ꝑiter et exem-
plū xp̄s in cruce pendēs cūctis alijs p̄po-
suit illud verbū Luce. xxiiij. Pater dimit
te illis qꝛ nesciūt q̄d faciūt. Vnde virtus
hec tāte excellētie est ꝙ beatus Grego. re
putat eam quasi martiriū dicēs in omel.
quadā. Mori a ꝑsequente martiriū est in
aperto corpore. ferre vero cōtumelias et
odientē diligere martiriū est ī occulto co-
gitatōne. Et iterū dicit Grego. Patien-
tiam maiorez reputo signis ⁊ miraculis.
Nec esse potest ī homine maior expressio
diuine similitudinis q̄ꝫ ꝓpter deū omnes
iniurias animo grato suscipe ac in se pec-
cantibus clementer indulgere eosq̄ ex in-
timo corde diligere. Et ideo Math. v. Cē
setur filius patris celestis. Vbi dicit Cri-
so. Diligite inimicos vestros. et sequit̄.
vt sitis filij patris vestri qui in celis est. q̄
solem suū id est christuz oriri fecit. i. nasci
super bonos ⁊ malos. et pluit pluuiam do
ctrine sup̄ iustos ⁊ iniustos. Venit enī vo
care peccatores ad penitentiā. Cyrillus.
Magnū est igit̄ preconiū pietatis. reddit
enī hec virtus nos deo cōformes et quasi
quedā signa subtilis nature nostre impri-
mit animabus Secundo vero ꝓpter cor-
respondentiā actus illius. quia quandaꝫ
habet cōdignitatem ⁊ proportionabilita
tem correspondētie mutue et decentis eo
ꝙ indulgere ⁊ indulgentiā impetrare sibi
mutuo correspondeant. Sicut Math. v.
in beatitudinibus varias correspondentias
premioꝝ ad merita dominus assigna
uit vbi dicit. Beati qui lugent quoniam
ip̄i cōsolabunt̄. Beati misericordes quo-
niam ip̄i misericordiam cōsequentur ⁊c̄.
Vbi pauperibus regnum celorum. miti-
bus terram viuentium. lugientibus eter-
nam cōsolationē repromisit ⁊ sic de alijs.
Et sicut dominus dixit. Beati misericor
des quoniā ip̄i misericordiam cōsequent̄.
dicit glosa. Merito misericordibus mise
ricordia impenditur vt plus accipiant q̄
meruissent. et sicut plus recipit qui vltra
saturitatem habet q̄ꝫ ille qui tantum ha-
bet saturitatem. sic maior est gloria mise-
ricordie q̄ꝫ prudentiuz. Hoc ibi. Sic etiā
dominus dicit Luce. vj. Dimittite et di-
mittetur vobis. quia magis proflua largi
tate deus remittet remittentibus. Vnde
Cirillus ibidem. Qꝛ autem ampliori ma
nu recompensationem accipiemus a deo.
qui largiflue donat diligentibus eum. hoc
est pro amore eius ꝓximo remittentibus
ostendit subdens. Mensuram bonam. ve
nie. et cōfertam gratie et coagitatam. spi
ritualis leticie. et supereffluentem eterne
glorie dabunt in sinum vestrum. quia ip̄i
quibus remittimus causa erūt ꝙ domin⁹
dabit. Qꝛ si prima facie videatur illud in
telligi de illo quod ait dominus. Date et
dabitur vobis. tamē multo magis verifi-
catur in illo dimittite et dimittetur vobis
quod mortiferum. dabitur autem quod sa
lutiferum est. Quia ſm Augustinū. nulluz
genus elemosinaruz est maius q̄ꝫ id quod
ex corde dimittimus ꝙ quis in nos pecca
uit. Et iterum Augustin⁹. Et inimicorum
inquit dilectionez vos cōmoneo. quia ad
sananda peccatorum vulnera nullum me-
dicamentum vtilius esse cognosco. Sicut
enim in mandatis dei nihil mirabilius sic
homini nihil fructuosius deo nihil acce-
ptius. et diabolo nihil molestius reperi-
tur. ¶ Tercio denique propter eius expe-
rientiam vt scꝫ per hoc ostendat̄ ꝙ actus
amoris in p̄senti vita ꝓut in deū absolute

refertur nō est ꝑfectus, nec ꝑ ꝯsequēs deo ꝑfecte grat⁹ nisi descēdat ad dilectōz ꝓxī vsq̄ ad inimicos ⁊ vsq̄ ad gratā indulgētiā offensarū se patēter expēdat. Cui⁹ rō est, qꝛ deus inuisibilis est. ꝓxim⁹ aūt visibilis est. Cū igit̄ quidē actus diuini amoris sepi⁹ habeāt nimis falsam similitudinem puri ⁊ sinceri amoris q̄ ab amore naturali a min⁹ exꝑtis defacili discerni non ꝑt. Actus aūt quo q̄s ex corde parcit iniuriis et amplectit̄ inimicos. defacili ē ꝯgnoscibilis. Ideo vult de⁹ ꝙ veritas amorꝫ sui in hoīe ꝯprobet̄ visibili q̄ tanq̄ꝫ imago dei nobis ꝓponit̄ loco ei⁹ ⁊ in quo sensibilius et infallibili⁹ ꝓbari ꝑt homo an diligat deū vere. saltē in illis actib⁹ q̄ nostre nature sensibiliter repugnare vident̄. Vñ Johā. in canonica. j. c. iiij. Si q̄s dixerit qm̄ diligo deū ⁊ fratrē suū oderit mēdax est. Lyra ibidē. Quia dilectio dei includitur ī dilectōe ꝓximi. Et ad hoc inducit rōnem dicēs. Qui nō diligit fratrē suū quē videt deū quē nō videt quō ꝑt diligere? quasi d. Nō est ꝓbabile qꝛ dilectio ꝓximi est quedā via ad dilectōz dei. sequit̄. Et h mādatū habem⁹ a deo scz Math. xxij. vbi ꝑceptū d̄ dilectōe ꝓximi ꝯiungit̄ mādato de dilectōe dei. et hoc sequit̄. vt q̄ diligit deū diligat ⁊ ꝓxīm. Vñ ꝑrogatiua hui⁹ dilectōis vsq̄ ad inimicos excellēter in illo ꝑs. Ecce q̄ꝫ bonū. exprimit̄. vbi in fine benedictio ⁊ eterna vita a dño in recōpensationē dari demandat̄. Vide totū ꝑs. cuz glosa. Ad laudē dei Amen.

Qꝛ temptamur deo permittēte ⁊ cur de⁹ permittit. ⁊ de septē modis temptationū. Ser. xlvi.

Facite dignū fructū penitētie. Discussa vtcūq̄ prima ꝑte malicie ne gratiā et gloriā cōsequamur impediēte. Jā secundū ꝓsequamur q̄ est malicie pugne temptatōis ꝓ qua dñs suꝑanda infert sextā petitiōez Et ne nos inducas in temptatōz. Per q̄ verba docet nos in oī temptatōe implorare subsidiū diuine defensiōis ⁊ ꝓtectōis a malo Qꝛ sic̄ oīa bona sunt a deo ꝑ ꝓductōz. ita oīa mala sunt a deo ꝑ ꝑmissionē. Et iō diuinū adiutoriū cooꝑatiuū ad bonū ⁊ defensiuū a malo est nobis necessariū. Quia sic̄ nullū bonū facim⁹ sine diuina grā. ita nullū malū facim⁹ sine diuina ꝓuidētia. siue patimur. Nā diabol⁹ nō ꝑmiss⁹ a deo nos tēptari nō ꝑt. Dicit eī Crisꝰ. suꝑ illud Math. viij. Si eijcis nos mitte nos ī porcos. Qꝛ si aduersus porcos demōes non audēt aliq̄d facere nisi de⁹ cōcesserit multomagꝫ aduersus hoīes nihil pñt nisi a d̄o ꝑmissi. Et hoc oñdit dñs cū dixit ad sathā petentē Job ad temptandū in aduersitatib⁹ eius ꝑmo. Ecce vniuersa q̄ habz ī manu tua sūt. tm̄ in eū nō extēdas manū tuā Et iterū c. ij. Ecce in manu tua est verum tñ aīaz ei⁹ serua. Et Aug⁹ dicit in li. de sermone dñi in mōte. ꝙ fiūt temptatōes ad hoīes ꝓ suis pctīs puniēdos. vl ꝓ sua mīa ꝓbandos ⁊ exercitādos. nō ꝑtāte ei⁹ sz ꝑmissionē dei. Qꝛ si q̄rat̄ quō intelligit̄ diabol⁹ locutus fuisse cū deo qñ expetijt iob ad temptandū. vel de⁹ cū diabolo cū tradidit illi Job in ꝑtāte sua. Ad hoc rñdet Aug⁹ ꝙ hoc intelligi ꝑt dupliciter. Prīo intellectualiter. Nā si de⁹ loquit̄ in aīa cuiuslibet hoīs nō solū iusti sz etiā pctōris. Jux̄ illud ꝑs. Audiā q̄d loquat̄ in me de⁹ multo forti⁹ loqui ꝑt ⁊ loquit̄ in intellectu cuiuslibet angeli boni vel mali. Planū aūt est ꝙ intellectū posuit ī natura angeli boni vel mali. Quicq̄d igit̄ bonitatis ⁊ veritatis cogitat̄ ꝑ intellectū diaboli totū attribuendū est dei locutōi. Et quicq̄d malicie ⁊ prauitatis cogitat̄ ꝑ ip̄m sibi ꝑi ⁊ locutōi sue a q̄ malicia dict⁹ est diabol⁹ īponendū est. Illa igit̄ cogitatio. nūq̄d ꝯsiderasti seruū meū Job. ꝙ nō sit ei sil̄is ī terra simplex et rectus ac timēs deū. dicitur fuisse dei loquētis ī intellectu diaboli. qꝛ erat vera ⁊ iusta. Et illa cogitatio. Nūq̄d frustra ⁊ c. ꝑ totū. fuit diabolo ⁊ ei⁹ locutōni tribuēda. qꝛ fuit praua ⁊ ꝑuersa. Scd̄o ꝑt intelligi ꝙ de⁹ loquat̄ et sit locutus bonis ⁊ malis angelis corꝑaliter nō in eorū cogitatiōe sed ꝑ corporalē et visibilē creaturā huic operi accomodatā sicut dñs et creator est oīm creaturarū. vt idē Aug⁹ di

338

cit. Sed ad cepta redeundo q̄ri p̄t q̄d dn̄s per hāc petitionē intelligi voluit presertiz cum dixit angelus Thobie eiusdē. xij. Qz acceptus eras deo necesse fuit vt temptatio ꝓbaret te. Ad hoc dicendū ꝙ per hāc petitionē nō oramus vt nō temptemur. qz sup̄ illud Math. iiij. Ductꝰ est Jesus in desertū vt temptaret̄ a diabolo. Dicit Criso. Non solum aūt christus ductus est in desertum a spiritu sed ⁊ omnes filij dei habētes spiritū sanctū. Nō enī sunt ꝯtenti sedere ociosi sed spiritus sanctus vrget eos aliquod magnū apprehendere opꝰ qđ est in deserto q̄tum ad diabolū. qz nō est ibi iniusticia qua delectat̄ diabolꝰ. Omne enī bonū est extra carnē et mundū. qz non est ſm voluntatē carnis ⁊ mundi. Ad tale igitur desertū omnes filij dei exeūt vt temptent̄. vtpote si ꝓposuisti nō ducere vxorem. duxit te spiritussanctus in desertū. i. extra fines carnis et mundi vt tempteris a cōcupiscentia carnis. Quō enī temptat̄ libidine q̄ tota die est cū vxore. Scire aūt debemus ꝙ filij dei nō temptant̄ a diabolo nisi exierint ī desertum. Filij aūt diaboli in carne et mundo cōstituti cōfringunt̄ et parent. Sicut bonus homo si vxorē habet nō fornicat̄ sed ei sufficit vxor sua malus aūt etiam habens vxorē fornicat̄ ⁊ sic in omnibus inuenies. Hec ille. Nō igitur christus orare docet vt nō temptemur sed ne in temptationez inducamur. Nam ſm Augꝰ. de sermone dn̄i in mōte. Aliud est induci in temptationē. et aliud temptari. sine vero temptatōe nemo ꝓbatus esse p̄t siue sibi siue alij. Deo aūt ante omnes temptationes quisq̄ notissimus est. Nō igit̄ hic orat̄ vt nō temptemur sed vt nō inferamur in temptationē tanq̄ si quispiam cui necesse est igne examinari nō orat vt igne nō cōtingat̄ sed vt nō exurat̄. Inducim̄ enī si tales inciderint quas ferre nō possumus. Et Ciprianꝰ. q̄ apte ostendit̄ cōtra nos nihil aduersariū posse nisi deus ante ꝑmiserit vt omnis timor noster ⁊ deuotio cōuertatur ad deū. Et iterū Augꝰ in libro de bono perseuerantie. Voluit dominus a se posci ne inferamur in temptationē qđ poterat nobis et nō orantibus dare. quia voluit ⁊ ammoneri a quo hec beneficia accipiamꝰ quādo diabolū in temptationibꝰ superamus. Nō tamē sic intelligendū est quasi deus induceret nos in temptationē qz ſm Jacobū deus neminē temptat scz ducēs ad peccandū. Sed deus in temptationē induci patit̄ illū quē auxilio suo deserit. Nam sicut a diabolo nō ꝑmisso temptari īpossibile est. sic a diabolo ꝑmisso nō temptari impossibile. Secūdo q̄ri p̄t. cur deus hoīez ꝑmittit temptari quē ab eterno p̄sciuit in temptationē casurū. Ad hoc respondet Augꝰ. xj. sup̄ Gen̄. c. j. vbi eandem questionē mouet. ꝙ hec questio sit super vires suas. addit tamē vnā causaz dicens. Nō videtur mihi magne laudis si ꝓpterea possit homo bene viuere. qz nemo male viuere suadebat. Et aliā causam assignat ibidē. viij. ca. dicēs. ꝙ palma ⁊ victoria gloriosior ē temptatōi nō cōsensisse q̄ temptari nō potuisse. Secundo vero causam idem assignat in Enche. vij. c. dicens. Oportebat fieri primū hoīez vt et bene velle ⁊ male possit. nec gratis si bene. nec impune si male. Qđ Richar. latiꝰ declarat dicēs. Deus hoīez ꝑmittere debuit tēptari. qz princeps statuēs legem iustā ꝑmittere debet eaz obseruari nisi ex gratia velit cum aliquo dispensare. Lex aūt cōmunis et iusta instituta est a deo hominez vti posse libero arbitrio suo. liber siue ad bonū siue ad malū Deus igit̄ ꝑmittere debuit vt homo vteret̄ sua volūtate siue ad bonū deo adiuuante. siue ad malū deo ꝑmittente ⁊ nō cooperāte. Sed in temptatōne datur occasio vsus huiꝰ. Porro lex ista scripta est digito dei a sapiēte denunciata Eccle. xv. vbi dicit̄. Deus ab initio ꝯstituit hoīez ⁊ reliquit eū in manu cōsilij sui. et adiecit mādata ⁊ p̄cepta. si volueris cōseruare mandata cōseruabūt te. Apposuit tibi aquā refrigerij ⁊ ignē scz refrigerij ⁊ ignē scz supplicij ad qđ volueris appone manū tuā. Quartā ꝓinde rōez addere possumꝰ qz đ malo qđ fit ꝓueīt bonū ip̄is malū faciētibꝰ. Dn̄ sup̄ illđ. Ro. viij. Scimꝰ qm̄ diligētibꝰ deū oīa coopant̄ ī deū dic̄ glosa

etiam peccatuz. quia ex hoc fortiores cau
tiores ⁊ magis humiles resurgunt. Et fre
quenter magis grati sunt ⁊ magis diligũt
sicut ꝓtestatur dñs dicens. Cui autẽ mi
nus dimittit̃ minus diligit. Quintã cau
sam addit magister sententiarũ libro. j. al
legans Augustinũ dicentẽ. ꝙ deus nõ si
neret mala fieri nisi de malo elicere bonũ
possz. Imo dicit magister senten. in ꝑmo
dis xlviij. allegans Aug⁹. ꝙ deus quasdã
voluntates suas bonas vtiq; implet ꝑ ma
lorum voluntates malas sicut per maliuo
los iudeos bona voluntate patris christ⁹
ꝑ nobis est occisus. Quod tm̃ bonum fuit
vt apl̃s Petrus. quãdo id fieri nolebat sa
B thanas ab eo q̃ occisus est diceret̃. Et ite
rum querit ibidem magister sn̄iaꝝ vtrum
deus volebat pati et occidi a iudeis. Et
respondet ꝙ deus nõ voluit actionem iu
deorum que mala erat sed voluit passio
nem q̃ bona erat et hec voluntas bona ꝑ
malas volũtates iudeoꝝ impleta est. Sic
etiã omnes sancti cupierunt christũ mori
ꝓpter hoĩs liberationẽ et diuine volunta
tis impletionem. sed noluerũt eũ mori de
lectatõne ip̃ius afflictõis. Ex his omnib⁹
colligi potest ꝙ verus adletha christi de
bet appetere temptari. Quia s̃m Aug⁹ ad
ꝓbam. Molestie et tribulatões seu tem
ptatõnes tꝑales ad salutem ꝓsunt vel ad
saluandum superbie tumorẽ vt in paulo tra
dito angelo sathane ad collaphisandũ vel
ꝓbandum ꝑ exercitationẽ. vt in Thobia
sicut allegatũ est. Vel ad peccatoꝝ flagel
lationẽ. vt in maria sorore Moysi lepra
percussa. Vel ad premij et meriti cumula
tionem. Judith. viij. Memores esse de
betis quõ Abraham pater noster tempta
tus est et per multas tribulatõnes ꝓbat⁹
dei amicus effectus est. sic Isaac sic Ja
cob sic Joseph sic Moyses sic omnes qui
placuerunt dño per multas tribulatõnes
ambulauerunt. Tercio queri potest cũ s̃m
Aug⁹ temptare sit idez ꝙ de persona quã
quis ꝓbat dubitare sicut exponens illud
apl̃i. Temptatio vos nõ apprehendat nisi
humana dicit. ꝙ ibi temptatio posita est
ꝑ dubitatione. quia de hoĩe dubitare licz
nõ autem de deo. Quottuplices igit̃ sunt
temptationes et temptatores. Ad hoc di
cendum ꝙ triplices sunt temptatores scz
deus homo et diabolus. Deus eniz tem
ptat vt erudiat et scientem faciat. Homo
vt sciat. Et diabolus vt seducat. Nam et
si caro temptat vel mundus que carẽt du
bitatõne vel cognitõne ex prima tñ tem
ptatõne diaboli ⁊ seductõe. talis tempta
tio subsecuta est. Temptatões vero sunt
sextuplices. quia sex sunt modi temptatõ
nis. Primus modus est diuine manifesta
tõnis vt ingerat homini temptato ꝓpriã
cognitionẽ et vt vlterius ducat ad aliorũ
noticiam. Et sic deus temptauit Abrahã
vt habetur Genes. xxij. quãdo p̃cepit illi
imolare filium quo parente reuocauit de⁹
preceptũ. et sic videtur ꝙ deus illud p̃ce
pit quod tamẽ ip̃e noluit. et sic etiam pre
ceptum implicabat cõtradictionẽ qđ im
possibile fuerat adimpleri. Ex quo ꝓbabi
liter p̃t argui ꝙ dei preceptum fuit irra
tionabile et iniustũ ⁊ per cõsequens nullo
modo obseruandum. et ex ꝯsequenti de⁹
iniustus. Ad hoc respõdet Alex. de halis
super primũ sententiarũ in fine. ꝙ duplex
est preceptũ scz ꝓbatõnis et executõnis.
Vnum respicit voluntatẽ et alterũ respi
cit opus. Voluit igitur deus quod prece
pit nõ vt fieret sed vt facere vellet. Con
tra. Deus nouit eius voluntatẽ. Dicendũ
ꝙ nõ precepit vt ip̃e sciret eius volunta
tem sed vt manifestaret eius obedientiaz
ad sui et aliorum vtilitatẽ. Hec ibi. Eodẽ
modo deus fideles suos temptat ꝑ diffici
lia ad acceptationẽ experimenti de viri
bus dilectõnis ⁊ fidelitatis. Juxta illud
Eccle. vj. Si est tibi amicus fidelis in tem
ptatõne posside illum. Hinc Deutro. xiij.
Temptat vos de⁹ vt sciat si diligatis euz
an non. id est scire vos faciat quia vires
sue dilectõnis ignorat homo nisi experia
tur. Et Thobie. xij. Quia acceptus eras
deo necesse erat vt temptatio probaret
te. id est ꝓbatum te tibi ⁊ alijs ostenderet
Nunq̃ igitur deus hominem temptat ad
malum vel ad casum sed ad bonum vel ad
suij p̃ius manifestatiõez vt sciat in quibus

339

deficit et quibus ꝓficit vt non in se sed in deo cōfidat. vel vt cautiorē vel sollicitum magis reddat. Secundus modus est humane experimentatōis qui sez ad hoc fit vt experimentū veritatis accipiat ab illo qui dubitat. vt patet. iij. Re. x. vbi dicit quō regina saba prudentissima venit probare Salomonē in enigmatibus id est obscuris et dubijs questionibus. vt dicit Lyra. Et sequit. Nunc ꝓbaui q̄ media pars mihi nunciata nō fuerat. Et hec dicitur temptatio humana. De qua. j. Corinth. x. Temptatio vos nō apprehendat nisi humana. Nec etiam ista temptatio mala est nec cōtra eos qui sic temptant sed cautelosa qua homo etiaz temptat de amicicia et fidelitate. Sicut ꝓsulit sapiens. Eccle. vj. Si possides id est possidere vis amicū in temptatōne posside illum ne facile credas ei temetipm et cetera multa. Similit Eccl. xxxvij. in ꝓncipio. vide si placet. Dicitur etiā temptare homo hominē quādo nititur eum inclinare ad suam voluntatē eos ꝓ posse inclinat. Tercius modus est transitorie tribulatōnis qua sez ꝓbamur tanq̄ aurum in fornace. Et hee temptatōnes diuersimode cōtingunt vel a deo disponente. vel ab hoīe inferente. vel a diabolo suscitante. Primū in Thobia. Secūdū in Joseph. Terciū in Job patet. Debent tamē quocūq̄ mō venire sufferri patienter et gaudenter debeant. tum qz fm apm Ro. viij. Nō sūt cōdigne passiones huius tpis ad futurā gloriā. tum quia fm Grego. mala que nos premūt ad deū nos ire cōpellunt. Unde ꝓpter quatuor sunt amplectāda. Primo ꝓpter aduitorij fortitudinem. Juxta illud ps. Cum ipo sum in tribulatione etc. Ideo alibi dicit. In deo meo transgrediar murū. Secundo ꝓpter premij magnitudinē que nimirū excedit omnē humanū intellectū. qz nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit. vt dicit. j. Corint. ij. Hic dicit Jacob⁹ in canonica sua in ꝓmo ca. Omne gaudiū estimate fratres id est ꝓfectum (sicut apli Actuū. v. Ibant gaudentes a cōspectu cōcilij) cum in temptatōes varias incideritis sez aduersitatis. Ratō ponitur figuratiue Exodi. j. qz filij israel q̄tomagis opprimebant tanto magis multiplicabantur. sic spiritualiter. Hinc Genes. vij. dicit. q multiplicate sunt aque et eleuauerunt archam in sublime. sic spūaliter in tribulatōne sublimat homo meritis Cuius ratio subdit. Quia ꝓbatio patientiam operat. Patiētia autē ꝓfectū opus habet. Nam vera ꝓfectio cōsistit in plena mortificatōne passionū naturaliuz ad quas cōculcandas maxime iuuat aduersitates. Tercio ꝓpter eterni supplicij formidinem quia eternū supplicium cōmutant in tpale et momentaneū. Et quia in multis deliquimus omnes ad abolendā scoriam peccatorū oportz nos fm apm ꝓ multas tribulatōnes intrare in regnū dei. Quarto ꝓpter cōsortij pulcritudinem. qz innumerabilia milia martiū. virginū. cōfessorum hanc viam ingressi sunt. Nunq̄ enim deus amicum habuit qui hac temptatōne nō fuit ꝓbatus. ¶ Quartus mod⁹ est ambitiose sublimatōnis et specialiter ascribitur diabolo. quia diabolus principaliter temptat de illis peccatis quibus ipe percussus ē sez de supbia. inuidia. odio. et ira que dicuntur vicia diabolica. quoniā illis mediantibus de angelo factus est diabolus. Nihilominꝰ tamē omnibꝰ alijs temptationibus se immiscet in omnibꝰ laqueum deceptōnis tendens et obiectis tanq̄ instrumētis ad hoc aptis abutēs. Quādo tamē obiectū et materiā temptandi recipit a cōcupiscentia carnis tunc nomē sortitur temptatio a temptatore sz ab instrumento. similiter quādo a spectatu mundi Sed quādo accipit a seipo vt in superbia inuidia ira. tūc sortitur a temptatore. Et hec temptatio tres gradus habet. Primꝰ cōsistit in suggestione sola. et sic fit tm exteriꝰ sicut cōtigit in christo qui in temptatiōnē diaboli nullā sensit inclinationē. Secundꝰ ꝓcedit vsq̄ ad delectationē. ita q̄ de delectatōne vincimur et ligamur vinculo trahente. sicut dicit. vij. ethi. q̄ incōtinens vi passionis extrahit a regimine mētis ita q̄ nescit facienda quemadmodum

oportet eū scire sicut qui stat in fumo ap̄tis oculis videt quidē sed nō quemadmodum oportet eum videre. Et p̄ illā delectationē inclinat̄ aīa et fomes carnis ip̄i suggestioni. Tercius aūt gradus hominē p̄cipitat in cōsensum delectatōis quando scz ip̄am delectationē nō repellit sed potius in delectatione quiescet et illi adheret licet illā opere adimplere nō vellet. et sic est mortale peccatū si saltē delectatio ē de mortali vt dicit Thomas scd̄a scd̄e. q. cliij. multomagis est mortale si p̄cipitat in cōsensum actus mortalis peccati vtpote si haberet voluntatē adimplere etiam opere si cōtingeret oportunitas tp̄is ⁊ loci. Quint⁹ modus est terrene cupiditatis quo p̄cipue mundus temptat vt p̄ auaricie laqueos hominem cōstringat. A quibus laqueis liberatū se gloriat̄ p̄s. dicēs. Deus meus in ip̄o sperabo quoniā ip̄e liberauit me de laqueo venantiū et a verbo aspero. que fit a carne et mundo. Nec merito amator iusticie deus p̄mitere debz q̄ hoīes infirmi et ignari sic temptant̄ a demonibus. quia nō videtur equale bellū. dicendum s̄m Tho. in p̄ma parte summe. q. cxiiij. q̄ recōpensatio fit homini s̄m diuinam gratiam et angeloꝝ custodiā et illaz impugnationē ordinat deus adlethe fideli ad maiorē gloriā. Unde Paulus p̄ma Corinth̄. x. Fidelis deus qui nō patietur temptari sup̄ id quod potestis sed faciet cum temptatōe p̄uentū id ē virtutis augmentum. ita vt possitis sustinere quod fit per humilitatē vt dicit Aug⁹. Illi nō crepunt in fornace qui nō habēt ventū sup̄bie. Sextus modus est corp̄e voluptatis que temptatio decipit p̄ omne illud qd̄ sensus exterius demulcet. Et ideo oē delectabile qd̄ manducamus. bibim⁹. et videmus. audimus. odoram⁹. vel tangim⁹ est temptatio. De qua dicit̄ Jaco. j. Unusquisq̄ temptat̄ a ꝯcupiscentia sua scz inordinata abstract⁹ a bono incōmutabili ⁊ illectus ad bonū ꝯmutabile. Hinc dicit Augustin⁹. xij. de ciui. dei. q̄ amor sui vsq̄ ad cōtemptū dei facit ciuitatē diaboli. Qd̄ a nobis auertat Jesus christus Amē.

Quō petimus liberari a malo et de vulneratōne rōnis. voluntatis. irascibilis. et cōcupiscibilis. Ser. xlvij.

Facite dignū fructū penitētie. Eya iaz vltimo p̄sequamur de tercia parte malicie q̄ est malicia pene et tribulatōis q̄ relicte sunt nobis ex originali peccato. Nā ex originali peccato penit⁹ infecti sumus et corrupti infectiq̄ multis malis. Petim⁹ igitur in hac vltima clausula ab omni pēa ⁊ miseria huius exilij liberari. pena dico peccati ex originali relictaque quotidie multipliciter nos impellit ad actualia peccata sicut et ip̄a multiplex est. Ad cuius euidentiam primo q̄ri p̄t vtrū peccatū originale vel etiā actuale diminuat bonū nature sicut videt̄ sentire Beda exponēs illud Luce. x. Homo descendēs a hierusalē in Jericho id ē in defectū peccati expoliat̄ gratuitis ⁊ vulnerat̄ in naturalib⁹. Ad hoc respondet Tho. p̄ma scd̄e. q. lxxxv. q̄ bonū humane nature p̄t dici tripliciter Primo ip̄a nature p̄ncipia ex quib⁹ natura cōstituit̄ et p̄prietates ex his causate sicut potentie aīe et alia hmōi. et hoc bonū nature nō tollit̄ nec minuit̄ p̄ peccatū. Secundo q̄z homo inclinationē habet ad virtutem. Ip̄a inclinatio naturalis ē quoddā bonū nature q̄ quidē hmōi ꝯuenit ex hoc ip̄o q̄ rōnalis est. Ex hoc enī habet q̄ s̄m rōem operet̄ qd̄ est agere s̄m virtutē. Et h̄ bonū nature diminuit̄ p̄ peccatū nō tn̄ totaliter tollitur. Q.⁹ si obijciatur bonū nature humane finitū est cū sit ip̄a finita sed quia quodlibet finitū ꝯsumitur totaliter facta cōtinua diminutōe. iō p̄ peccatū cōtinuatū illud bonū nature totaliter tolli p̄t. Ad hoc respondendū est q̄ ip̄a diminutio dupliciter intelligi p̄t. sicut illa naturalis inclinatio ad bonū fundatur vt media inter duo. quia fundatur in natura rationali et tendit in bonū virtutis sicut in finem ⁊ terminū. Uno modo intelligitur fieri diminutio ex parte radicis. et sic nō diminuitur p̄ peccatū. quia peccatum non

340

diminuit ip̄am naturaz vt dictū est. Alio-
quin quandoqz totaliter cōsumeret̄. Alio
mō intelligit̄ diminui ex p̄te termini. Et
sic p̄ peccatū bene diminuit̄ talis inclina-
tio inquantū scz ponit̄ impedimentū p̄tin
gendi ad terminū. et sic p̄t diminui in infi-
nitum sicut infinita possunt impedimenta
apponi s̄m q̄ homo in infinitū addere p̄t
peccatū peccato. nō tamē p̄t totaliter cō
sumi. qz radix talis inclinatōis sp̄ manet
in natura. Sicut a simili ptz in dyaphano
corpore. qd̄ quidē habet inclinationē ad
susceptiōz lucis ex hocip̄o. qz est dyapha
nū. Diminuit̄ aūt hec inclinatio vel abili
tas ex p̄te nebularū sup̄uenientiū cum tñ
sp̄ manet in radice nature. Sic etiā licet il
la inclinatio diminuit̄ p̄ peccatū. qz p̄ act⁹
humanos fit quedā inclinatio ad act⁹ cō-
similes. et sic ex hoc q̄ aliquid inclinat̄ ad
vnū ꝯtrariū diminuit̄ etiā inclinatio eius
ad aliud. Manifestū est aūt q̄ semp̄ pec-
catū virtuti est ꝯtrariū tñ eadē inclinatio
eius ad virtutes semp̄ manet in radice na
ture etiā in damnatis Alioquin nō essz in
eis remorsus ꝯsciētie. sed nō reducit̄ in a-
ctum. qz deest eis gratia s̄m diuinā iustici
am. Tercio mō dici p̄t bonū nature donū
originalis iusticie qd̄ in hoīe primo. colla-
tum fuit omni humane nature. Per iusti-
ciam aūt originalē rō p̄fecte cōtinebat in
feriores aīe vires et rō subiecta originali
iusticie p̄ficiebat̄. ita q̄ oēs vires inferio-
res p̄fecte subijciebant̄ rōni et rō suo supe
riori. Sed hec originalis iusticia p̄ pecca-
tum p̄mi parētis est ablata. Et iō omnes
aīe vires qd̄dammō destitute remanēt or
dine p̄prio q̄ naturaliter ordinant̄ ad vir-
tutē. Et hāc viriū destitutionē vocat Be
da nature vulnerationē. Sunt igit̄ q̄tuor
potētie vel vires aīe q̄ possunt esse subie-
cta virtutū que p̄ peccatū originale sunt
vulnerate quaꝝ nihilomin⁹ vulnera reno
uantur in dies ⁊ augmentant̄ p̄ pctā actu
alia. Prima potētia est rō in qua est pru-
dentia tanq̄ in subiecto. ut dicit Tho. ibi
dem. q. liiij. Cum enī prudētia sit recta rō
agibilium requiritur ad prudentiā q̄ ho-
mo bene se habeat ad p̄ncipia hui⁹ rōnis
agendorū que sunt fines per quos bene se
habet homo p̄ rectitudinē volūtatis. Sz
hec rō inquantuz destituit̄ suo ordine ad
verū. recipit vulnus ignorātie. De q̄ vul-
nere lamētatur ap̄ls in p̄sona humani ge
neris dicēs ad Ro. vij. Ego aūt. glo. ho-
mo quicūqz iustus p̄ gratiā liberat⁹ carna
lis sum id est carnales motus velim nolim
sentiēs. venundatus id ē ex venditōe pri-
morū parentū. positus sub peccato. i. sub
fomitis vicio. Quod enī operor id est sen
sualitatē sequēs nō intelligo. id est nō in-
tus lego ꝯsonans dictamini legis natura
lis q̄si cecatus in hoīe interiori. ita q̄ nec
intelligit nec ponderat iacturā viciorum.
Sicut enī nullus est qui de bono in bonoꝝ
genere affirmare posset hoc bonū tm̄ valz
nec plus nec min⁹. et hoc tm̄ est diligendū
nec plus nec minus. sic nullus est qui debi
te ponderare sciret q̄tum hoc malū vel il
lud esset odiendū et fugiendū. Cū enī suf-
ficientes nō sumus discernere inter diē ⁊
noctē. id est malū et malū q̄tomin⁹ inter
bonū. melius. et optimū. ac inter malum ⁊
pei⁹. et pessimū. Et hec quidē est pena pec
cati originalis. Quid aūt si. superueniēt
actualia et illa nō paucaꝝ p̄fecto illa imp̄
catio p̄phetica Isa. vj. Exceca cor popu
li huius et aures eius aggraua et oculos
eius claude ne forte videat oculis suis et
auribus suis audiat ⁊ corde suo intelligat
et cōuertatur et sanē eū. Ubi dicit Lyra
q̄ talis excecatio nō est a deo directe sed
a liberi arbitrij debilitate. Homo eī auer
tens se a deo. meretur vt iuste ab eo deus
retrahat gratiā cuius effectus est illumīa
re intellectū et mollificare affectuz. Hinc
ip̄a subtracta quis excecatur ⁊ induratur
ex sua malicia. Sicut scriptū est Sap̄ie. ij
Excecauit eī eos malicia eoꝝ Et p̄s. lxxxj
Nescierūt neqz intellexerunt id est nec sci
re curauerunt. quia in tenebris ambula-
bant id ē excecati sunt p̄pria malicia. glo
sa ibidem. Si enī cognouissent nec illi scz
p̄lati dominū crucifixissent. nec isti scilicz
subditi barrabam elegissent sed p̄pria ma
licia excecati. Et sic ignorātie que est pe-
na peccati originalis plerunqz comitatur

cecitas mentis. Sed quia de ignorantia superi⁹ plura dicta sunt vbi agitur de opere spiritualis misericordie quod est docere ignorantem. ideo hic de ea causa breuitatis supsedeo. Porro cecitas de qua tactum est cōtingit ex hoc ꝙ homo nō intendit internis et spiritualibus ⁊ eternis quod cōtingit dupliciter ſm Thomā scda scde. q. xv. Quādoqꝫ ex hoc ꝙ habet voluntatem spontanee se auertentē a ꝯsideratōe talis principij. ſm illud ps. Noluit intelligere vt bene ageret. Et licet ſm Augustinū. x. cōfess. cognoscere veritatē lucentem omnes amant tamē per accidens efficitur aliquibus odibile inq̄tum scꝫ ꝑ hoc impediunt̄ ab alijs que magis amant tanq̄ oculus lumen odientis. Alio modo cōtingit per occupationem mentis circa alia que magis diligit quib⁹ ab inspectōe huiusmodi mens auertitur. Supercecidit ignis scꝫ ꝯcupiscentie et nō viderunt solē et vtroqꝫ modo cecitas mentis est peccatum. Ab hoc igit̄ malo et cecitatis ⁊ ignorantie petimus in hac clausula specialiter liberari cū dicimus. Sed libera nos a malo. Secunda vero potentia est volūtas in qua subiectatur iusticia tanq̄ in subiecto. vt dicit Thomas ibidem. q. lvj. Virtutes que ordinant affectum in deum vel in ꝓximum sunt in voluntate sicut in subicto. sicut charitas. iusticia. et huiusmodi Inquantū igitur voluntas destituit̄ ordine suo ad bonuꝫ. recipit vulnus malicie que malicia nō sumitur ꝓ speciali peccato sed pro quadā ꝓnitate voluntatis ad malum ſm ꝙ dicit̄ Genes. vj. Proni sunt sensus hominis ad mala ab adolescentia sua Pro quo sciendū ſm Tho. ibidē. q. lxxviij ꝙ sicut peccatum quādoqꝫ cōtingit in humanis actibus ex defectu intellectus. puta cum per ignorantiā peccat. et quādoqꝫ ex appetitus defectu sensitiui. sicut cū ex impulsu passionis peccat. sic etiā quādoqꝫ peccat ex defectu valuntatis qui est inordinatio ip̄ius. Est autē voluntas inordinata quādo minus bonuꝫ magis amat Cōsequens est autē vt aliquis eligat pati detrimentum in bono minus amato ad hoc ꝙ patiatur bono magis amato Sicut cum homo scienter vult pati membri eius descisionem seu abscisionem vt conseruat vitam quam magis amat. Sic etiā inordinata voluntas plus amās terrenū q̄ eternum. vel ordinem rōnis vel diuine legis. vel charitatem et hmōi. sequitur ꝙ velit pati dispendium in aliquo spiritualiū bonorum vt potiatur tp̄ali bono magis amato. ⁊ sic dicitur peccare ex certa industria vel ex certa malicia quasi scienter malum eligens. Ad cuius euidentiam sciendum ꝙ dicit̄ quis tripliciter ex certa malicia peccare. Primo modo ꝙ malicia ex qua quis peccare dicitur potest intelligi malicia habitualis ſm ꝙ malus habitus a ph̄o malicia nominatur. sicut ecōtra habitus bon⁹ nominatur virtus. et ſm hoc dicitur quis ex malicia peccare qui peccat ex inclinatōne mali habitus. Vnde pro tanto dicitur ex malicia peccare. quia vti habitu nō est necessariū sed subiacet voluntati habentis. Vnde et habitus diffinitur quo quis vtitur cum voluerit. Et ideo sic cōtingere potest ꝙ aliquis habens habitum viciosum ꝓrumpat in actum virtutis eo ꝙ ratō nō totaliter corrumpitur per malum habitum. sed aliquid eius integrum manet ex quo ꝓuenit ꝙ aliqua operatur peccator de genere bonorum. Sic etiam cōtingere potest ꝙ habens habitum interdum nō ex habitu operetur. sed ex insurgente passione vel ignorantia. Sed quandocūqꝫ vtit̄ habitu vicioso necesse est vt ex certa malicia peccet. quia vnicuiqꝫ habenti bonū habitum est per se eligibile id quod est ei cōueniens ſm ꝓprium habitum. quia sic est ei quoddam cōnaturale ſm ꝙ cōsuetudo et habitus vertuntur in naturaꝫ. Secūdo dicitur quis peccare ex malicia ita ꝑ maliciam intelligat̄ malicia actualis sicut ipsa electio mali. malicia nominatur et sic dicitur aliquis ex malicia peccare inquantum ex mali electione peccat. non tamen ex habitu vicioso qui illuꝫ impellat et qd̄dammodo cogat ex praua ꝯsuetudine sed

ex spontanea electione quadã ipius mali eo q̃ nõ est timor dei ante oculos ei⁹ nec ponderat peccata. sed quasi nihilipendit. Cum dicit̃ in p̃s. Dilexisti malicia sup̃ benignitatẽ. glosa. quia q̃ si benignitas tangat animũ suũ quãdoc̃ statim refugit. Sequitur. Iniquitatẽ magis q̃ loqui equitatem. Vnde sicut se habet bonus ad electionem boni. sic et malus ad electionem mali. Sed aliquãdo quis nõ habẽs habitum virtutis eligit id qõ est bonũ fm virtutem Ideo etiã quãdoc̃ quis nõ habẽs habitum vicioſum eligere p̃t malũ ad pficiendũ quod est ex certa malicia quando voluntarie reicit a se qõ eum posset a peccato retabere vt sic liberi⁹ peccet. Exempli gratia. si aliquis peccare prohibeat̃ non quia peccatũ fm se sibi displicet sed ꝓpter spem vite eterne vel ꝓpter timorẽ gehẽne Si tunc remota spe peccet ex desperatõe vel remoto timore peccet ex p̃sumptõne: manifestũ est q̃ peccat ex certa malicia et grauissime. quia in spiritũ sanctũ. Desperatio aũt et p̃sumptio vt cõmuniter grauiora peccata sunt q̃ illud peccatũ qõ pficitur ex desperatõne vel p̃sumptõe. et sic de alijs peccatis in spiñ sanctũ. Tercia deinde potentia est vis irascibilis in qua est fortitudo vt in subiecto. quia fm Thomã ibidem. q. lv̄. Licet irascibili nõ cõpetit esse subiectũ virtutis inq̃tũ est ꝑs appetitus sensitiui. tamẽ inquantũ ꝓticipat rõnez per hoc q̃ nata est obedire rõni. sic p̃t esse subiectũ virtutis humane. sic enim est principiũ humani actus. Cum enĩ actus qui ꝓcedit ab vna potẽtia fm q̃ est ab alia mota nõ potest esse pfecta nisi vtraq̃ potentia sit bene disposita ad actus. Exempli causa. Actus artificis nõ potest esse cõgruus nisi q̃ artifex sit bene dispositus ad agendum. et sic ipm instrumẽtũ. Ideo in his circa que operat̃ fm q̃ a rõne mouet̃ necesse est vt aliquis habitus pficiens sit ad bene agendũ nõ solũ in rõne sed etiã in irascibili sed q̃ bona dispositio potentie more attendit̃ fm ꝓformitatẽ ad potentiam mouentẽ. ideo virtus que est in irascibili nihil est aliud q̃ quedã cõformitas illius habitualis ad rõem. Sic enĩ in ea generatur bonũ virtutis moralis. sicq̃ pot esse subiectũ fortitudinis. Sed inquantũ irascibilis destituit̃ suo ordine ad ordinẽ. recipit vulnus infirmitatis quã infirmitatẽ accepit Beda in auctoritate p̃dicta fm q̃ opponit̃ fortitudini cui⁹ actus est sustinere difficilia et aggredi ardua. Licet sustinere id est in piculo immobiliter sistere principalior actus eius est q̃ aggredi eo q̃ difficilius est sustinere q̃ aggredi. fm Tho. scõa scõe. q. cxxiij. Et ꝓpter tria. Primo q̃ sustinere videt̃ aliquis ab aliq̃ fortiori inuadente qui aũt aggredit̃ inuadit ꝑ modũ fortioris. Secũdo q̃ sustinẽs sentit picula vt p̃sentia sed aggredies vt futura. Tercio q̃ sustinere importat̃ ꝑ tis diuturnitatẽ. aggredi aũt subitã motiõez in aliqõ arduũ. sed in vtroc̃ deficit q̃ vulnus infirmitatis suscepit ad sustinendum inuoluntari⁹ et ad aggrediendũ tard⁹ q̃ ꝑ actuale peccatũ in vnoquoc̃ diminuit̃ virtutis bonũ. Ideo ꝑ peccatũ accrescit maior difficultas bene agendi et minor ꝑnitas mala patiẽdi. Quarta denic̃ potẽtia est vis cõcupiscibilis in qua est temperantia vt in subiecto quod ptz ꝑ declarationẽ iam ꝓportionaliter factã de vi irascibili. sed inquantũ vis cõcupiscibilis destituit̃ ordine suo ad delectabile rõne moderatũ recipit vulnus ꝓcupiscẽtie. Q.⁹ si obijciatur vulnus cõcupiscentie est qõdã naturale cum sit actus virtutis cõcupiscibilis sed illud quod est naturale nõ debet poni vuln⁹ nature. Ad hoc respõdet tho. ibidẽ q̃ ꝓcupiscẽtia intantũ est boĩ naturalis inquantũ rõni subditur. q̃ aũt excedit limites rõnis hoc est homini ꝓtra naturam. Et sic ꝓcupiscẽtia sumit̃ hic ꝑ intẽperantia que opponit̃ tpantie. Quã intẽperantiã vocat ꝑs peccatũ puerile. iij. ethicoꝝ dicẽs. Nõne intemperãtie ferim⁹ ad peccata puerilia et hoc ꝑ quandã similitudinẽ. Quia peccatũ intpantie est peccatũ superflue ꝓcupiscẽtie que similat̃ puero q̃tũ ad tria fm Tho. scõa scõe. q. cxlij. Primo ad id quod vterc̃ appetit. Sicut enĩ puer ita q̃ cõcupiscentia appetit aliq̃d

turpe. Cuius rō est. quia pulcrū in rebus humanis attenditur ꝓut est aliquid ordinatum ſm rōnem. Dicit enī Tullius in ꝑmo de officijs. Pulcrū est quod cōsentaneum est hoīs excellētie in eo in quo natura eius a reliquis animantib⁹ differt. Puer autē nō attendit ad ordinē rōnis similiter ⁊ ꝯcupiscētia nō audit rōem. vt dicit̄ in. vij. ethico. Secūdo q̄tum ad euentū. Puer autē si sue voluntati dimittit̄ crescit in ꝓpria voluntate. Eccle. xxx. Equ⁹ indomitus euadit durus et filius emissus euadit p̄ceps. Sic etiā in cōcupiscentia si ei satis fiat maius robur accipit. Aug⁹. v cōfess. Dum seruit̄ libidini facta est ꝯsuetudo et dum cōsuetudini nō resistit̄ facta est necessitas. Tercio q̄tū ad remediū qđ vtriq; prebet̄. Puer enī emēdat̄ ꝑ hoc ꝙ cohercet̄. Prouer. xxiij. Noli subtrahere a puero disciplinā tu' virga ꝑcuties eū. et animā ei⁹ de inferno liberabis. sic etiā dū cōcupiscentie resistit̄ ad debitū honestatis modū reducitur. Et ſm Aug⁹ paulatiz repressus impetus ꝯcupiscētie extinguitur. Maior enī erat cū sequeremur nō nullus omnino sed certe minor cū refrenam⁹ Hic ꝯcludit phs. iij. ethi. ꝙ quēadmodū oportet puerū ſm preceptū pedagogi viuere. sic et cōcupiscibile cōsonari rōni. Preterea ſm Criso. in omel. Malū hoc diabolū vocauit dicēs. Sed libera nos a malo Et hoc ꝓpter excellētiā malicie nō que ex natura est sed q̄ ex electōne. Et quia ad nos implicabile bellum habet. In oīb⁹ eniz q̄ possunt vel irretire deceptionē. vel supplātationē. quare merito petim⁹ iugiter. Sz libera nos a malo. Deinde fit ꝯclusio totius orōis cum addit̄. Amē. qđ est de textu euangelij et per ꝯsequens ꝓlatum ore christi sic̄ alia p̄cedentia. Unde dicit hic glosa ꝙ Amen in fine orōnis ponitur vt ꝑ hoc insinuet̄ a deo indubitanter tribui qđ hic petitur. Amen enī est idem quod fiat. Vel ſm Jeronimū super Math. Amen quod in fine cōstat scriptū significatiuuz est dominice oratōnis quod aquila interpretatus est fideliter. qđ nos vere possumus dicere. Hec ille. Ad laudē dei Amē.

De multiplici lingua pernitiosa que sordidā orationē reddit ⁊ salutiferuz eius fructū impedit. Ser. xlviij.

Facite dignū fructū penitētie. Math. iij. Dicit Jacobus in canonica. iij. ca. ꝙ lingua est inquietū malū. Nō eī quiescit qz in lubrico posita est et actio eius in malū vergit. qz plena est veneno mortifero. Vñ ſm glosam. Malum lingue more veneni serpit đ vno in aliuz transeundo. Et illud venenū occultatur sub specie alicui⁹ boni. sicut venenū occultat̄ sub velamine alicui⁹ gustabilis. Serpit etiā de vno malo ad aliud: vtpote de ociosis ad irrisoria. deinde ad scurrilia et detractoria. Qua ꝓpter ibidem subdit Jacobus dicēs. In ipsa scz lingua benedicim⁹ deū scz ꝑ orōnes ⁊ laudes. et in ipa maledicimus hoīes q̄ ad sil̄itudinē dei facti sunt scz ꝑ detractōes ⁊ cōtentiones ⁊ deceptōes q̄ vtiq; maledictō redundat in deū. Sicut vituperiū factum imagini regis redundat in regē. Hinc ꝓsequitur ibidē. Nō oportet fratres mei hec ita fieri. glosa. amaritudine maledictōis cōsumitur dulcedo benedictōis. j. ad Corint. v. Nescitis qz modicū fermēti totā massam corrumpit. Et ponit hic similitudinē ꝑmo de fonte dicēs. Nunq̄d fons de eodē foramīe emanat dulcē ⁊ amaram aquam. Secūdo de ficu et vite dicēs. Nunquid possunt ficus vuas facere aut vitis ficus. glosa. Nō eī arbor amisso naturali fructu fert fructus alteri⁹ arboris. Et iō corā deo nō est speciosa laus in ore peccatoris p̄sertiz ꝓximū ꝑ linguā suā nequiter offendētis ꝑ verba iniuriatiua. allectiua: et deceptiua. et sil̄ia. Insuꝑ vt dicit ibidem Jacobus. Ecce q̄tus ignis. i. q̄ modicus q̄ magnā siluā accēdit. Et līgua scz mala ignis est scz accendēs. ꝯtentōes. detractōes. seditōes. et sil̄ia. Uniuersitas iniquitatis supple est lingua mala virtualiter. Quia ſm glo. ꝑ eā fere cūcta facinora aut concinnant̄ vt latrocinia stupra. aut patrantur vt ꝑiuria falsa testimonia. aut

defendunt vt cum quilibet impius in excusando scelus quod ꝯmisit simulat bonũ quod nõ fecit. Nec hoc sufficit eiꝰ malicie Sed lingua ꝯstituit in mẽbris nostris scz tam ad seruitiũ corporale q̃ spũale creature rõnalis que maculat totum corpꝰ id est ipam personaz efficit vilem. immundã et infamẽ. plerũq; et inflammat rotã natiuitatis nostre id est cursum vite nostre. inflammata a gehenna id est diabolo a quo facta est gehenna. quia et gehenne deputatus est. Si igitur ꝑ linguã tota natura redditur sordida. q̃to sordidior reputat̃ et ipa ꝓpter quam sorditatẽ eius orõ nequaq̃ est deo grata sed abhominabilis et sordida. Propterea cuncta vicia que lingua patrantur breui stilo ꝑstringere statui vt scita diligentius caueant̃. Pro quo sciendum ꝙ sicut lingua mala rotam inflammat et inficit totius vite sicut etiã eius vicia rotam occupãt totius alphabeti. vt in ea cõsistere nõ dubitetur cõsummatio peccati. Veruntamẽ quia de vicijs eiꝰ plura dixisse me memini in diuersis locis p̃cipue in sermonibꝰ de quadragesima. et deinceps ꝓ nunc singula succinctus sermo ꝑcurrat. Tot enim reperiunt̃ differẽtie male lingue quot in alphabeto reperiunt̃ litere. Prima igitur mala lingua dicit̃ adulatoria. que ſm Tho. scda scde. q. cxv. peccare potest mortaliter tribus modis. Primo quãdo laudat alicuius peccatũ. quia in hoc cõtrariatur dilectioni dei cõtra cuius iusticiam loquit̃. et dilectioni proximi quem laudando fouet in peccato p̃s. Qm̃ laudatur peccator in desiderijs anime sue ꝛc̃. Secundo ex intentione. puta cuz quis adulat̃ alicui vt fraudulenter ei noceat siue corporaliter siue spiritualiter. vel etiã vt eum ad peccata ꝑtrahat. Sicut patet iiij. Reg̃. xij. et. ij. Paral. xxiiij. in Joas rege iuda. Vide in quadragesima de peccatis alienis. Tercio ꝓpter occasionẽ alteri datam ad peccandũ mortaliter. licet sit preter intentionem adulatoris dũ fuerit occasio data nõ accepta. Vnde super illud p̃s. Cõfundantur statim erubescentes qui dicunt mihi euge euge. dicit glosa ꝙ plus nocet lingua adulatoris q̃ gladiꝰ persecutoris. quia ille animaz iste corpus interimit. Secunda dicitur blasphematoria que scz blasphemit vel maledicit quod ſm quosdam idem est. tamẽ ꝓprie accipiẽdo reperitur ibidẽ quedaz differẽtia. Est tamẽ vtrunq; enorme peccatũ. Vnde ſm Ambro. Blasphemia est quod cum deo attribuitur quod sibi nõ cõuenit. Vel cum ab eo remouetur quod sibi ꝯuenit. Et beatus Tho. scda scde. q. xiij. addit tercium: quod tamen includitur in secũdo ꝙ scz cũ creature attribuit̃ quod soli deo cõuenit. Sed maledicere est imprecare optare alicui malum siue deo siue homini. qd̃ vtiq; repugnat charitati. et sic est mortale. Et tanto grauius q̃to illum cui maledicimꝰ magis amare vel reuereri tenemur. Leui. xx. Qui maledixerit patri vel matri mortem oriatur. Et de eo qui blasphemauit nomẽ domini tetragramathon vt ptz Leuiti. xxiiij. Tercia dicit̃ cõspiratoria. De qua lingua dicitur Johis. ix. Jam eniz cõspirauerant iudei id ẽ ꝑuerso cõsilio cõcluserãt. et hoc in odiũ christi. vt si q̃s cõfiteretur eum christũ extra synagogã fieret scz excõicatus qd̃ apud eos erat maximum opprobriũ. Et sic cõspiratio est q̃dã ꝑuersa nõ solũ ꝯsiliatio. sed etiã cõcinnatio quod est magis ꝑuersum. Nihilominꝰ tñ si tu nihil mali facis. sed alijs dũtaxat cõsulis faciendum. quicq̃d sic cõmittit̃ in damnatõz tibi reputabit̃. Sic̃ cayphas q̃ legit̃ de morte xp̃i ꝯsiliũ dedisse. Et achitophel. ij. Re. xvij. Sil̃ aman q̃ de nece iudeoꝝ dedit ꝯsiliũ. vt ptz Hest. iij. Sic balaam. sic deniq; mali ꝯsiliarij q̃ suadẽt exactões. violẽtias. rapinas. guerras. fornicatões. et sil̃ia. De q̃bꝰ dicit̃ Eccle. xxvij faciẽti ꝯsiliũ nequissimũ sup ip̃m deuoluet̃ Nimirũ cũ hmõi p̃ua ꝯsilia tribuẽtes cõicare dicunt̃ crmĩosis. ex̃ de sentẽ. excõ. c. nup. Quarta dicit̃ detractoria q̃ vt frequẽter ꝯmittit pctã mortalia. qꝛ ꝓprie loquendo ille detrahit qui ad hoc de alio loquitur eo absente vt eiꝰ famã denigret qd̃

ſm ſe repugnat fraterne dilectõni. Unde grauiꝰ eſt auferre famã q̃ res tales Dic apls ad Ro. j. Detractores deo odibiles ne ſcz leue putaret peccatuꝫ. Preterea ne detractionẽ audiẽs excuſare ſe prętẽdat dicit Bernꝰ. Detrahere aut detrahentem audire quid horũ damnabiliꝰ ſit nõ facile dixerim. Et ſm gloſaꝫ de pe. diſ. j. c. homicidioꝫ. Detractores dicunt homicide. qz q̃tũ in eis eſt priuãt animã vita q̃ meliorꝫ eſt hoĩs dũ in ea negant eſſe virtutes quibus aĩa viuit. Quinta dicit exacerbatoria qua ſcz q̃s puocat ad amaritudinez animi qđ potiſſime cõtingit in verbis cõtumelioſis. pulcioſis. improperioſis. que tria ſm Aſtenſ. li. ij. ti. xiij. in hoc conueniũt q̃ piter in verbis cõſiſtunt. Nã ꝓa repſentant triplices defectus in detrimentũ honoris alicuius ſcz culpe. pene. q indigẽtie. Quando dicit alicui defectꝰ culpe tm̃ tunc vocat ꝓtumelia. q̃ vero dicit defectus generaliter vocat cõuiciũ. qz vicium ſolet dici nõ ſolũ aĩe ſed etiã corporis. Si denicꝫ dicit ei defectus indigẽtie. qui defectus etiã derogat honori vocat improperiũ Eccle. x. Exigua dabit et multa improperabit. Et dicit Tho. ſcđa ſe. q. lxxij q̃ exquo hec tria derogãt alicuiꝰ honori ſi ad hoc ferat intentio tũc ſunt mortalia nõ minus q̃ furtũ aut rapina. vide pleniꝰ ibidem. Sexta dicit fraudatoria. que ſcz verbis doloſis et deceptoriis vtitur. De qualibus dicitur Prouer. xiij. Ne emuleris viros malos. nec deſideres eſſe cũ eis quia rapinas meditat mens eoꝝ et fraudes labia eorũ loquunt. Et ibidẽ. xij. dicitur Cõſilia ipioꝝ fraudulẽta. Dñ Heſter vltio dicit. Aſſuerus rex ſcribens epłas ad ſubiecta ſibi regna de Aman principe ꝑtales maliuoli aures principũ ſimplices ex ſua natura alios exiſtimantes callida fraude decipiũt. Nimirũ qz dicit. vj. Lingua eoꝝ fraudulenta in ore eoꝝ. Hinc cõqueritur Jere. ix. dicẽs. Frater ſupplantans ſupplantabit et oĩs amicꝰ fraudulenter incedit. ꝓpter quod peccatũ gabaoniti ꝑtaliter maledicti et in ſeruitutẽ redacti ſũt a Joſue. eiuſdẽ. ix. vbi dicit. Cur nos decipere fraude voluiſtis ꝛc. Et animas cum vxore lingua defraudatoria. autoritate dei imprecatõne petri interfecti ſunt. quia fraudauit de ꝓcio agri Actuũ. v Septa dicit glutinatoria. que alio noĩe dicitur lingua tercia. de qua dicit Eccle. xxviij. Lingua tercia mulieres viratas ſedecit id eſt habẽtes viros vel in bono ꝓpoſito firmatas. Hec eſt lingua tercia. que quaſi glutinum alios cõiungit fedo amore vel luxurie feditate. Hec lingua turpitudinum intermiatrix libidinũ internuncia. Viroꝝ certe q̃ tam abhorrendam cõſiliatricem immanitatem iura ciuilia non ponunt que ꝓ re modica furem ſuſpendunt. Qua igit pena plectenda eſt lamia crudeliſſima que puellaruꝫ animas tradit demonijs et corpus lenocinijs. Vide de hac materia exempla pulcra in libro apũ c. xxx. Octaua lingua dicitur hortatoria que ſcz laborat ad inſtigandũ. ſuggerendum. impellendum. et cõfortandum aliuꝫ in aliquod malum. licet pſonaliter adimplere non velit aut forte nõ valet. Et hoc per preceptũ. cõſenſum. cõſilium. recurſuꝫ et ſimilia que ſcz lingua nõ eſt minus rea q̃ ille qui peccatum perficit opere. qz primaria agens. Unde. ij.. Paralipp. xxij. dicit. q̃ Ochozias filius Joram regis iuda tantũ vno anno regnauit ꝓpter peccata ſua. quia mater eius attalia que peſſima erat idolatra. impulit eum vt impie ageret. Et Nume. xxxj. Cur feminas reſeruaſtis. nõne iſte ſunt que deceperunt filioſ iſrael ad ſuggeſtionez Balaam. Nona dicitur irritatoria. Sicut Prouer. vij. dicitur de muliere vaga preparata ad capiendas animas. Irretiuit euꝫ multis ſermonibus et blandicijs labiorum. ꝓtraxit illũ. Statim ſequitur eam ꝛc. Hinc conſuluit Prouerbioꝝ. ij. Inclina cor tuuꝫ ad cognoſcendam prudentiam. ſequitur. vt eruaris a muliere aliena q̃ ab extranea que mollit ſermones ſuos. Et ibidem ſexto. Vt cuſtodias te a mala muliere et blanda lingua extranee. Decima dicitur kachinnatoria id eſt illuſoria. a carmo carmas. i. illudere deridere aut ſubſannare

Et sm Thomā scda sede. q. lxxv. ꝓprie fit
irrisio kachinnis vel ore vel alteri verecū
diam ingerat. sed subsannatio fit naso ru
gato. vt dicit glosa sup illud ps. Qui ha
bitat in celis irridebit eos. Vñ irrisio qñ
q̄ est peccatū mortale quādo scz aliquis
aliū tam vilē estimat qd̄ de eius malo nō
sit curandū sed quasi ꝓ ludo habendum.
Sic enī grauius est q̄ cōtumelia que vide
tur accipere malū alteri⁹ seriose sicut illu
sio in ludū. et sic videt̄ esse maior cōtem
ptus et dehonoratio. Sed grauissimū est
irridere deum et ea que dei sunt. Deinde
parētes. deinde viros iustos sicut Hely
l seus a pueris fuit illusus. Vndecima dici
tur lictoria q̄ homicidiū ꝯmittit corꝑale
vel spirituale siue p̄cipiat siue ꝯsulat sua
deat homicida vocat̄ et iudicat̄. Vñ dici
tur de pe. dis. j. q̄ nō solū qui manib⁹ occi
dunt hominē homicide dicunt̄. sed etiā il
li q̄ cōsilio et fraude hominē occidūt. Et
sil̄r est de ꝑcussione dicendū. et de quacū
q̄ ꝑsecutōe. Vñ iudei dicunt̄ dominū cru
cifixisse hora tercia. de quib⁹ dicit̄ in ps.
lxiij. Exacuerunt vt gladiū linguas suas.
Vnde Jere. xviij. dixerūt iudei de Je
remia ꝑcuciamus eum lingua scz accusan
do eū vt ꝓphanū falsum. et sic moriat̄ vt
m habetur in glosa. Duodecima dicit̄ mur
muratoria ꝓ qua lingua iudei frequenter
puniti sunt a deo. qz frequenter murmura
uerūt cōtra dñm. Vnde Exo. xvj. Dicit
Moyses murmurantib⁹. Nec cōtra nos
est murmur vestrū sed ꝯtra dñm. Hinc do
minus ad Moysen Nume. xiiij. Vsqueq̄
hec multitudo pessima murmurat contra
me Et ꝓsequit̄. Omnes qui murmurastis
cōtra me et murmurati estis a viginti an
nis et supra. nō intrabitis in terrā preter
Caleph et Josue ⁊c. Nimirū cum dicit
Aug⁹ q̄ in nullo ꝓpl̄s israeliticus ita offen
dit dñm sicut in murmuratōnib⁹ suis. vt
ptz in eadē vindicta. Et in c. xvj. eiusdez
vbi habet̄ de Dathan ⁊ Abyron ⁊ Chore
n eorūq̄ horribili morte. Decimatercia di
citur nugatoria. Prouer. vj. Sex sunt q̄
odit dñs. oculos sublimes. linguā menda
cem ⁊c. Nimirū tamen dicitur Eccle. xx.
potior est fur q̄ assiduitas viri mendacis
perditionē aūt ambo hereditabūt Vnde
furtum dñs aliquādo cōcessit. mendaciuz
autē nunq̄. quia sine peccato fieri nō p̄t.
Veruntamē vt ibidē premittit̄ c. xix. Est
qui labit̄ lingua sed nō ex animo et hoc est
min⁹ peccatū. Quartadecima dicitur op o
pugnatoria q̄ scz impugna veritatē quā
cūq̄ p̄sertim fidei et virtutis defendēdo
falsitatē quamcūq̄ p̄sertim infidelitatis
et impietatis. Vnde impugnatio verita
tis agnite est peccatū in spiritū sanctuz.
Cui dicit̄ Isa. v. De qui dicitis bonū ma
lum et malū bonū ponētes tenebras lucē
et lucē tenebras. Hinc ꝯcludit Isa. liiij.
Omnē linguā resistentē tibi. i. aduersan
tem fidei catholice in iudicio iudicabis.
Quintadecima dicit̄ p̄sumptoria. et hec p
lingua quādoq̄ peccat in iactantia q̄ est
de p̄teritis ascribēs sibi aliq̄d sup id q̄d ē
in se. quādoq̄ vero in p̄sumptione q̄ est de
futuris p̄sumēs aliq̄d facere qd̄ est super
suā facultatē. Quādoq̄ enī p̄sumptio po
nitur species peccati in spiritū sanctū. scz
illa qua q̄s diuinā iusticiā ꝯtemnit ex in
ordinata ꝯfidētia diuine misericordie Et
sic duplex est p̄sumptio. Prīa dicit̄ huma b
na q̄ scz de ꝓpria virtute cōfidens tendit
in id vt sibi possibile qd̄ suā facultatē ex
cedit. Secūda est diuina q̄ tendit in id bo
num vt sibi possibile ꝑ virtutē et diuinam
misericordiā. qd̄ tamē sibi possibile nō est
vtpote cū presumit obtinere veniā sine pe
nitētia. vel gloriā sine meritis. et sic ē pec
catū in spm̄ sanctū. Sextadecima dicitur q
quoaxatoria q̄ scz ad modū ranarū nunq̄
silet sed sp̄ coaxat. cū tñ sapiēs dicat Pro
uer. x. In multiloquio nō deerit peccatū
Nimiru cū dicit̄ Eccle. ix. Terribilis ē in
ciuitate sua homo linguosus. ⁊ temerari⁹
in verbo suo odibilis erit. ꝓpterea dicit
ps. Vir linguosus nō diriget̄ ⁊c. Aug⁹. i.
cui voluptas est loqui nec attendit quid
dicat. Non dirigetur in terram scz viuen
tium. Et subdit ibidem. Si quis vera di
cit sed preter necessitatem vir linguosus r
est. Decimaseptima dicitur rosaria q̄ scz
semper rodit actus alioꝝ ⁊ gest⁹ et similia

suspicando. iudicando. cōdemnando. vel
in peius interpretrando. que vt frequen-
ter cōtingunt ex tribus. Vel ex eo ꝙ ma-
lus est et faciliter de alijs malū opinatur.
vel ex hoc ꝙ male afficit̄ ad alteruz. et sic
ex rancore cito ꝑuertit iudiciū. Aut qꝛ sic
frequenter ꝯtingere vidit. Hinc ſm phm
Senes sunt maxime suspitiosi qꝛ multo-
8 tiens aliorū defectus expti sunt. Decima
octaua dicit̄ susurratoria. de qua Eccle.
xxvij. susurro et bilinguis maledict⁹. mul
tos eī ꝑturbauit pacē habētes. Pro quo
sciendū ſm Tho. scda scde. q. lxxiiij. ꝙ su-
surro differt a detractore. qꝛ detractor in
tendit denigrare famā ꝓximi ꝓferens ea
de ꝓximo quib⁹ eius fama possit exstirpa-
ri vel saltem minui. Susurro aūt nitit̄ tur-
bare amiciciā que melior est q̄ꝫ fama. et di
t citur bilinguis. qꝛ duabus linguis vtitur
ad duos vni dicēs malū de alio ⁊c̄. Deci-
manona dicit̄ traditoria q̄ lingua iudas
vtebat̄ in venditōe christi Luc̄. xxij. Ecce
man⁹ tradētis me mecū est in mēsa. Eccle.
xxvij. A tribus timuit cor meū. sequit̄. de
laturā ꝓditionē ciuitatis. et collectionez
v populi. id est seditionē. et calumniā mēda
cez. Vicesima dicit̄ vaticinatoria. de qua
multa dicunt̄ Jere. xxiij. Et Deutro. xij.
dicit̄. Propheta aut fictor somniorū qui
loquit̄ vt seducat aliū auertens a dño in-
terficiat̄. Et in hac lingua ꝯprehendūtur
oīa friuola documēta q̄ garriūt de varijs
diuersis generib⁹ diuersaꝝ superstitionū
de quib⁹ plura tractaui in sermonibus de
x decē preceptis. Vicesimaprima dicit̄ xi-
liquatoria id est infructuosa. Nam xilon
grece latine dicit̄ lignū. et cōponit̄ cuz li-
con qd̄ est dulce. et sic xilicon ē arbor que-
dam fruct⁹ habēs dulces sed ad vsum por
corū qd̄ nos corrupte dicim⁹ xiliqua. qd̄
est etiā quoddā gen⁹ legumīs qd̄ porci in
affrica comedūt. Et generaliter signat fol
liculos cuiuslibz legumīs ⁊ purgamentum
eius. Vñ Luce. xv. legit̄. Et cupiebat im
plere ventrē suum de xiliquis quas porci
manducabāt. Vbi dicit Ambro. ꝙ recte
signat sciētias seculares vel carmina poe
tarum suauitate sterili inflantes magis q̄ꝫ
reficiētes. Sed quia dñs ait Math. xij.
ꝙ de omni verbo ocioso reddituri sumus
rōnem. Hinc merito dicit Dauid. Obmu
tuit scz cōtra iniuriantē ne iniurias red-
derez et ⁊ humiliatus sum improperia su
stinēdo et silui a bonis. ne docerez cōtem-
nentez ne ꝓicerē margaritas ante porcos
Vicesimasecūda lingua dicit̄ ypocrisoria y
id est simulatoria. q̄ scz simulat verbis ea
que minime sunt in secretis cordis. De q̄
scz ypocrisi dñs multa dicit Math. xxij.
Et tandē ꝯcludit. a foris quidē apparetis
hominibus iusti. intus aūt pleni estis ypo
crisi et omni iniquitate. Et qꝛ Job. xxvj
dicit̄. ꝙ simulatores callidi ꝓuocant iram
dei. ideo dñs ait Luce. xij. Attēdite a fer 3
mento phariseoꝝ qd̄ est ypocrisis. Vice-
simatercia lingua dicit̄ zelatoria q̄ potis
sime dominat̄ in muliere zelotipa. de qua
dicit̄ Eccle. xxvj. A tribus cor meuz et in
quarto facies mea metuit. Vnde quartū
est in muliere zelotipa flagellū lingue om
nibus cōmunicans. vide glosam ibidem si
placet. Ad laudem dei Amen.

¶ Deo gratias.

344

Incipiunt sermões eiusdez venerandi patris de aduentu. Et primo de aduentu domini ad iudiciuz. quod precedet triplex discessio. ab imperio. ab ecclesia. a fide. Sermo primus.



A Quis poterit cogitare diem aduentus eius: ⁊ quis stabit ad videndũ euz? Malach. ij. Malachias ꝓpheta in spiritu preuidens dñm venturũ ad faciendam vindictã in natiõibus. scz infidelibus qui iam iudicati sunt. increpationes in populis. s. fidelibus: sed peccatoribus. ad alligãdos reges eoꝝ ĩ ꝯpedib⁹: ne de cetero tyrãnidez exerceãt tanq̃ libertatẽ. ⁊ nobiles eorũ in manicis ferreis. qꝛ potentes potẽter tormenta patient̃. Unde Malach. iij. dicit̃. in persona dñi. Accedam ad vos in iudicio ⁊ ero testis maleficis velox ⁊ adulteris: ⁊ ꝑiuris: ⁊ qui calumniant̃ mercedem mercẽnarij: ⁊ humiliant viduas ⁊ pupillos. ⁊ opprimũt ꝑegrinum. nec timuerũt me dicit dñs. Cuius nimirũ districtionẽ ⁊ inflexibilẽ iusticiã miratur in themate ꝓposito non soluz aduersus impios: sed etiam iustos. quia cum acceperit temp⁹ iusticias iudicabit. Qd ostẽdens prosequit̃ ibidem. Ipse enim quasi ignis cõflans. Glo. Domin⁹ est ignis conflans ⁊ cõsumens lignũ. fenum. stupulam. grauia peccata grauiter puniẽs. ⁊ his qui parua ⁊ leuia cõmittunt est herba fullonũ vt lotis mũdiciã restituat et lauet sordes filiaꝝ syon. Sequitur ibidẽ. Et sedebit cõflans ⁊ emũdans quasi argentũ. ⁊ purgabit filios leui. Glo. per filios leui sacerdotalis dignitas intelligit̃. Et si sacerdotes colandi sunt ⁊ purgãdi: quid de ceteris dicendũ est cum iudiciũ incipiat a domo domini? Hinc merito dicit̃. Quis poterit cogitare ⁊c. B Ad cui⁹ ꝓsecutionẽ ꝑmo queri potest vtꝝ generale iudicium sit futurũ. ꝑsertim cum dicat̃ Naum. j. Non iudicabit deus bis in idipsuz. Cuz igit̃ deus in morte cuiuslibet de singulis hominũ operibus iudicat ⁊ tribuat vnicuiq̃ penas vel premia pro meritis: videt̃ ꝙ non sit aliud iudicium affuturũ. Ad hoc respõdet doctor sanctus super. iiij. dist. xlvij. inter alia Quilibet homo sicut est singularis quedaz persona: sic etiam est pars totius humani generis. ⁊ sic ei duplex iudicium debetur. Unum singulare qd̃ de eo fiet post mortẽ quãdo recipiet iuxta ea que ĩ corpore gessit q̃uis nõ totaliter. qꝛ tantũ quo ad animam. Aliud iudicium de eo esse debet ꝑm ꝙ est pars toti⁹ humani generis. sicut ꝑm humanã iusticiam aliquis dicit̃ iudicatus quãdo iudiciũ datur de cõmunitate cuius ip̃e pars est. sic ꝓpria sententia illius vniuersalis iudicij erit seꝑatio bonoꝝ a malis ⁊ tunc boni amplius premiabũtur. tuz ex gloria corporis adiuncta. tum ex sanctoꝝ numero completo. Et mali amplius torq̃bunt̃. tum ex pena corporis adiũcta. tum pro completo numero damnatoꝝ ĩ penis. quia quãto cum pluribus ardebũt magis ardebunt. ⁊ electi quãto cum plurib⁹ gaudebunt magis gaudebũt. Nec tamen bis iudicat deus in idip̃m. quia non infert duas penas pro vno peccato. sed pena q̃ ante iudiciũ completũ inflicta non fuerat in vltimo iudicio complebit̃. Cum igitur iudiciũ generale sit infallibiliter affuturꝝ. potest queri vtꝝ alicui tempus iudicij potest esse notum. ꝑsertim cum dicit̃ Marc. xiij. De die autẽ illa vel hora nemo scit. neq̃ angeli in celo. neq̃ filius nisi pater. Ad hoc rñdet Bonauẽtura sup. iiij. dis. xlviij. ꝙ absq̃ dubio hora diei iudicij nota ẽ toti trinitati ⁊ homini assumpto. Est aũt ignota omnib⁹ in statu viatoꝝ existentib⁹. sz de h̃ est ꝯtẽtio int̃ doctores vtrũ nota sit angelis ⁊ animab⁹ beatis ⁊ auctoritates sanctoꝝ ex vtraq̃ parte sentire vident̃. Sane tamen dici potest ꝙ illud notum sit aliquibus angelis ⁊ beatis. aliquib⁹ autẽ ignotum. sicut etiam ꝯtigit de misterio ĩcarnationis qd̃ antea non omnibus: sed aliquibus angelis notum erat. Unde in illa auctoritate dñica Marc. xiij. sicut patet ex

345

Glo. non excludit̃ filius naturalis: sz adoptiuus. nec excludũtur om̃es angeli: sed tantuz qui sunt inferioris ordinis. nec excludũtur omnes hoĩes: sed tantuz puri homines ⁊ viatores. Non erat viatorib⁹ vtile nosse. sed erat ignorare ꝑutile. sicut dñs ĩ illa auctoritate subdit. Videte vigilate orate. Nihilomin⁹ tamen ex signis euidẽtibus ĩ sacra scriptura positis cognosci potest illius iudicij metuenda instantia. Nã tria principaliter erũt in iudiciũ illud p̃cedentia tria cõcomitantia ⁊ tria sequẽtia. Precedẽtia nanq̃ erunt doloꝝ initia. antichristi fallacia. et terrifica ꝓdigia. Primo nanq̃ p̃uenient dolorũ initia. sicut ait domin⁹ Math. xxiiij. Hec autem sunt initia dolorũ. que scilicet ibidez enumerat dicens. Cõsurget gens contra gentem. ⁊ regnuz aduersus regnũ. ⁊ erũt pestilentie et fames ⁊ terremotus per loca. Ad cui⁹ euidentiam sciendũ ꝙ in ꝑmitiua ecclesia erant multe traditiões et opiniões de secundo aduentu christi. quia plures Pseudo ꝓphete dicebant illum breuiter affuturuz. Hinc Paulus discipulos suos instruens, ne seducerent̃ scripsit eis signuz aduẽtus domini qđ erit origo omniũ malorum dicens. ij. Thessal. ij. Rogamus autẽ vos fratres per aduentuz domini nostri Iesu christi vt nõ cito moueamini scz per tribulationem ⁊ falsam persuasionẽ a sensu vestro. Glo. i. a puro intellectu dei. neq̃ terreamini scz pro vicino periculo. neq̃ ꝑ spirituz scz malignũ. vel per reuelatiõez quã quis dicat sibi factã. neq̃ ꝑ ſmonẽ. i. aptã vel occultam p̃dicationez. neq̃ per epistolam tanq̃ per nos missam. Nam Pseudo apostoli mittebãt epistolas in noĩe Pauli vt sic facilius fideles deciperent. Sequitur. Quasi instet dies domini scilicz extrema ad iudicanduz. Et cauete ne quis vos seducat vllo modo. Quoniaz nisi venerit discessio primũ. Glo. Non veniet domin⁹ ad iudiciuz. qđ tripliciter intelligit̃. Primo de discessione gentiũ ab romano imperio. quia ante illa tempora scz iudicij diuidetur romanũ imperiũ in decez regna. vt habetur Daniel. vij. vbi in figura quatuor bestiarũ quatuor regna principalia describit. Nã prima bestia erat quasi leena designãs regnũ babilonie qđ primuz erat ⁊ valde diu durabat. incipiẽs sub Zaruch ꝓauo Abrahe vsq̃ ad Balthasar regez q̃ fuit tẽpore Danielis. Et designat̃ per leenam ꝓpter violentiã ⁊ libidinis impatiẽtiam. Secũda bestia fuit similis vrso in parte designans regnũ persarũ propter patientiam laboris ⁊ persimoniã vict⁹. Nam pro pulmento sale vtebant̃ ⁊ cardamomo ⁊ in populũ dei nihil crudeliter egit. vide in historia scolastica super eandẽ visionẽ. Tercia bestia fuit quasi pardus designãs regnũ grecoꝝ. cui⁹ exordiũ fuit Alexãder magnus. qꝛ sicut pardus saltu ruit in mortem ꝓpter impetũ ⁊ nimiã velocitatez. sic Alexandri victoria nihil velocius. regnauit tantũ duodecim annis. ⁊ subiugauit sibi totuz mundũ. Quarta bestia terribilis fuit ⁊ fortis dentes ferreos habens comedens atq̃ cõminuens ⁊ reliqua pedib⁹ cõculcans. designat regnũ romanoꝝ. qđ nulli bestie Daniel cõꝑauit. vt quicqđ bestie ferocius cogitam⁹ in romanis intelligam⁹ sicut patz in crudelissima persecutiõe christianoꝝ. Hebrei tamẽ dicunt illaz apro fuisse similem. iuxta illud p̃s. Vastauit eam scz ecclesiam aper de silua. ⁊ singularis ferus depastus est eaz. Sequit̃. Et habebat cornua decem. qđ respicit finem mũdi. q̃a tunc regnuz romanoꝝ diuidetur in decem regna qđ significatũ est per decem soles ĩ roticinio sibille. Et ecce paruum aliud cornu ortũ est đ medio eoꝝ. hic est antichrist⁹ vt pz ꝯsequẽter in textu. de quo postea videbitur. Hec igitur discessio a romano imperio ⁊ regnorũ diuisio causam dabunt ꝙ surget gens cõtra gentem ⁊ regnuz aduersus regnũ. sicut ait dominus in euangelio

Secundo ꝟo potest intelligi de discessione particulariũ ecclesiarũ ab obedientia romane ecclesie que diem domini p̃cedet. ⁊ erit precipuũ seminariũ letalis iacture ⁊ vitioꝝ in eccl̃ia dei. cui⁹ causa dicetur inferius. Tercio ꝟo potest intelligi de discessione quorũdam christianorũ a fide catholica que similiter erit circa tp̃a nouissi-

ma. sicut ostendit dominus Luc. xviij. dicens. Verũtamẽ filius homĩs veniens putas ĩueniat fidez in terra. vbi dicit Beda Q. dum omnipotẽs conditor in forma filij apparuerit tanta erit raritas electoꝝ vt non tam ob clamorem fideliuz q̃ ob stuporem aliorum totius mundi sit acceleranda ruina. Et apostolus. j. Corinth. iiij. quo nihil manifestius. Spiritus inquit sanctus Glo. qui omnia scrutat̃ manifeste dicit supple mihi in corde dictiõe spirituali: nõ vocali nec etiam per enigmata sicut ꝓphetꝫ: sed manifeste. Quia in nouissimis temporibus discedent quidaz a fide: attendẽtes spiritus erroris diuersos. ⁊ doctrinas demonioꝝ diuersas superstitiõibus ⁊ erroribus innitẽtes. sic̃ ꝓchdolor multiplex docet experiẽtia in sabodia. normãnia. alijsq̃ mundi partibus. Multi etiam discedẽt a veritate doctrine. sic̃ p̃dixit apostol⁹. ij. Thim̃. iiij. dicẽs. Predica ꝟbũ. insta oportune importune. argue. obsecra increpa in omni patiẽtia ⁊ doctrina. Erit enim tempus cum sanaz doctrinam non sustinebũt: sed ad sua desideria coaceruabũt sibi magistros prurientes auribus. Glo. pruritus generantes auribus. Et a veritate quidez auditum auertent. ad fabulas autem conuertentur. iuxta qd̃ dicitur Ysa. iij. Loquimini nobis placẽtia videte nobis errores Et horuz causam p̃mittit ibidem. iij. ca. dicens. Hoc autem scito q̃ in nouissimis diebus instabunt tempora ꝑiculosa. Glo. sanctis. quia persecutiones erunt grauissime cõflate ex tyrãnis hereticis ⁊ ypocritis. ⁊ causam addit: dicens. Quia homĩes erũt seip̃os amantes. non deum. non proximũ. Ex amore nãq̃ ꝓprio tanq̃ ex radice omnia mala oriuntur. sicut ibidem particulãdo prosequitur. Erunt eniz cupidi. s. ad lucrum pecuniaꝝ. elati scilicz appetendo dominiuz. superbi scilicz de honore impenso. blasphemi scilicet ad dei vituperiuz parentib⁹ non obedientes. ingrati ad beneficia. ⁊ cetera multa que ibidez ꝓsequit̃. Et hee quidem persecutiões ex tyrannis hereticis et ypocritis designate sunt in trib⁹ ordinibus dentiuz in figura vrsi: quem vidit Daniel eiusdez. vij. vbi dicit̃. Et ecce alia bestia similis vrso in parte. ⁊ tres ordines erant in ore eius ⁊ in dentibus eius. ⁊ dicebãt ei. Surge comede carnes plurimas. Vrsus mellis dulcedinez summe degustare cupiens s̃m naturales fauos per odorẽ deprehẽdens etiaz arbores ascendit vsq̃ ad locum mellis. ⁊ faciens vnguibus in arbore aperturã mel extrahit ⁊ comedit. Et signauit detestabilez concupiscentiaz fere totam terram deuastantez. Habet autem tres ordines dentiũ in ore eius. quia tres erunt status in mundo cõcupiscentiarũ affectibus tam miserabiliter irretiti. q̃ ꝑ illas cõsequendas non ferebũtur proximis inferre violentiaz. omnẽq̃ vitiorũ perpetrare nequitiã. omnem deniq̃ impugnare veritatez. Primus status erit nobiliũ dominoꝝ seculariũ ⁊ potentũ qui nullas abhorrebunt inferre violentias. facere exactiones. opprimere pauperes. et subiectas nationes adeo vt etiam ecclesijs ⁊ ecclesiasticis religiosisq̃ violentias inferent. opprimẽt. spoliabũt. exactionabũt filios nepotes ⁊ similes licet illegitimos. spurios. inydoneos. ribaldos inthronizabũt violenter. ⁊ p̃ficient questus gratia vt sui exaltentur in bonis crucifixi. ⁊ coraz deo duplici damnatiõe digni habeantur. Nec sinent oblatrare predicatores ⁊ annũciatores veritatis eos persequentes vndiq̃ vt ip̃i in illa damnatiõe permaneãt. nec vulgi detestationẽ incurrant. Et hoc figuratum est manifestissime in Ozia rege. ij. Paralip. xxvj. qui post mortez Zacharie summi sacerdotis vt dicit ibidem Glo. per se voluit inuadere sacerdotij dignitatẽ ⁊ offerre sacrificiũ ductus ambitione ⁊ auaricia. Nec reclamantib⁹ sacerdotibus ⁊ leuitis obaudire voluit: sed eis minas intulit. vnde lepra incurabili percussus est. et terremotus inaudit⁹ factus est. vt patz alibi: scz. xliij. s̃mone de tempe ꝓpe finem. ⁊ scribitur ibidẽ in glo. ⁊ in scholastica historia super hunc locum. Vnde ⁊ in fine seculi ꝓpter peccata similis terremot⁹ futurus est sicut apte ꝓphetauit Zacharias. xiiij. dicens. Et fugietis sicut fugistis a facie ter-

346

remotus in diebus Ozie regis iuda. Naz in isto terremotu mons oliuaruz scindetur p̄rupto grandi. vt ibidem dicit. vide in textu ⁊ glosa. ¶ Secund⁹ autem status erit ecclesiasticaruz personarū designatus per hereticos sicut primus per tyrānos. Hic tam detestandis vitijs implicatus erit luxurie symōie ambitōis ⁊ adulationis secularium dominoꝝ: ꝙ nec ip̄i sinent denunciare veritatē. heretici facto: si non fide vel verbo. Nam ex̄. de heret̄. c. ad abolendaz. censetur etiā hereticus qui male sentit de eccl̄ie sacramētis. Quid igitur de his sentienduz est qui tam abomīabiliter abutuntur quotidie sacramētis sacramētalib⁹ et patrimōio crucifixi? Et hi qui sunt adulatores secularium principum. vt vel iniuste inthronizētur. aut vt iuste non eijciantur: sicut aperte habet̄ Amos. vij. Qui scilicz p̄dicans veritatem ⁊ īminentia mala propter peccata israhel ꝑsecutus est eū Amazias summus sacerdos. qui vt dicit Glo. ibidem timens ne si populus cōuertat̄ ad cultum dei ip̄e sacerdotij amittat dignitatem ⁊ gloriam. misit ad Jheroboaz regē dicens. Reuelauit cōtra te Amos diuinā vindictā dicens. in gladio morietur Jheroboam. ⁊ israhel captiu⁹ migrabit de terra sua. Non inquit terra sustinere poterit vniuersos sermones eius. Et cum vt dicit Glo. Jheroboaz verba Amazie quasi vacua respueret. ille sumit auctoritatē sacerdotis dicens ad Amos. Qui vides gradere ⁊ fuge in terram iuda. et comede ibi panez. ⁊ ꝓphetabis ibi ⁊ in bethel. Glo. vbi ego sum sacerdos non adijcies vltra vt ꝓphetes. Et hec duo erunt causa potissima quare particulares eccl̄ie recedent ab obedientia romane eccl̄ie. ¶ Tercius deniq; status erit falsoꝝ religiosoꝝ qui designantur per ypocritas. qui pro posse non sinēt nudam veritatē predicare. Vel eniz impedient. vel reuocabunt in aperto. vel ꝑuertent in occulto odientes veritatis manifestationez quā impugnabūt per malam vitam. Et omnem cōuersationez exteriorem honestam simulabūt questus gratia intus pleni omni malicia. Sic̄ pharisei qui volebant pre alijs esse religiosi vtētes austero cultu ⁊ parco victu magnificantes fimbrias ⁊ ꝓhilateria ficte religiōis gr̄a. Hi ꝑsequebant̄ christū vera p̄dicantem. ⁊ eoruz vicia detegentē existētes principalis causa mortis ei⁹. Quod auertat a nobis Jesus christus. Amen.

De ātichristi fallacia ⁊ de quadruplici modo subuertēdi a fide. Sermo. ij.

Vnc reuelabitur ille iniqu⁹ quē domin⁹ Jesus interficiet ꝑpiritu oris sui. ij. Thessa. ij.

Secundū autem p̄cedens iudiciuz erit antichristi fallacia. sicut ostēdit Paul⁹ auctoritatem prioris signi. s. discessiōis prosequēs. ait eniz. Nisi venerit discessio primuz. ⁊ reuelatus fuerit homo peccati fili⁹ perditiōis qui aduersatur ⁊ extollit̄ supra omnē quod dicit̄ deus. Glo. falsa hominū opinione vt demones. aut gr̄e adoptione vt sancti homīes. Sequit̄. Aut qd̄ colitur Glo. vere vt deus trinitas qui solus est colendus. Secundo ostēdit ꝙ istud signū sequetur primuz. quia postea subdit verba thematis hui⁹ dicens. Et tunc Glo. p⁹ manifestam discessionē gentiuz a romano imperio ⁊ particulariū ecclesiarū ab obediētia romane eccl̄ie ⁊ hominū christianoruz a fide. Tūc quasi aperta sibi via reuelabitur ille iniqu⁹. Glo. i. antichrist⁹. Hoc idē testatur Daniel. vij. c. ꝙ quarta bestia decem habebat cornua per que intelligebantur decem regna. vt in s̄mone p̄cedenti dictum est. Et ecce aliud cornu paruū ortum est de medio eorū. Glo. antichrist⁹ ignobilis in obscuro loco nasciturus ⁊ homo purus. Sequit̄. Et tria de cornib⁹ eius euulsa sunt a facie eius. quia antichrist⁹ tres reges superās humiliabit. s. regē egypti. Affrice ⁊ ethiopie sicut angelus hāc visionē ostendēs postea Danieli declarauit eodē capitulo. Et vt dicit magister in historijs illos tres reges interficiet. ⁊ tūc alij septē victori colla submittēt. Hic quidem antichristus sicut dicit magister in historijs ex

seminibus parentū concipiet. sed post con
ceptum spiritus malign⁹ descendet in vte
rum matris. cui⁹ virtute puer depost alet.
a nascetur. ⁊ adolescet. ⁊ ideo dicit fili⁹ per
ditionis. ¶ Nascetur autē de tribu Dan
in babilone. sicut dicit Glo. super Apoc.
Et ideo tribus Dan non enumerat cuz ali
is tribubus signatis. nec tribus effraym.
eo q̄ fuit p̄incipiū idolatrie ī populo dei.
Cui⁹ aduētus sicut ait apostol⁹. ij. Thessa
lon. ij. erit ſm operatōem satbane in omni
virtute signis ⁊ p̄digijs mēdacijs. ⁊ in om
ni seductōe iniquitatis bis qui pereūt. eo
q̄ charitatē veritatis nō receperūt vt sal
ui fierent. Ideo mittet illos deus in ope
rationem erroris vt credant mendacio. ⁊
iudicentur omnes qui non crediderūt ve
ritati. sed cōsenserūt iniquitati. Ad maio
rem autem euidentiā sciendum q̄ antichri
stus de tribu Dan nasciturus a Jacob de
nunciāte filijs suis que ventura erāt in di
ebus nouissimis cerastes nūcupatur. sicut
dicit Geñ. xlviij. Fiat Dan coluber in via
cerastes ī semita. Quia q̄tra sanctos astu
tia mortifere p̄dicationis et cornu inique
potestatis armabit mordens vngulas eq̄
vt cadat ascensor eius retro. Multos enī
qui ascendebāt ad culmen virtutū cadere
faciet. Bene nāq̄ cerasti comparatur. q⁹ vt
dicit ibidē Glo. cerastes serpens est regu
li qui tante est p̄niciei vt si venenū eius so
lūmodo vngulā equi tangeret equū ⁊ equi
b tem subito perimeret. Et habz quedā cor
nua ex vtraq̄ parte capitis ad instar cor
nuū arietis reflexa. Sic nihil p̄nicios⁹ ve
neno pestifere p̄suasiōis antichristi. qui q̄
tuor cornib⁹ armabitur. scz callida p̄suasi
one. donoz largitione. miraculoz operati
one. aperta persecutōe. ¶ Primus autez
modus subuertēdi boīes erit callida p̄sua
sio. Nam super illud Apoca. xvj. Vidi de
ore draconis. i. diaboli. ⁊ de ore bestie. i.
antichristi. ⁊ de ore Pseudop̄phete tres
spiritus īmundos in modū ranaz exiuisse
Dicit Allerād̄er de balis. q̄ antichrist⁹ de
suggestione diaboli ⁊ de p̄silio suoz sapiē
tum mittet multos ministros impios peio
res quos īuenire poterit. qui dicunt spiri
tus p̄pter astutiam et subtilitatē nocendi
⁊ decipiendi. ⁊ p̄pter velocitatem p̄ficien
di mandatū suū. dicūtur īmundi p̄pter im
mundiciā vite ⁊ doctrine. dicunt tres. q̄a
trinitatis fidem intendent corrūpere. Et
erunt in modū ranarū p̄opter garrulita
tem. Sequit. Sunt enim spiritus demoni
oruz. i. a demōibus docti ⁊ ducti. Dicitur
enim Daniel. vij. q̄ quasi oculi homis erāt
in cornu isto. i. alta ⁊ mirabilis sciētia ad
decipiendū ⁊ arguendū ad thezauros cun
ctos inueniendū. ⁊ ad miracula faciendū.
Sequit. Et os ei⁹ loquens ingentia. q⁹ di
cet se deū esse. Et sic dicit in p̄pendijs ⁊ in
scholast. histo. super Daniel. vij. P̄redica
bit nouam legez. ⁊ legem christi p̄o posse
destruet. Et ip̄e cū suis discipulis p̄ posse
impediet. ne ſm veritatē scripture catho
lica exponat vel a fidelibus audiat. Naz
ip̄i bonos se similabūt ⁊ tamē mala suade
bunt. Ceterū antichrist⁹ se circūcidet. ⁊ se
rū Jessiaz dicens in lege p̄missuz. om
nesq̄ christiāos antichristos esse. Ad au
dientes iudei ad eum cōfluent. ⁊ illi adhe
rebunt tanq̄ vero Jessie. pariterq̄ cum
eo ueniēt. iherusalē ⁊ templū reedificabūt
⁊ solium suū ponēt in eo. sicut apostol⁹ ait
ij. Thessalo. ij. ita vt in templo dei sedeat:
ostendēs tanq̄ sit deus. Ponet etiā in tē
plo statuā suam. i. imaginē ad adorandum
in maiorem cōtumeliā dei. Et quicūq̄ nō
adorauerit bestiam ⁊ imaginē eius occide
tur. vt postea videbit. P̄rimo tamen ve
niet cum benignitate. vt per illā incautos
magis alliciat ⁊ decipiat. Et tunc accipie
tur a iudeis tanq̄ ver⁹ Jessias ab eis ex
spectatus. Nam vt quidam volunt decez
tribus incluse vltra montes caspios p̄ecti
bus Alexandri magni. Sic tamen q̄ exire
possunt si p̄mitterētur ab Amazonū regi
na sub cuius impio ⁊ ditiōe cōstituti sunt
in hoc tempore exirent. ⁊ in iherusalez ve
nient ecclesiam dei cuz suo Jessia destru
eturi. Ad rationabiliter p̄suaderi potest.
ex eo q̄ apostolus dicit ad Romañ. xj. Nolo
vos fratres ignorare misteriū hoc vt non
sitis vobismetip̄is sapientes. Glos. vt ne
putetis vos vestro ingenio comp̄hendere.

Sequitur. Quia cecitas ex parte cõtigit in israhel donec plenitudo gentium intraret. ⁊ sic omnis israhel saluus fiet per predicationẽ: scilicet Enoch ⁊ Helye. qui vẽturi sunt ad iherusalez ad predicandũ ⁊ cõuertendũ eos. sicut dicitur Malach. vlti. Ecce ego mittam vobis Helyam ꝓphetaz anteq̃ veniat dies domĩ magnus ⁊ horribilis. ⁊ cõuertet cor patrũ ad filios. ⁊ cor filioruz ad patres eoꝝ. Glo. Helyas conuertat corda patruz Abrahã Ysaac ⁊ Jocob ⁊ ceteroꝝ patriarcharũ ad instructionem posterioꝝ de fide saluatoris in quez ⁊ ip̃i crediderũt. ⁊ corda filioꝝ ad patres eorum. quia suscipient fidez quam ip̃i habuerunt. de quo pleni⁹ postea videbit̃. Secundo v̄o modus subuertẽdi homĩes erit donoꝝ largitio. Unde Daniel. xj. dicitur ꝙ multiplicabit gloriã suam Glos. precio precibus ⁊ muneribꝰ. Et dabit eis. s. decepcis potestatẽ in multis. ⁊ terraz diuidet gratuito. Glo. quia dabit eis honorem et gloriã. ⁊ faciet ceteros q̃ in iudea sunt dominari. et pro p̃miatione possessiones eis diuidet. Quos etiã terrore subiugare nõ poterit auaricia subiugabit. Inueniet em̃ diabolo reuelante thesauros abscõditos. ad quos per sequelaz inclinabit plurimos potentes diuites ⁊ excecatos huius seculi falsam eis felicitatẽ ad deceptõem promittens. Daniel. xj. Et domĩabit̃ thesauroꝝ auri ⁊ argẽti. Et quia maledicta auaricia totũ fere mundũ occupauit quasi infinitos vĩculo cupiditatꝫ ad se trahet. Iudeis igitur ⁊ potentibꝰ diuitibusq̃ ⁊ alijs multis fulcitus. vt dicitur Daniel. xj. mittet manuz suam in terras: scilicet ad expugnandum eas ⁊ earuz reges. Nam vt dicitur ibidẽ. quarta bestia erit quartũ regnũ scz romanoꝝ. Et deuorabit gladio vniuersam terrã. Sequitur. Porro cornua decẽ ip̃ius regni decez reges sunt. Glo. tempore antichristi. Et ali⁹ Glo. i. antichrist⁹ cõsurget post eos. ⁊ ip̃e potẽtior erit prioribus. Et ipse tres reges hũiliabit. s. egypti libie ⁊ ethiopie. Q̃d s̃m Glo. ibidẽ ca. xj. nostri doctores ad antichristũ referẽtes. dicunt ꝙ primo purgatur⁹ sit cõtra regez austri. i. egypti postea libies ⁊ ethiopes superatur⁹: que d̃ decẽ cornibus tria cornua cõtrita legimus. Et tũc vt dic̃ magister in historijs. alij reges tanq̃ victori illi colla submittent. Sicq̃ illi ĩnumerabilis exercitus adherebit q̃ signat̃ ĩ scripturꝫ ꝑ Gog ⁊ Magog Ezechiel. xxxviij. vbi d̃r. Fili hominis pone faciem tuã cõtra Gog ⁊ contra Magog. ⁊ cetera multa alia que ibi ꝓsequitur. Et aperti⁹ Apocal. xx. ꝓsequitur dicens. Cum cõsummati fuerint ãni mille. i. tempus gratie: soluet̃ sathanas de carcere suo. Alexander de halis ibidez. Relaxabitur eius potestas que modo ligata est in cordibus reproboꝝ qui dicũtur ei⁹ carcer. quia in eis habitat et nõ potest seuire in sanctos sicut vellet. Sequit̃. Et exibit: ecce abusus relaxate potestatis. quia deseuiet in sanctos plusq̃ ante. sed p̃mo occulte postea publice. Sequit̃. Et seducet. i. a christo ad se ducet gẽtes que sunt sup̃ quatuor angulos terre. non om̃es sed multos Et de omnibus aliquos Gog ⁊ Magog. Glo. per Gog intelligũtur illi per quos diabolus latẽter operat̃ in persecutõe ecclesie. quia interp̃tatur tectũ. Per Magog autẽ illi per quos persequet̃ ecclesiã aperte. qꝛ interp̃tat̃ detectũ. ⁊ forte erũt ijdez qui prius occulte postea manifeste ꝑsequẽtur. Sequitur. Quoꝝ numer⁹ est sicut arena maris ꝓpter innumerabilẽ multitudinem. Tercius denicq̃ modus subuertendi hoĩes erit operatio miraculoꝝ. ij. Thessalo. ij. Cui⁹ aduentus. i. manifestatio erit s̃m operationẽ sathane instigãtis ⁊ cooperantis qui eũ plene possidebit. nõ solũmodo cõmune: sed etiaz modo speciali in omni virtute humane potestatis. ⁊ signis ⁊ ꝓdigijs mẽdacibus. quia faciet ea arte magica. vel quia finaliter tendunt ad mendacia. i. ad deceptionẽ hominũ. Unde Apocalip. xiij. fecit signa vt etiam ignẽ faceret de celo ĩ terrã descendere. sicut apostolis datus est spiritussanct⁹ ĩ igne. ita ⁊ ille dabit spiritũ malignũ in specie ignis. ⁊ loq̃ntur varijs linguis sicut apl̃i fecerũt. Et sequitur ibidez ĩ textu. Et datũ est illi vt daret spiritũ imagini bestie Glo. i. in templo

ad adorandū erecte. Et vt loquat imago bestie Glo. i. faciet arte magica statuaz loqui z futura p̄dicere. Cuncta nanq; opera christi imitari conabit fallaciter. Unde arte magica finget se mortuū z resurgentez. feretur quoq; a demōibus in aera q̄si ascēdens in celuz. Tunc admirabit populus et adorabit eū. sicut dicit Johānes Apocalip. xiij. Et vidi vnū de capitib⁹ suis. Glo. i. antichristū occisum in mortem, z plaga mortis ei⁹ curata est. z āmirata est vniuersa terra post bestiam. z adorauerūt bestiā dicentes. Quis similis bestie z quis poterit pugnare cum ea? Cuius impietatē adhuc latius p̄sequit: dicens. Et datū est illi os diuina permissiōe loquens magna p̄iactantie magnitudinē. z blasphemias per diuinitatis negationez. Sequit. Et data est illi potestas facere menses quadragīta duos. i. tres āños z semis. Et aperuit os suū in blasphemias ad deum. quia christū negabit blasphemādo nomē. i. fidem. z tabernaculū eius. i. electos ecclesie qui i p̄senti vita militant. et eos qui in celo habitant. i. in ecclesia triūphante. Dominꝰ igitur malicia seductiōis eius reprimere volens: mittet ad cōuersionem eorum qui ex simplicitate nō ex malicia errabunt a fide Enoch z Helyaz. Unde dicitur Apocal. xj. Dabo duob⁹ testib⁹ meis Glo. Enoch z Helye officiuz p̄dicatiōis. z ppbetabūt dieb⁹ mille ducentis quadraginta amicti saccis. Glo. vt exemplo penitentiā ostendant de prauis operib⁹. Hi sunt due olive Glo. Richardi de sancto victore. in his q̄ sequūtur. Hi sunt due olive. q; vncti gratia spiritus sancti. Et duo candelabra i cōspectu domi terre stantes. quia lugebūt p̄ operatiōem bonaz. Sequit. Et si quis voluerit eis nocere ignis exiret de ore eoꝝ. et deuorabit inimicos eoꝝ. Hi habent potestatem claudendi celū ne pluat dieb⁹ p̄ophetie eoꝝ. z potestatē habent super aq̄s cōuertendi eas in sanguinē. z p̄cutere terram omni plaga quotiēscunq; voluerint. Richard⁹ ibidem. Magnam igitur habebunt potestatē. sed tamē magis studebūt seruare patientiaz q̄z irrogare vindictam. in qua quāto erit i eis laudabilior virt⁹ patientie: tanto glorioſior erit retributio corone. Ad quoꝝ p̄dicationem tandez iudei z christiani pari religione in christū cōsentient. Percipiēs autem antichrist⁹ p̄dicationem illoꝝ z suoruz ad fidem cōuersionem consurget in apertam p̄secutiōem.

Quartus denicq; mod⁹ homīes subuertendi erit aperta p̄secutio. que tāta erit q; vt dicit domin⁹ Matb. xxiiij. Tūc erit tribulatio magna q̄lis nō fuit ab initio mundi vsq;modo: neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi salua omnis caro nō fieret. sed propter electos breuiabūtur. Exhibebit enim tāta tormentoꝝ genera q̄ in p̄cedentibus martyrib⁹ non fuerunt cōpleta. Unde Danie. viij. dicit q; supra quaz credi potest vniuersa vastabit. z p̄sperabitur. z interficiet robustos z populuz sanctoꝝ p̄m voluntatē suā. Et licet fideles i illis regionibus occidendi sunt vbi domin⁹ eoꝝ fuit crucifixus. illa tamen p̄secutio nō per partes. sed simul totū mundū examīabit. vt dicit Haymo super Apocal. Soluētur quidē demōes qui modo ligati sunt in cordibus. s. peccatoꝝ. vt dictum est. ita q; quātuz vellent nocere iam nō possunt. qui per suggestionē procurabūt q; antichrist⁹ ordinabit per omnes p̄ncipes sibi subiectos vt egrediat illud edictū q̄ ponitur Apocalip. xiij. Et faciet omnes pusillos z magnos. diuites z pauperes. liberos z suos habere caracterē. Glo. Richardi. Nomīs antichristi in manu dextra aut in frontib⁹ suis vt manifeste videat z portetur. et ad antichristū pertinere cognoscat. et ne quis possit emere aut vendere nisi qui habuerit caracterē aut numeꝝ nomīs eius. i. numerus ille qui in literis quibus nomē ei⁹ scribitur cōtinetur. vt sic plures hac necessitate cōstringātur z antichristuz adorare cogantur. Quia verisimile est q; sicut sine illo caractere non licebit vendere siue emere sic nec in publico p̄parere. q̄ crudelitas nondū christifidelib⁹ innotuit a christianorum p̄secutoribus. Unde tanta vigebit inuidia contra religionē nomīs christiani q; dicit domin⁹ Matb. xxiiij. Tunc tradent

vos in tribulationē. ⁊ occident vos ⁊ eritis odio omnib⁹ ꝓpter nomē meū. Et tunc scādalizabunt multi ⁊ inuicē tradēt. ⁊ odio habebunt inuicē. ⁊ multi ꝑseudo ꝓphete surgēt ⁊ seducēt multos. Et itez Math. xiij. Tradet aūt frater fratrē. ⁊ pater filiū ⁊ ꝓsurgent filij in parētes ⁊ morte eos afficient. Et sic illi qui nō adorauerūt imaginem bestie occident. sic illi qui non habuerunt in manib⁹ vel in frontib⁹ suis caracterem eius aut numez nomis ei⁹. de quo numero patebit in ꝓmōe sequēti. Vnde qui abhorrēt portare caracterē bestie debent īduci ad portandū numerū nomis eius q̄si min⁹ abomīandū. vt sic saltē in aliquo cōsentiāt antichristo. sicut Tyburcio dictuz est vt iaceret thura in carbōib⁹. ⁊ Eleazaroz fingeret se māducasse carnes suillas. vt ptz in lib. Macha. Et sic in christo fuit omnis plenitudo diuinitatis. sic in antichristo erit omnis plenitudo iniquitatis. quia in ipo erit caput omniū malorz. Nimiz qz ꝓfitebit se verū filiū dei ⁊ homis. ita vt in templo dei sedeat tanq̄ ipe sit deus. ⁊ faciet etiā seipm adorari. Et sicut crudelior erit omnib⁹ ꝓteritis ꝓsecutorib⁹. sic sancti tūc fortiores ⁊ sanctiores erūt omnib⁹ retro martyribus. Erit magna anxietas populi fidelis qui respuet portare caracterē. ⁊ nomē ⁊ numez nomis eius. Sz de eisdē ꝓsequēs ca. xiij. ꝓnūciat posteriorē ꝓsolationē: dicens. Vidi ⁊ ecce agn⁹ stabat sup montē syon. et cū eo centūquadragintaq̄tuor milia habētes nomē eius ⁊ nomen ꝑris eius scriptū in frontib⁹ suis. ⁊ cātabāt q̄si canticū nouū ante sedē dei ⁊c. Deinde ꝓsequit de parte aduersa: dicēs ca. xiiij. Si quis adorauerit bestiā ⁊ imaginez eius et acceperit caracterē in fronte sua aut ī manu sua: bic bibet de vino ire dei qđ mixtuz est mero in calice ire ipius. Qđ apertiꝰ exponēs subdit. Cruciabit igne ⁊ sulphure ī ꝓspectu angelorz sanctorz. ⁊ ī ꝓspectu agni vt sez magis erubescāt. Qđ a nobis auertat Jesus christus. Amen.

De Enoch ⁊ Helya ⁊ morte antichristi ⁊ suoz. et de signis terribilib⁹ que fiēt in fine diez.

Sermo. iiij.

Vnc reuelabitur ille iniqu⁹ quē dñs Jes⁹ interficiet ſpū oris sui. ij. Thessa. ij. Vt aūt virtutē illius clari⁹ cognoscam⁹ qđ ponit Apoc. xiij. vbi dicit. ne quis possit emere vel vendere nisi q̄ habuerit caracterē aut nomē aut numez nomis ei⁹. Notanduz est ꝙ sicut dicit Richard⁹ de sancto victore sup hūc locū. tradūt doctores sancti ꝙ qz Apocal. grece sit edit⁹ ꝑm grecos numerus ipe q̄rend⁹ est. apud q̄s oēs lr̄e numerū habēt singularē. Nomē enī illi⁹ grece Antemos dicit qđ ꝓtrari⁹ interꝓtat. In quo noīe a. signat vnū. n quinq̄ginta. t trecēta e quinq. in q̄draginta. o septuaginta. s ducenta. quoz oīm summa sexcenta sexagīta sex ꝓstituit. Sūt ⁊ alia ei⁹ noīa quoz hmōi interꝓtatio numez eundē reddit. Cur vo antixp̄o talis numer⁹ ꝙueniat citi⁹ demonstrāt si q̄litas hmōi numeri subtili⁹ attēdatur. In eo nanq̄ triplex sumi ꝓfectio pōt. minima. s. ꝙ numez senariū. mediocris per numez sexagenariū. maxima vo ⁊ ꝓsumata ꝙ sexcētenariū intelligi pōt. Cōuenienter igit̄ tali numero describit̄ qui ī oī gradu maloz ꝓfecte malign⁹. ⁊ in oī gradu bonoz bonitati ꝓfecte ꝛri⁹ inuenit̄. In vtro rūq̄ enī triplici gradu ꝓfecte ꝙ virib⁹ inardescet. ⁊ vtrobiq̄ perfecte vires sue malignitatis exrēdet. Et vt ptz Apoc. xj. Cuz Enoth et Helyas finierit suū testimoniuz .i. ꝓdicatōez suā. bestia. i. antixp̄us q̄ ascēdit. s. apicē regni ō abyssō vniuersalis malicie faciet aduersus eos bellū. ⁊ vincet illos. ⁊ occidet illos. Et iacebūt corpa eoz in plateis vt oēs qui viderint timeāt eos imitari ⁊ cōformari ciuitati magne. i. iherusalē. q̄ spūaliter vocat̄ zodoma. i. mutata egypt⁹. i. tenebrosa. qz muta erit a ꝓfessione vere fidei. ⁊ tenebrosa ꝓpuis actōibus vbi ⁊ de⁹ eoz crucifix⁹ est. Et videbunt de ꝓplis tribub⁹ ⁊ linguis ⁊ gentib⁹ corpa eorum ꝙ tres dies ⁊ dimidiū iacere. s. sup terram. ⁊ nō sinēt poni ī monumēto: ne. s. eorum memoria habeat̄. Et inhabitātes terraz. i. terrena diligētes gaudebūt super il

lis. s. occisis. ⁊ iocũdabunt. ⁊ munera mit
tent adinuicẽ. qñ bi duo ꝓphete cruciaue
runt eos q̃ habitãt sup terrã. s. eoꝝ ꝺdicen
do malicie. Et post tres dies ⁊ dimidium
spũs vite. i. aĩa viuificãs intrauit a deo in
eos. ⁊ stet erunt sup pedes suos. i. surrexe
runt. Et timor magn⁹ ex tam subita surre
ctiõe cecidit sup eos q̃ viderunt eos. s. ita
glorificatos. Et audierũt Enoch ⁊ Hely
as vocẽ magnã. i. magne potestatis de ce
lo dicentẽ eis. Ascẽdite huc de medio im
pioꝝ ad ꝓspectũ sanctorũ. Et ascẽderũt in
celũ in nube. vt qui dñm imitati sunt in su
stinẽda tribulatiõe ꝓpio ꝓspites ei essent in
ascensiõe. Et viderũt eos inimici eoꝝ cor
poraliter. s. ascẽdentes ĩ celũ. Et nota ge
neraliter ꝙ ea que hic dicunt̃ ꝓteritũ in
telligẽda sunt ꝓ temp⁹ futuꝝ. qr mos est ꝓ
phetie sic nõnunq̃ narrare futura q̃si iam
essent ꝓterita. Et in illa hora. s. glorificati
onis eorũ fact⁹ est terremot⁹ magn⁹ q̃ alij
mori sunt ad penitentiã. alij vo ad duricie
am. Hec ibi ⁊ in Glo. Richard⁹ Nibilomi
nus tñ antixp̃us suoꝝ fulc⁹ auxiliovt dicit
Danie. xj. figet tabernaculũ suũ aphedno
. i. emaus q̃ est ciuitas nicopolis posita ad
radicez mõtis olineti distãs a iherl̃m duo
vel tria miliaria. Vel fm magistꝝ ĩ hysto.
figet tabernaculũ suuz in iherl̃m q̃ sita est
ĩter mare mortuũ ⁊ mare tyrenũ a tiro di
ctũ. Et ascẽdit sup montẽ inclitũ ⁊ sanctũ
. i. olineti. venietq̃ ad summitatẽ ei⁹ Glo.
i. ad locũ vbi christus ascẽdit ad pẽez: ex
tendẽs ibi papilionẽ suũ. Et nemo auxilia
bit ei. Glo. dño irascẽte ꝓtra eũ. Asserunt
aũt q̃ ibi sit peritur⁹ vbi christ⁹ ascẽdit ad
celos. Magister in hysto. Quia audietur
vox in aere dicẽs. Morere. ⁊ statiz fulmi
nabit. Q. ō etiã innuit Paul⁹ ĩ verbis the
matis dicẽs. Quẽ dñs Jesus interficiet
spũ oris sui. Glo. sola potẽtia iussiõis sue
⁊ hoc in mõte olineti. Quo mortuo cõple
bitur illõ Ezechiel. xxxviij. dicẽte dño ad
uersus exercitũ antixp̃i. Cõuocabo aduer
sus eũ. i. exercitũ Gog ⁊ Magog ĩ cũctis
montib⁹ meis gladiũ: ait dñs de⁹. Gladi⁹
vniuscuiusq̃ in frẽm suũ dirigetꝝ ⁊ iudica
bo eũ peste ⁊ sanguine ⁊ ymbze vehemẽti.
⁊ lapidibus ĩmensis. ignẽ ⁊ sulphur pluaz
super eũ ⁊ sup exercitũ suũ. ⁊ sup populos
multos qui sunt cũ eo. Adhuc capto sequẽ
ti. Adducã te Gog sup montes israhel. et
cades tu ⁊ oĩa agmina tua ⁊ populi qui te
cũ sunt. Feriscq̃ auib⁹: omniq̃ volatili ter
re. ⁊ bestijs terre dedi te ad devorandũ. su
per faciẽ agri cades. qr locutus suz ait do
min⁹. Similiter Apoc. xx. dicit. Cum con
sumati fuerint mille anni soluet satbanas
de carcere suo. put in fmõe ꝓcedenti expo
situz est. Et exibit ⁊ seducet gentes q̃ sunt
sup q̃tuor angulos terre Gog ⁊ Magog.
⁊ cõgregabit eos in preliuz. quoꝝ numer⁹
est sicut arena maris. Et ascenderunt sup
latitudinez terre. Nomẽ ꝓtereritũ pro fu
turo. Et circuierũt castra sanctorũ. i. vni
uersalem ecclesiã fundit⁹ euertere labora
bunt ⁊ ciuitatẽ dilectã. i. iherusalẽ. sed ne
quaq̃ sunt timendi. quia cito peribũt. Et
sequit̃. Et descendet ignis de celo. i. repẽ
tinus interitus. ⁊ devorabit eos. Et dia
bolus qui seducebat eos missus est in flam
maz ignis ⁊ sulphuriz. vbi ⁊ bestie ⁊ Pseu
do ꝓphete cruciabuntur die ac nocte in se
cula seculorum. Unde tunc tanta strages
erit illi⁹ innumerabilis multitudinis Gog
quod Ezechielis. xxxix. prosequitur domi
nus dicens. Hec est dies de qua locut⁹ suz
scilicet interfectionis Gog ⁊ Magog. Et
egredientur habitatores de ciuitatib⁹ isra
bel. ⁊ succendent et comburẽt arma clipe
um ⁊ hastas. arcuz sagittas ⁊ baculos ma
nus ⁊ contos. ⁊ succendent ea igni septez
annis. et non portabunt ligna de regioni
bus. neq̃ succident de saltibus. quoniã ar
ma succendent igni ⁊ deprzedabuntur eos
quibus ꝓde fuerunt. Ubi dicũt doctores
hebrei ꝙ tantus erit exercit⁹ Gog ⁊ Ma
gog ꝙ hebrei per septem ãnos vsum ligno
rum habebunt non de siluis sed de armis.
Et sepeliẽtur eorum cadauera septem mẽ
sibus. Quod etiam innuit̃ in textu cum ꝓ
sequitur. Post menses autem septẽ quere
re incipient. ⁊ circuibunt terram peragrã
tes scilicet ad querendũ ossa. Cumq̃ vide
rint os hominis statuent iuxta illud titu
luz donec sepeliãt illud politores in valle

349

multitudinis Gog. Ceteruz antixp̄o mortuo cum maxima parte sui exercit⁹ reliqui ministri eius qui relicti fuerūt gaudebunt ducentes vxores ⁊ dicentes. Licet magister noster mortu⁹ est. pacem tamē ⁊ securitatem habētes bonis terre ditati sumus. Et hoc innuit domin⁹ Luc̄. xvij. dicēs. Sicut factū est in diebus Noe ita erit in diebus filij homīs. edebant ⁊ bibebāt ⁊ vxores ducebāt. ⁊ venit diluuiū ⁊ ꝑdidit omnes. Similiter sic̄ factū est in dieb⁹ Loth. edebant ⁊ bibebāt. emebant ⁊ vendebāt. plantabāt ⁊ edificabant. Qua die autem Loth exijt a zodomis pluit ignē ⁊ sulphur de celo ⁊ ꝑdidit om̄es. s̄m hoc erit qua die filius homīs reuelabit̄. Quia nimirū dabuntur quadragintaquīq̄ dies penitentie in quib⁹ erit pax ⁊ trāquillitas post mortē antixp̄i ad refrigeriuz sctōꝝ ⁊ subuersorū pn̄iaz. vt dicit Glo. sup̄ Daniel̄. xij. vbi dicitur in textu. A tempe cum ablatuz fuerit iuge sacrificiū. Glo. cum antichrist⁹ orbez possidens dei cultuz interdicet. Et posita fuerit abomīatio in desolatōem. Glo. i. cū se colendū ꝑsuaserit ī desolatōez legis dei ⁊ sanctoꝝ dies mille ducenti ⁊ nonaginta Glo. i. tres āni et semis erūt. Beatus qui expectat ⁊ ꝑuenit ad dies mille trecentos trigintaquīq̄ dies q̄etis ⁊ pacis post mortem antichristi ad sanctoꝝ refrigeriū ⁊ ad cōuersionē subuersoꝝ. Verūtamen post illos. xlv. dies quātū temp⁹ restabit vsq̄ ad extremū iudiciū omnib⁹ est ignotū. Et sic̄ boni ⁊ iusti pro peccatis suis et alienis lugebunt ad vicinū dn̄i aduentū se p̄parantes. sic impij falsa securitate torpebūt carnis delicijs inseruiētes. Sed sicut ait apostol⁹. j. Thessal̄. v. Dies dn̄i sicut fur ita in nocte veniet. Cuz enī dixerint Glo. carnales homīes pax ⁊ securitas: tūc repentin⁹ supueniet īteritus. i. ꝑditio iudicij. Et ita grauis sicut dolor in vtero habētis. i. parturientis. qui dolor maxim⁹ est. Q.d etiaz innuit dn̄s Math̄. xxiiij. dicens. Statim post tribulatōem dieꝝ illoꝝ sol obscurabitur ⁊c̄. vbi tangit terciū p̄cedens iudiciū.

Tercio nanq̄ p̄cedent terrifica signa ⁊ inaudita ad terrorē ⁊ vindictam malorū. Cōsurget enim omnis creatura in vltōem reproboꝝ. Vnde Sapien̄. v. Accipiet scz christ⁹ armaturā zelus illius. s. patris. ⁊ armabit creaturā ad vltionez inimicoꝝ. Et iteꝝ ibidē. Acuet aūt. s. dn̄s diraz iram in lanceā. ⁊ pugnabit cum eo orbis terraruz ꝯtra insensatos. Cōsurget igit̄ omnis creatura in vltionē reproboꝝ. ⁊ qui in cūctis deliquerūt in cunctis ferient̄. qd̄ sic ostendi potest. Nam primo pugnabit ꝯtra eos creatura supcelestis. i. āgelica. quia vt dicitur Math̄. xxiiij. Virtutes celoꝝ nouebunt̄. Lyra ibidē. Virtutes quidē accipiuntur angeli qui sunt de medio choro secū de iherarchie. ad quoꝝ effectuz ꝑtinet aliquo modo coopari ad miracula. s̄m q̄ dic̄ beatus Dyonisi⁹. ⁊ ip̄i tunc frequētius solito mouebunt̄ diuina volūtate ad faciendas miraculosas trāsmutatōes in elemētis. scz tonitrua. fulgura. vētos terribiles pluuiā sanguineā ⁊ similia ad incutienduz hominib⁹ terrorez ⁊ horrorem iudicis venientis. Dicit eniz Grego. in omel̄. Quid enim virtutes celoꝝ nisi angelos. domīationes. p̄ncipatus. ⁊ potestates appellat. qui in aduentu districti iudicis nostris tūc oculis visibiliter apparebūt. vt districte a nobis tūc exigant h̄ qd̄ nos modo īuisibil̄ cōditor equanimiter portat. Secūdo ꝛ̄o creatura celestis. quia vt pz Johel̄. ij. sol cōuertet̄ in tenebras. Glo. i. tenebras mūdo inducet ⁊ luna in sanguinē. ad lr̄am scilicet ad terrorem impioꝝ anteq̄ veniet dies domī magnus ⁊ horribilis. Non enim sol obscurabit̄ q̄tum ad suiluminis priuationem cum sit ei naturale ⁊ corpa celestia in sua natura tūc integra remanebūt. Sz respectu nostri obscurabit̄ diuina virtute. vel per interpositōez alicuius corpis opaci quēadmodū fit ī eclipsi. vel per interpositionē densaruz nubium. Et luna non dabit lumē suum. quia vel posita erit inter solem ⁊ terrā. vel per interpositōem densarum nubiū. Et stelle cadent de celo. nō q̄ntum ad earuz substantiā cum sint incorruptibiles. sed respectu nostri q̄ntum ad apparētiam. qz abscōdent̄ dēsitate nubiū. ⁊ de nubibus descendent exalatōnes ignite

q̄ dicunt̄ a sub ⁊ apparent stelle cadentes
Tunc eniz fiet maxime talis impssio. quia
ignea q̄litas abundabit. Tercio ꝓinde pu
gnabūt contra eos quatuor elemēta. scili-
cet ignis qui sperget fulgura. causabit to-
nitrua. emittet horribiles igneas exalatio
nes. Sic aer tempestates incomp̄hensibi-
les emittet. pluet intollerabiles grādines
⁊ aquā sanguineā. Apocal. viij. Facta est
grando ⁊ ignis cōmixta in sanguine. ⁊ mis
sum est in terram. Et iterū ca. xvj. Et grā
do magna, sicut talentuz descendit de celo
in homīes. ⁊ blasphemauerūt homīes de-
um propter plagā grandinis: quoniā ma-
gna facta ē vehemēter. Sic facta fuit grā
do super Pharaonē et egyptuz Exod. ix.
vbi sequit̄. Grando ⁊ ignis mixta pariter
ferebātur. Similiter in mari rubro. vt pa
tet alibi. Sic erūt venti ⁊ tēpestates incre
dibiles. ita ꝙ lapides inuicem collidētur.
domus ⁊ arbores euertētur. ⁊ mōtes trās
ferētur. sicut tempore Helye fugiētis a fa-
cie Jezabel in montez syna. quādo transi
bat spiritus grandis. i. ventus. de quo pa
tet alibi. Similiter signa terribilia ostēta
bit terra. quia erunt terremotus maximi:
ita ꝙ nullus stare poterit: sed cuncta solo
ꝓsternent̄. Vnde Apocal. xvj. Facta sunt
fulgura. Alexander de halis ibidē Glo. ad
literā. Et voces. s. clamantiū pre timore ⁊
tonitrua: ad lr̄am. Et terremotus fact⁹ est
magnus. i. fiet qualis nunq̄ fuit ex quo ho
mines esse ceperūt super terram talis ter-
remotus sic magnus. Glos. Alexandri de
halis. Bis ponitur hic terremotus vt per
hoc innuat Johānes ⁊ p̄muniat quātita
tem motus. Excedet eniz omnes qui ante
fuerūt. quia vniuersalis erit ⁊ alij fuerunt
particulares. s. per loca. ⁊ istius mot⁹ vni-
uersalis non erit causa naturalis: sed volū
taria. Non enim possibile est ꝑm naturam
ꝙ fiat terremotus vniuersalis. sz particu-
laris fieri potest qui fit ex grosso fumo īclu
so in aliqua parte terre. qui cuz natura re
pellente cogit̄ exire non habens respiracu
lum facit terremotū. vt patet in castanea.
Hec ille. De quo terremotu dicit̄ Zacha.
xiiij. In die illa scindet̄ mons oliuaruz ex
media parte sui, ad orientē ⁊ ad occidentē
p̄rupto grandi valde. ⁊ separabitur mediuz
montis eius ad aquilonez. ⁊ medium eius
ad meridiez. ⁊ fugietis ad vallem montiū
meoꝝ. quoniā cōiungetur vallis montiuz
vsq̄ ad proximuz. ⁊ fugietis sicut fugistis
a facie terremotus in dieb⁹ Ozie regis iu-
da. De quo habet̄. ij. Paralipp. xxvj. Et
iiij. Reg̃. xv. Vbi dicit magister in histo-
rijs. ꝙ in festiuitate ꝓpiciatōis: que est de
cima die decembris indut⁹ rex Ozias sto-
la pontificali templū intrauit vt incensuz
poneret Azaria pontifice cū octoginta sa
cerdotibus eum ꝓhibente. Et claritas so-
lis valde effulsit. ⁊ incidit in faciem regis.
lepraq̄ percussus est. ⁊ factus est terremo
tus magnus. et scissa est media pars mon-
tis adiacentis ad occidentem. ⁊ deuoluta
est ita vt vias regias clauderet. ⁊ ortos re
gios opprimeret. vide pleni⁹ supra. Vnde
pre timore cōgregabūtur volatilia celi et
bestie terre. nec comedentes nec bibentes
sz pre formidine mirabiles rugitus voces
⁊ vlulatus emittentes. vt dicitur in anna
libus iudeoruz. Arbores quoq̄ ⁊ herbarū
olera rorem ferent sanguineuz. In aquis
deniq̄ signa terribilia fient ita vt dicit do
minus Luc̄. xxj. Et in terra pressura gen-
tium pre cōfusione sonitus maris et fluctu
um. Thomas in Glo. continua super hunc
locum. quasi diceret domin⁹. Mare terri-
biliter fremet ⁊ litus maris agitabit̄ tem-
pestate. ita vt sit populo terre pressura. i.
cōmunis miseria vt tabescant timore ⁊ ex
spectatione malorum irruentium in mun-
do. Sicut eniz legitur in annalibus iudeo
rum aque marine vigintiquīq̄ cubitis ele-
uabuntur sup̄ omnes montes ⁊ colles per-
sistentes nihilomin⁹ in loco suo. Et omnia
que mouētur in aquis turmatim cōgrega
buntur. ⁊ super pelagus eleuabūtur more
contentiōis inuicez mugientes quasi con-
citati paratiq̄ ad vindictam impiorū. Et
hec erit horrenda confusio maris. pre cu-
ius terrore erit ī terra p̄ssura gētiū arescē
tib⁹ hoīb⁹ p̄ timore ⁊ expectatōe q̄ sup̄ue-
niēt vniuerso orbi. Hec enim p̄dicta fient
vt dicit Bonauētura sup̄. iiij. Primo ꝓpt̄

350

vindictam peccatoꝝ hominuꝫ impioꝝ. vt per que ꝙ in quibus quis peccauit: per hec ꝙ in illis puniat. Secūdo ꝓpter plurimas dei cōtumelias multifoꝛmiter ab antichꝛisto suisq; complicibus illatas. sicut tempore passionis chꝛisti sol obscuratꝰ est. terra mota. petre scisse sunt. quasi ferre nō sustinentes in chꝛisto tantas exerceri cōtumelias ꝙ iniurias. Tercio ꝓpter mundi renouationeꝫ. quia nihil renouatur nisi prius aliquo modo vetereſcat. Tandeꝫ cōsurgent igneа flumīa vniuersaꝫ machinā mūdialem operientia ꝙ cōsumentia. que quatuoꝛ elementoꝝ ambitu continētur. put ī fine sequēti videbitur. Ad laudem dei. Amen.

De igne ꝙ cōflagratiōe machine mundialis ꝙ quatuoꝛ elementoꝝ. Sermo. iiij.

Onflaboꝛ vos ꝙ cōgregabo vos. ꝙ succendā vos igne furoꝛis mei Ezechiel. xxij. Verū ꝙiam expediti de tribus futurum iudiciū ꝓcedentibus. ꝓcedendū est iam breui stilo de tribus alijs ipm iudicium cōcomitantibus. Que sunt hec? Mundialis cōflagratio. generalis resurrectio. iudicialis congregatio. Quōtum igitur ad primū erit mūdialis cōflagratio. sicut manifestissime apostolꝰ Petrus in. ij. canōica. capi. iij. dicit. Ille tunc mundꝰ Glo. qui fuit ante diluuiū fuit alterius modi q̄ nunc. quia terrenascentia tunc erāt meliora. sed aqua. i. per aquam mundā Glo. i. a peccatis. s. hominū pericl. vt dicit Genes. vij. Et ex magnitudine enim peccati mūdus infectꝰ fuit q̄tum ad terram ꝙ aerem. quia in illis diebus termīabāt locus hominū. Vnde etiā occupauit aqua terrā ꝙ aerem quindecim cubitis. supra quā opera hominū ascendere poterant. vt etiā aer infectus idolatrie fumo purgaret. Sequit. Celi autē qui nūc sunt. scilicet post diluuiū. Glo. dicit celi ꝓpter diuersas regiones celi aerei qui nunc sunt. non quia sunt alij in substātia. sed qa mutati sunt qualitate. et terra que nūc est mutata. quia tunc aer factus est spissioꝛ et terra rarioꝛ. nūc autem est contrariū. Sequitur. Eodem verbo. i. eadē virtute sunt igni reseruati in diem iudicij. scz vt purgētur ꝙ in melius cōmutentur ꝙ in perditōem hominū impioꝝ. Et postea subditur. Aduenit autez dies dñi vt fur. in qua celi magno impetu trāsient. Glo. i. violētia ignis inuoluētis. transient in aliam formā multo plus q̄ ante mutati fuerunt in diluuio. Elementa ꝝo scz omnia quatuoꝛ. vt dicit Glo. calore illius soluētur. Terra autem scz qđ est centrū aliorum ꝙ que in ipo sunt exurent. Si quaꝛat cur hoc subdit de terra cum ꝓmisit ꝙ elementa calore soluētur Dicendū ꝙ ideo. quia elementū terre materiale est. ꝙ inter oīa elementa maxime comburet qđ per resumptionē insinuatur.

Ad hoꝝ autem maioreꝫ euidentiā primo queri potest vtrū aliqua purgatio mūdi fit futura. ꝓsertim cum vnūquodq; dicitur purgari cum sepatur illud qđ est extraneum ab ipo inducens in eo ignobilitatē. Sepatio enim illius qđ nobilitateꝫ inducit nō dicitur purgatio: sed diminutio magis. sed hoc ad nobilitatē ꝙ pfectōem ptinet qđ aliq̄d extranee nature est admixtū eis. qꝛ forma coꝛpis mixti nobilioꝛ est forma simplicis. igit elemēta purgari nō possunt. Ad hoc rndet Tho. sup. iij. dis. xlvij. ꝙ cū mūdus aliquo modo ꝓpter hoīem factus est: oꝛtet qñ homo fm coꝛpꝰ glorificabit etiā alia coꝛpa mūdi ad statū melioꝛem mutent. vt sit ꝙ locꝰ ꝙuenētioꝛ ꝙ delectabilioꝛ aspectꝰ. Ad hoc igitur ꝙ gloriaꝫ coꝛpis homo ꝓsequaꝛ oꝛtꝫ ea ꝓꝰ remouere q̄ glorie opponunt q̄ sunt duo. s. coꝛruptio ꝙ infectio culpe. Similr oꝛtet elementa purgari a ꝙtrarijs dispositōibꝰ antecq̄ in nouitate gloꝛie adducant. ꝙ ꝓportionabiliter qđ de hoīe dictū est. Quāuis enī res coꝛpalis ꝓprie subiectū infectiōis culpe esse nō pōt. tñ ex culpa q̄dā incōgruitas ī rebꝰ coꝛpalibꝰ relinquit ad ꝝ spūalibꝰ dedicent. Et īde videmꝰ ꝙ loca in q̄bus aliqua crimina sunt cōmissa non reputant idonea ad aliqua sacra in eis exercēda nisi ꝓpurgatione quadam ꝓmissa. Et fm ꝝ ex peccatis hominū quādam in ydo-

neitatē ad glorie susceptiōem pars mundi recipit que in vsum nostruz cedit. ⁊ q̄tum ad hoc mundatōe indiget. Similiter circa medium locum propter elementorū contactuz multe sunt corruptōes, generatōes. ⁊ alterationes elementorū que puritati illorum derogant. et ideo ab his oportet illa purgari vt sic glorie nouitatē decenter recipiant. Et sic illa mundi purgatio remouebit a mundo infectionē a culpa relictam ⁊ impuritatē ꝯmixtiōis. ⁊ erit dispositio ad glorie perfectionē. Et hec tria cōuenientissime fiēt per ignē ꝓpter tria. Primo quia ignis cum sit nobilissimū elementorū naturales habet ꝓprietates similiores ꝓprietatibus glorie. vt maxime patet de luce. Secundo quia ignis non ita recipit cōmixtionez propter efficaciaz virtutis actiue sicut alia elementa. Tercio quia spera ignis est remota a nostra habitatione. nec ita cōmunis est nobis vsus ignis sicut terre aque ⁊ aeris. vnde nō ita inficit̄. Et preter hoc habet maximam efficaciaz ad purgandum ⁊ diuidenduz subtiliando. Secundo principaliter queri potest de extensione illius ignis cōflagrationis. p̄ſtim cū dicitur. ij. Petri. iij. ꝙ celi ardentes calore soluētur. ⁊ elementa ignis ardore tabescent. sz celi qui ab elemētis distinguūtur sunt celi superiores in quibus fixa sunt sidera. Ad hoc respōdet Tho. sup. iiij. disti. xlvij. ꝙ purgatio mundi ad h̄ fiet vt a corporalibus remoueatur dispositio contraria perfectōi glorie. que nimiruz perfectio est vltima rerum cōsummatio. Et hec indispositio in omnib⁹ corporalib⁹ inuenit̄ licz diuersimode. Nam in quibusdā inuenitur indispositio ſm aliqd̄ inherens substantie eorum. sicut in corporib⁹ inferioribus: que per mutuam cōmixtionē a propria puritate decidūt. Et ideo oīa ista inferiora igne purgabūtur. Similiter ⁊ quatuor elementa. que quidem elemēta manebūt q̄tuz ad substantiā ⁊ qualitates eoꝝ proprias. sed purgabunt̄ ab imperfectiōe quam ex peccatis hominū contraxerūt. ⁊ ab impuritate quam per actionem ⁊ passionē mutuam in eis ceperūt. quia iam cessante motu primi mobilis: actio ⁊ passio mutua in inferioribus elemētis esse non poterit. Et licet ij. Petri vlti. Glo. Bede dicat. ꝙ ignis ille duo elementa ex toto cōsumet. duo v̄o ī meliorē faciem vel speciē restituet. hoc tamen nō est intelligendū q̄tum ad substantiam. sed quia illa duo magis remouebunt̄ a ꝓprietate quā nūc habent. s. ignis ⁊ aq̄. que maxime excedunt in qualitatibus actiuis. s. calore ⁊ frigore. q̄ sunt maxime corruptionis p̄ncipia in alijs corporibus. Et quia tūc non erit actio ignis ⁊ aque ī inferno. vt postea videbit̄. ideo maxime mutari videbūtur a virtute quam nunc habent. Secundo reperit̄ in quibusdā corporibus indispositio non per aliqd̄ inherēs substātie. sicut corporibus celestibus in quib⁹ nihil inuenit̄ repugnās vltime perfectōi vniuersi sed motus qui est via perfectōis. nec motus quilibet: sed localis tantuz. qui nō variat aliqd̄ quod intrinsecū est rei. vt substantiam aut quantitatē. sed solum locum qui est extra rem. Et ideo a substantia celi non oportet ꝙ aliquid remoueat̄. sed oportet ꝙ motus eius quietet̄. Quietatio v̄o localis non fit per actionem alicuius contrarij agentis. sed per hoc ꝙ motor a mouendo desistat. Et ideo celestia corpa nec per ignem. nec per alicuius creature actionem purgabūtur. sed ip̄a eorum quietatio sola volūtate diuīa accidens eis loco purgationis. Unde celi in auctoritate predicta non distinguūtur ab elementis. vt patet clarius textum intuēti. Dicit tamē ibidem Bonauētura. ꝙ ille ignis tantū ascēdet quātum durant corpora cōsumptibilia. Et quia corpora celestia non sunt receptibilia aliene imp̄ssionis. ideo quātuz durat spacium elementa cōtinens: tātū ascēdet flāma ⁊ non vlterius. Non enim ascēdet vsqz ad sidera. plus tamen ascendet q̄ aqua diluuij. s. vsqz ad vltimū spere ignis. Qd̄ innuit̄ in Glo. ij. Petri. iij. vbi d̄r ꝙ maxim⁹ ille ignis q̄tuor elementa ꝯsumet. Ex his pz ꝙ ardebit terra vsqz ad inferos deorsum. sicut ait Augusti. in sermone de innocētibus. Et infernus nihilomin⁹ ardebit licet non purgabit̄. sz ad ip̄m ducentur

351

totius mundi purgamenta. Secūdo quia totum elementū aque per ignez purgabit̄. Unde Sapien̄. xvj. Q⁊ eniz mirabile erit in aqua qđ omnia extinguit plus ignis valebit. Vindex est eniz orbis iustoꝝ. Et iterum ibi. Quodā tempore in aqua sup̄ verticez ignis ardebat vndiq; vt in aquā terre natiōem extermīaret: scilicet zodomam ⁊ gomorram quādo pluit ignem ⁊ sulphur vt sic terra in eternū aresceret sine spe germinādi. ⁊ ita grauius puniuit istos q̄ꝫ primos diluuio peccatores. Similiter respiciens domin⁹ super Pharaōez ⁊ exercitum eius in mari rubro per columnā ignis ⁊ nubis: īmisit super eos vt dicit magister ī historijs intollerabiles ymbres ⁊ grauia tonitrua ⁊ choruscatōes. lampadesq; ardentes iniecit super eos. Quid mirū cum ⁊ in legenda beati Nicolai legitur diabolū fecisse oleum mediaton. qđ contra naturam ardet in aqua ⁊ lapidib⁹. vt patet ibidem. Q⁊ si obijciat̄ illud Apocal. xxj. Vidi celum nouuz ⁊c̄. qđ dicit ꝙ mutatio aeris et terre dubitabilis non est Glo. quin p̄ ignē fiat. sed de aqua dubitatur. Nam purgationem in seip̄a habere creditur. Ad hoc respondet doctor ibidem. ꝙ ratio dubitationis exp̄mitur in glosa. quia scilicet aqua in se virtutem purgatōis habere creditur non tamē virtutem purgatōis talis habz qualis futuro statui competit. Nam ꝙ prima purgatio facta fuit per aquā diluuij ex eo cōtingit ꝙ illa purgatio nō respiciebat nisi infectionē peccati. ⁊ tunc precipue regnabat peccatū cōcupiscentie. Ideo purgatio cōuenienter facta fuit per aquā. sed secunda purgatio respicit infectōem etiaz ꝯmixtionis impuritatē. ⁊ q̄ꝫtum ad vtrunq; magis fiet per ignem q̄ꝫ per aquā. quia per aquā naturalis elementoꝝ impuritas tolli non posset sicut per ignē. Et quia circa finem regnabit vitiū tepiditatis. q⁊ refrigescet charitas multoꝝ. vt dicit̄ Mat. xxiiij. Regnabit etiam vitiuz cupiditatis que semper in senio crescit. ideo q̄ꝫtum ad vtrūq; magis fiet per ignē purgatio vt tepiditas puniat̄. et cupiditas defraudetur cum omnia ī nihilū redigent̄. Que? Oues fetose. boues crasse. ꝓmptuaria plena ⁊c̄. de quibus dixernut filij Adam populū beatum cui hec sunt. Tercio ꝟo ꝙ totus aer purgabit̄. q⁊ elementa totaliter purgabūtur ab impuritate ⁊ etiā ab infectōe peccati. qui etiā aer infectus est. vt patet per fumū idolatrie supiora inficiētis. Quarto deniq; ignis purgabit seip̄m. Q⁊ si obijciatur cum ignis sit pars mūdi purgatiōe inget sicut ⁊ alie partes. non debet igit̄ idē esse purgans ⁊ purgatū. Ad hoc dicenduz ꝙ ignis elemētaris ꝓut est in spera sua nō venit in vsum nostrū. sed sic remotus est a nobis. ita ꝙ non patitur culpe infectionē vel impuritatis īmixtionē. ⁊ quo ad h̄ poterit per ignem in sua puritate existentē fieri purgatio. Ignis autē in materia aliena indiget purgatōe ⁊ etiam ignis elementaris ꝓ tanto vt calidū vstiuuz ⁊ omne qđ grossum. ⁊ fetidū erit ex aliena scilicet materia contractū debet separi ⁊ in gehennā mitti. vt postea videbit̄. Q⁊ si querat̄ vnde tanta insurgat ignis īmensitas. an forte de nouo creabit̄. Ad hoc respondet Bonauētura. ꝙ sicut in diluuio non sunt create aq̄ noue. sed eedez ip̄e multiplicate operatōe ⁊ adiutorio superioꝝ corporum per que facta est eleuatio vaporum. sic non solum ignis qui est in spera sua: sed etiaz omnes ignes qui sunt in terra ⁊ super terram ⁊ sub terra incurrent ad illam inflagrationem. sicut videtur Augusti. velle. xx. de ciui. dei. ꝙ mundanoꝝ igniū inflagratiōe figura huius mundi periret sicut mundanarum aquarū inundatione factuz est diluuium. Unde sic dicit doctor sanctus vbi supra. ꝙ ista inflagratio nihil aliud est q̄ꝫ cōgregatio omniuz causarum superiorū ⁊ inferiorum que ex natura sua virtutē habēt igniendi. que quidem cōgregatio nō naturali cursu rerum: sed virtute diuina fiet et ex omnibus istis causis sic congregatis generabitur ignis qui faciē huius mundi exuret. Tercio principal̄r q̄ri pōt de duratione illi⁹ cum de hoc auctoritates diuine scripture diuersimode loquantur et sentiant. Quidā etiaz duos ignes futuros esse perhibent. Unde super illud Malach. iij.

Purgabit filios leui. dicit Glosa. Duos ignes legimus futuros. vnū quo purgabit electos q̄ p̄cedet iudiciū. alterꝫ quo reprobos cruciabit. Ad hoc dicendum esse reor saluo sanctoꝝ iudicio q̄ ignis inflagratōis iudiciū p̄cedens cōtinue durabit quousq̄ data horribili sententia reprobos cūctos inuoluat. q̄ cum eis pariter descendat in penam damnatōis. Q. ō rationabiliter persuaderi pōt ex dictis sacre scripture. Naz de igne inflagratiōis iudiciuz precedente nullus est doctoꝝ qui ambigat: dicēte ps. Ignis ante ipm̄ p̄cedet. q̄ inflāmabit i circuitu inimicos eius. Vñ dicit doctor sanctus vbi supꝫ. q̄ illa inflagratio fm rei veritatē q̄tum ad sui initiuz precedet iudicium. Q. ō ex hinc mānifeste colligi potest. qz mortuoꝝ resurrectio iudicium p̄cedet. vt dicitur. j. Thessal. iiij. Mortui qui i christo sunt resurgent primi. Similiter autem erunt hec duo. cōmunis resurrectio: q̄ sanctoꝝ glorificatio. quia sancti resurgentes corpora gloriosa resumēt. vt patet. j. Corinth. vij. et. xv. Seminat in ignobilitate resurget in gloria. Q. quādo vo corpa sanctoꝝ glorificabunt̄ tunc etiam tota creatura renouabit̄ suo modo. Vnde dicitur Ro. viij. q̄ ipa creatura a seruitute liberabit̄ corruptionis in libertatem glorie filioꝝ dei. Cum igitur cōflagratio mundi sit disposita ad renouationē predictā necesse relinquitur q̄ ipa cōflagratio mundi ipam mūdi purgationē precedet. De igne vo cōcomitante iudicem vel iudiciuz dicitur Ysa. lxvj. Ecce dominꝰ in igne veniet. q̄ q̄si turbo quadrige eius reddere in indignatione furorem suū q̄ increpationē suam in flamma ignis. quia in igne dominus iudicabit. Mirum cum q̄ dominꝰ decem p̄cepta daturus in monte syna venit in igne. Exo. xix. Mons syna fumigabat: eo q̄ dominꝰ descendisset super eum in igne. et ascenderet fumus ex eo q̄si ex fornace. eratq̄ mōs omnis terribilis. Et iterum ibidez. xxiiij. Erat autē species glorie domini q̄si ignis ardens super verticem montis in conspectu filioꝝ israhel. quādo scilicet Moyses fuit apud eum quadragīta diebus et quadraginta noctibus. Sic etiā horribili aduentu venturus est. p̄sertim cum iudicaturus sit. et rationem de singulis exacturus. sicut innuitur Ysa. xxix. vbi dicit. Repente a festum a domīo exercituū. visitabitur mundus. Sed quomō visitabitur subiungit dicens. Contritio q̄ cōmotione terre q̄ voce magna turbinis et tempestatis. q̄ flāme ignis deuorantis. Joel. ij. Ante faciem eius ignis vorans. q̄ post eū exurens flāma. Hinc dicitur in ps. quo nihil manifestius. Deus manifeste veniet. deus noster q̄ non silebit. Ignis in cōspectu eius exardescit. q̄ i circuitu eius tempestas valida. Q. ō est etiam ostensum Daniel. vij. vbi agitur ō antichristo q̄ futuro iudicio. Aspiciebā scz post decessuz antichristi throni positi sunt. et antiquus dierum sedit. vestimentū eius quasi nix candiduz q̄ capilli capitis sui q̄si lana mūda. Thronus eius flāma ignis. Glo. vt bonos purget: malos puniat. Note eius. i. angeli ignis accensus scilicet ad vindictam. Nam currus dei decem milibus q̄. Sequit. Fluuius igneus rapiduscz egrediebatur a facie eiꝰ. Glo. i. vt peccatores tradat in gehennam. Denicz de igne sequēte iudiciuz dicit ibidem Bonauētura. q̄ ignis futurꝰ est ad iudicium q̄ purgationem et innouationem mundi qui sequitur iudicium faciem mundi purgans q̄ exurens. q̄ reprobos crucians q̄ in eternam damnatiōem inuoluens. Et sic erit post eum exurens flāma. vt dicitur Joelis. ij. Quarto principaliter queri potest de effectu illius ignis conflagratiōis. Ad quod dicendum q̄ habebit effectū q̄ officiū q̄tuoꝝ igniū. Nā primo hēbit officiū ignis infernalis qui erit instrumentuz diuine iusticie reprobos adhuc viuos crudeliter puniendo et in cinerem resoluendo. ac iterum resurgentes exurendo q̄ ad eternam damnatiōem inuoluendo. Unde dicit Basiliꝰ super illud ps. Vox domini intercidētis flammaz ignis. Q. quo ad calidū vstiuum et q̄tum ad id qō in genere grossuz q̄ fetidum reperietur descēdet ad inferos ad penā dānatoꝝ. qō vo subtile q̄ luciduz est remanebit supius

ad gloriaz electoꝝ. scz ad adornandũ hũc mundũ. Secũdo ꝟo fungetur officio purgatorij, ꝓut etiam erit instrumentũ diuine iusticie. Unde dicit doctor sanctus vbi supra. ꝙ boni vbi nihil purgandũ inuenitur omnino nullũ dolorez sentient ex igne. sicut nec tres pueri senserũt in camĩo ignis Daniel. iij. Boni ꝟo in quib⁹ aliquid purgandum inuenit̃ cruciatuz doloris sentient ex illo igne plus vel min⁹ pro meritoꝝ diuersitate. Tercio ꝓinde gerit officiũ ignis terrestris. i. virtutis naturalis. s. oĩa vegetabilia ⁊ sensibilia ꝯsumendo. ⁊ etiam omnium hominũ corpora in cinerẽ resoluendo. Dicit enim Bonauẽtura super. iiij. distin. xlvij. ꝙ ille ignis cum erit ad electoꝝ purgationẽ non erit ad eoꝝ ꝯsumptõem. sz sicut tres pueri in camino ignis ardentis diuina virtute illesi sunt cõseruati. sic fiet in illo igne qui eos purgabit pro q̃litate culpe. Unde. j. Thessal. iiij. Et mortui qui in christo sunt resurgẽt primi. deinde nos q̃ viuim⁹ qui relinquimur. Glo. ab antichristi ꝑsecutõib⁹ simul rapiemur. Glo. ab angelis cum illis obuiaz christo in aera. In ipo autem raptu moriẽtur. tamẽ sine pena vt credendum est sicut de Johãne euangelista legitur. ⁊ statim resurgẽt vt impleatur illud. j. Coꝝ. xv. Sicut in Adam omnes moriũtur. ita ⁊ in christo omnes viuificabunt̃. Unde dicit ibidẽ Glo. ꝙ in ipo raptu mors eoꝝ erit resurrectio. Quarto deniq; ꝯplebit officiuz ignis elemẽtaris. s. elementa subtiliãdo ⁊ ad innouatõem disponendo. Ad laudẽ dei Amen.

De generali resurrectiõe ⁊ modo eiusdem. Sermo. v.

Omnes quidẽ resurgem⁹. sed non omnes ĩmutabimur. j. Coꝝ. xv. Secunduz ꝟo cõcomitans iudiciũ erit generalis resurrectio. Que cum sit difficilis ad credendũ tradit de illa specialẽ doctrinã apl's. j. Coꝝ. xv. vnde verba thematis sumpta sunt. Et. j. Thessal. iiij. vbi dicit. Nolum⁹ vos ignorare fratres de dormiẽtibus vel mortuis: quos dormiẽtes appellat ꝓpter resurrectionis facilitatẽ. sicut aliquis faciliter suscitatur a somno. Nolumus igit̃ vos ignorare. s. ꝙ resurrecturi sint. vt non ꝯtristemini. i. nõ totaliter tristemini sicut ceteri qui spem non habent resurrectõis scz. Si eniz credimus ꝙ Jesus mortuus est ⁊ resurrexit. ita ⁊ credere debem⁹ ꝙ de⁹ eos q̃ dormierunt per Jesum instrumẽtaliter vel in fide Jesu non solũ suscitabit: sed etiã adducet cum eo. vt scilicz sint in eadẽ beatitudine ⁊ ĩmortalitate cuz eo. Quoniã ipe dñs in ꝓpria ꝑsona ĩ iussu. i. imꝑiandi potestate non in hũilitate. ⁊ in voce archangeli. i. facta ministerio archangeli Michaelis. qua dicet̃. Surgite mortui venite ad iudiciũ. Et in tuba dei. que scz a deo habebit efficaciã. i. manifestationẽ sui aduent⁹ vt dicit Glo. qui tante erit efficacie ꝙ vt dicit̃ Math. xxiiij. Sic̃ fulgur exit ab oriente ⁊ apparet in occidentẽ. sic erit aduentus filij hominũ. Et tunc mortui qui ĩ christo sunt. i. cum christo quiescunt resurgent primi. s. tempe. Deinde nos qui viuim⁹. s. illo tempe qui relinq̃mur ab antichristi ꝑsecutionib⁹ simul. rapiemur scz ab angelis cum illis in nubib⁹ obuiam christo in aera. ⁊ sic semper cum domĩo erim⁹. Itaq; consolamini inuicẽ in verbis istis. s. de resurrectione futura. Ad maiorẽ autem euidentiam resurrectõis breuitatis grã octo conclusiões ꝓsequi statui. Quaruz prima est de resurrectõis veritate. de quo manifestauit Job cuius verba dñs cõfirmauit eiusdem. xlij. dicens. Nõ estis ad me locuti recta sicut seruus me⁹ Job. Ait enĩ. xix. Scio enim ꝙ redemptor me⁹ viuit ⁊ in nouissimo die de terra surrectur⁹ suz ⁊ rursuz circũdabor pelle mea. ⁊ ĩ carne mea videbo deum saluatorẽ meũ. quem visurus suz egoipe ⁊ oculi mei ꝯspecturi sunt. Glo. nõ solum cordis. sed etiam corꝑis quãtuz ad humanitatez. Et non alius. Glo. ex parte mea. Reposita est hec spes mea ĩ sinu meo Glo. Nihil nos certius habere credim⁹ q̃ qd̃ in sinu tenemus. In sinu igit̃ spem repositaz tenuit. qꝛ vera certitudine de spe resurrectõis ꝑsumpsit. Istud etiã ratiõe

probari potest. Nam apostolus. ſ. Corin. xv. pbare videt resurrectionē ex remuneratōe: dicēs. Si in hac vita tantū in christo. i. in fide christi sperātes sumus. ita vt futurā vitam non sperem⁹ in qua retributionē reciperem⁹: miserabiliores sum⁹ omnibus hominibus. quia ⁊ miseri ī corpore in quo propter illum maiores miserias sustinemus. ⁊ miseri in anima. ppter errorez. ⁊ sic miserabiliores ceteris qui saltem seculi fruūtur delicijs. Et quia retributionē exspectam⁹ bonoꝝ opeꝝ. ⁊ anima se habz ad corpus vt forma ad materiā. ideo operatio est cōiuncti ⁊ non tantū anime. vt patz per phm in ꝓmo de anima. Hinc requiritē ꝙ homo cōpositus ex aīa ⁊ corpe mercedē operis sui recipiat ad qō ꝓsupponit resurrectio corpis. Hinc ad ꝓfutandū iudeorū errorē non credentiū mortuoꝝ resurrectionem: ostendit dominus Ezechieli ppbete xxxvij. ca. visionē de resurrectiōe: quā magister in hysto. succincte ⁊ lucide comphendit: dicens. In anno duodecimo trāsmigrationis venit ad Exechielem quidā qui fugerat de iherusalē: dicens. vastata est ciuitas. Q̄ audiens oīs trāsmigratio leuauit oculos: dicēs. perijt spes nr̄a. abscisi sumus. non resurgemus. Et exclamauit Ezechiel. Hec dicit dñs. Cum sanctificatus fuero in vobis tollam vos de gentib⁹ ⁊ adducā vos in terrā vestram. ⁊ effundā sup̄ vos aquam mundā. ⁊ mundabimini ab omnib⁹ inquinamētis vestris. Et facta est super ꝓphetā manus domī. ⁊ duxit eū in spiritu in campo qui plen⁹ erat ossibus siccis vehemēter. eduxit ⁊ ait ad euz. Fili hominis putasne viuāt ossa ista? Et dixit. Domine tu nosti. Et dixit. Dic ad ea. ossa arida hec dicit dñs. Ecce dabo super vos neruos. ⁊ succrescere faciā carnes. ⁊ super extendā cutem: daboq̄ spiritū ⁊ reuiuetis. Quo loquēte factus est sonus ⁊ cōmotio. ⁊ accesserūt ossa ad ossa. vnū quoq̄ ad iūcturā suam. Et ecce super ea nerui ⁊ cutis ⁊ spiritū nō habebāt. Et ait domin⁹. Clama ad spiritū ⁊ dic. Hec dicit dominus. a quatuoꝝ ventis veni spiritus ⁊ insla super interfectos istos ⁊ reuiuiscēt. Et factū est steterūtq̄ super pedes suos exercitus grādis nimis. Et dixit domin⁹. Ossa hec vniuersa domus israhel est. Et restituit spiritus ꝓphetaz in medio trāsmigratiōis. qui locutus est ad eos q̄ dñs sibi mōstrauerat in signū duoꝝ. ſ. reuocatōis eoꝝ a captiuitate ⁊ resurrectōis corpoꝝ ī fine. Hec ibi.

¶ Secūda cōclusio est de resurrectōis generalitate. ꝙ scz omnes qui receperūt animam rationalē corpore ⁊ anima resurgēt in iudicio. sicut dicit Job. v. Omnes qui in monumētis sunt audient vocez filij dei. ⁊ qui audierint viuent. Q̄ō etiam ratiōe ꝓbari potest. Nam ad hoc resurrectio est necessaria vt resurgentes recipiant ꝓ meritis penam vel premiū: sed omnib⁹ debetur pena vel premiuz pro merito ꝓprio sicut adultis. vel alieno vt paruulis. Vnde ſm Bonauent. in. iij. quia anima paruuli cōtraxit originale in corpe ⁊ per corpus. ideo illi vniri debet: vt sicut ex vnione ad corpus peccauit: simul cum illo mulctetur pena damni vel sensus. Cuius nimiruz resurrectiōis causa est christi resurrectio. q̄a diuina dona a deo ī homīes mediāte christi hūanitate tāq̄ mediatore ꝓueniūt. Et ideo sicut a morte spūali liberari nō possumus nisi per gratie donū diuinitus datū. sic nec a morte corpali possumus nisi p resurrectionē diuina virtute factā. Et ideo sicut christus primicias gratie suscepit diuinitus. ⁊ eius gratia nostre gratie causa est. quia de plenitudine eius omnes accepimus gratiaz pro gratia. sic in christo inchoata est resurrectio nostra ⁊ sua resurrectio causa nostre resurrectōis est. Sed virtus diuinitatis eius est causa principalis. Ip̄a vo resurrectio christi virtuti diuinitatis adiūcta est causa quasi instrumentalis. quia diuīe operatōes agebant mediāte christi carne quasi quodā organo. sicut exemplum ponit Damascen. in libro. iij. de fide. quomō mundauit leprosum Marth. viij. Hinc etiam omniū hominum resurrectio habebit aliquid de similitudine resurrectōis christi: qō scilicz pertinet ad vitam nature: ſm q̄ omnes christo cōformes fuerūt. ⁊ ideo omnes resurgent in

vitam ĩmortalẽ. sed in sanctis qui christo
ꝑ grãm ꝯformes fuerunt. erit etiã ꝯformi-
tas quo ad ea q̃ sunt glorie. Tercia con
clusio est de resurrectõis tpe. qđ breuiter
lucideq̃ determinat apl̃us. j. Cor. xv. di-
cens. In momẽto. i. in breuissimo tempo
ris spacio. ĩ ictu oculi. i. q̃cito oculꝰ ꝑcutit
visa ⁊ transit ad ea: vl̃ q̃cito percutitur a
palpebra. in nouissima tuba. i. postq̃ nõ e-
rit alia. Nomĩe autem tube aliqđ euidens
⁊ ꝑclarũ signũ ĩtelligitur qđ quãdoq̃ vox
archangeli dicit̃. s. Michaelis instrumen
taliter. quãdoq̃ vox filij dei ꝓpter aucto-
ritatez mittentis. quãdoq̃ tuba dei ꝓpter
vehementiaz terroris. qñq̃ clamor ꝓpter
euidentiam operis. ad qđ signũ omnes re
surgent in instanti. Ad cuiꝰ euidentiaz sci
endum ꝙ sicut Augꝰ. dicit ĩ. iij. de trinit̃.
ꝙ sicut corpa crassiora ⁊ inferiora ꝑ subti
liora ⁊ potentiora quodã ordine regũtur.
sic oĩa corpora regũtur a deo per spiritum
vite rationalẽ. Qđ etiam tangit Grego.
iiij. dialog̃. Et ideo in omnibꝰ que corpo-
raliter a deo fiunt: vtitur deus ministerio
angeloꝝ. In resurrectõe igitur erit aliq̃d
ad trãsmutationẽ corpoꝝ pertinẽs. scz ci-
nerum recollectio. forme ꝑegrine sepatio.
corpoꝝ ⁊ omniũ organoꝝ eius reparatio.
sanguinis per venas diffusio. ⁊ similia. Et
q̃tum ad hec vtetur deus ministerio ange
lorum. ⁊ ideo non erit illud in instãti si in-
stans capiat̃ ꝓ tempe imꝑceptibili. qꝛ sine
motu locali fieri nõ possunt. Sunt tamen
nobis in instanti quodãmodo imꝑceptibi
li ꝓpter facilitatem operãdi que competit
angelis. Fiet etiaz ĩ resurrectõe infusio ani
me: que sicut ĩmediate a deo creata est. sic
ĩmediate a deo corpi denuo vniet̃ sine aliq̃
operatõe angeloꝝ. Simlr ⁊ gloriã corpo-
ris perficiet absq̃ ministerio angelorũ sic̃
⁊ aĩam ĩmediate glorificat. Hinc etiaz pa
tet ꝙ licet Ezechiel ĩ visione predicta loq̃
tur iudeis tanq̃ rudi populo distinguẽs ꝓ
cessuz resurrectõis ac si successu temporis
perficeret̃. Et Moyses in creatõe mundi
distinguẽs opera dierũ per dies vt rudis
populus capere posset. oĩa tamen simul fa
cta sunt ꝟm Augꝰ. non in tempe nobis sal-
tem notabiliter ꝑceptibili. qđ notat apo-
stolus: dicens. In momẽto in ictu oculi.
Et addens. ĩ nouissima tuba. significat ꝙ
non erit resurrectio nisi in fine tempis pre
sentis. Pro quo notandum ꝙ q̃uis hora
tempis qua resurrectio fiet determĩate sci
ri non potest. vt dic̃ magister in. iiij. disti-
xliij. Tamẽ ꝟm Tho. ibidem satis ꝓbabili-
ter a quibusdã dicit̃. ꝙ erit resurrectio q̃si
in crepusculo sole existente in oriente ⁊ lu-
na in occidente. qꝛ tali dispositõe sol ⁊ lu-
na creata credũtur. vt sic eoruz circulatio
compleatur penitus ad idem punctuz. Et
quando resurrectio fiet non erit amplius
tempus: sed terminus tempis. quia in eo-
dem instanti quo cessabit motꝰ celi erit re
surrectio mortuoꝝ ⁊ non ante. Unde Bo
nauẽtura super q̃rtuz. dis. xliij. ponit ad h̃
sex rationes ꝯgruẽtes. Prima ratio est se
ueritas diuini iudicij que inflixit penã ĩci-
neratõis corpori vsq̃ ad aduentũ ꝟm filij
dei. dicens Genes. iij. Puluis es ⁊ in pul
uerem reuerteris. sicut penam carẽtie visi
onis diuine inflixit aĩe vsq̃ ad aduentum
primũ. Et huiꝰ ratio est. qꝛ ꝟm carnẽ omẽs
simul fuimus ĩ vno ꝓncipio peccati. Secũ
da ratio est meritũ fidei que multuz mere-
tur credendo nos reuiniscere ⁊ remunera-
ri q̃ videmur sil̃es bestijs ĩ moriendo. Qꝛ
si illa exꝑimẽto videret tunc merituz non
hr̃et. qꝛ fides non habet meritũ vbi huma-
na ratio prebet experimẽtuz. Tercia ratõ
est corpis mistici. Quia enĩ omnes vnum
corpus sumus in christo. ideo necesse est ꝙ
q̃tum ad aliquã gloriã resurgamus simul
sed non q̃tum ad gloriam aĩe. q̃a ibi esset
maximũ damnuz ⁊ importabile. quasi igit̃
q̃tum ad gloriã corpis. Quarta ratio est
subsidiũ infirmitatis nostre. qꝛ sancti duz
sua desiderant corpora vehemẽtius etiaz
desiderant salutez nostram. Unde ad He
bre. xj. vbi cõmemorans fidem ⁊ fidelita-
tem patrũ antiquoꝝ: tandẽ subinfert. Hi
omnes testimonio fidei ꝓbati. i. approbati
ĩuenti non acceperũt repromissionẽ. i. am
bas stolas. s. corpis ⁊ aĩe deo ꝓ nobis ali-
quid meliꝰ ꝓuidente vt non sine nobis con
sumarentur. s. vtraq̃ stola vt in cõmunire

surrectōe omniū sit maius gaudiū singulo
rum. Chris. Non illis iniuriā fecit: sz nos
honorauit. Quinta ratio est manifestatio
diuine iusticie. qz omnib⁹ debet esse notuz
quāta iusticia damnat malos ⁊ saluat bo-
nos. ideo vltimā distributionē distulit vs-
qꝫ ad nouissimū vt omnes cōpareant. Se-
xta ratio est ꝯsumatio glorie. Nam qz spi
ritus angelici sunt adhuc viatores q̄tum
ad ministratōem q̄diu hoīes viuūt. ⁊ sem
per crescit gaudiū eoꝝ accidētale ſm mul-
titudinē electoꝝ. ido ī aliquo singl'ari mo
do nō debuit gloria perfecte cōsumari do
nec ī omnib⁹ simul cōsumetur. Q⁹ si obijci
atur illud Math. xxvij. Multa corpora
sanctoꝝ qui dormierāt surrexerūt surgen
te domino. ⁊ venerūt ad sanctā ciuitatez.
Ad hoc rn̄det Tho. in. iiij. inclinās ad hāc
partē. ꝙ resurrectio eoꝝ vera fuit. qz ad h̄
ꝙ veꝝ testimoniū de vera resurrectōe xp̄i
ꝓferrent: ꝯgruū fuit ꝙ vere resurgerent. sz
eoꝝ resurrectio non est accelerata propter
nos: sed ꝓpter resurrectiōem christi testifi
candā. Q⁹ quidē testimoniū fuit ad ꝯfir-
mandā fidem noui testamēti. vnde decen-
tius factū est per patres veteris testamē-
ti q̄ꝫ per eos qui nouo testamento fundato
decesserāt. Ceteꝝ licz de eoꝝ resurrectiōe
mentio fiat in euāgelio ante christi resur-
rectionē: hoc tn̄ est ꝑ anticipationē qd̄ fre
quēter historiographis accidit. Null⁹ em̄
ante christum vera resurrectōe nisi denuo
moritur⁹ surrexit eo ꝙ ip̄e est primicie dor
mientiuz. vt dicit. j. Coꝝ. xv. Quarta
ꝯclusio est de resurgentiū corpoꝝ idempti
tate. quā on̄dit Job. xix. dicēs. In carne
mea videbo deū saluatorē meū. quez visu-
rus sum ego ip̄e ⁊ non alius ⁊c. Ex quibus
liquet ꝙ oportet animā resumere corpus
p̄cise illud qd̄ deposuit. Cui⁹ ratio ē vt di-
cit Bonauent. vbi sup̄. qz corpus exq̄ vni
tur anime rōnali statim habet ratōem ad
īmortalitatē ſm diuīam ꝓuidentiā. ⁊ ani-
ma naturalē habz appetitū ad corpus: Et
licet corp⁹ illud fuerit resolutū vsqꝫ ad ele-
menta: nihilomin⁹ tamē aīa habet natura
lem appetitū ad hanc partē elementi: licet
sit vnius nature cum alijs elemēti partib⁹
nec distinctionē habeat ꝙ oīno potest alij
ꝯmisceri. ⁊ aīe posset eque bene corpus ex
alia parte elemēti repiri eiusdē ꝯplexiōis
habitudinis ⁊ ꝯplemēti. Et ratio hui⁹ est
qz quātumcūqꝫ fuerit simile alijs elemētis
⁊ ꝯmisceat̄ vni vel pluribus. semꝑ tn̄ ma-
net eadē substantia materie cuz ratōne se
minali. que licz nō sit actu sepata ab alijs
ꝑtib⁹ quib⁹ est ꝯmixta. est tn̄ sepabilis ⁊ di
stinguibil' saltē ſm potentiā ⁊ sapīam diui
nam que nouit in q̄d reducat̄ corpus hūa-
num qd̄cūqꝫ ⁊ quibuscūqꝫ mutatōib⁹ ⁊ cō
uersionib⁹ sit mutatū. Et sic per illi⁹ sapiē
tie discretionē ⁊ potentie operatōem illd̄
per easdē formas per quas disponebat̄ ad
formatōem aīe postmoduz disponit̄. Q⁹ si
q̄rat̄ cur aīa magis appetit illud q̄ꝫ aliud
cum nulla sit p̄electio ꝓpter vniformitatē
Rn̄det Bonauētura ꝙ hoc est ꝓpter colli
gantiā ⁊ ꝯiunctōem quā prius habuit ad
illud. qd̄ sic patet. Nam aīa ratōnalis dif
fert ab angelo. ⁊ ꝯmunicat cuz animabus
⁊ ꝓpter hoc habet inclinatōem ad corpus
Sed qz rōnalis: ad corp⁹ habet humanuz
Et qz nobilis ad nobilius organizatū: sed
magis ad propriū corpus q̄ꝫ ad aliud pro-
pter ꝯiunctōem quā habuit ad illud. Exē
plum. si quis vellet ꝯtrahere cum duabus
virginibus eque pulchris bonis ⁊c. ⁊ ip̄e
ad vtrāqꝫ eque inclinaret̄. sed esto ꝙ alte-
ri ꝯiungat̄ iam adeo colligat̄ vni ꝙ nō cu-
rat habere aliam. nec daret hanc ꝓ illa eti
am pulchriori ⁊ meliori. Sic aīa tantū af-
ficitur ad substantiā carnis quā prius vi-
uificauit ꝙ ei ꝯplete nō sufficit: nisi illa ea
dem vbicūqꝫ lateat repetur. Et sic aīe de-
us satisfaciēs: ꝓprieqꝫ iusticie ꝓpriuz cor-
pus adaptabit eidez: vt simul p̄mia vl' pe
nas ſm merita vel demerita recipiant. Et
in hac materia errabāt phi ⁊ quidā hereti
ci. dicentes quidē animas a corpore sepa-
ratas iterato corpibus ꝯiungi. sed in h̄ er
rabant. quia dicebāt eam iterum cōiungi
corpi naturaliter per viam. s. generatōis.
et ꝙ secunda ꝯiunctio non erat ad idē cor
pus qd̄ per mortem fuit depositu: sed ad
aliud. Et hoc dupliciter. s. vel ad idem spe
cie. cuz scz aīa bene viuens in corpore post

354

mortem aliqua felicitate ꝑcepta post aliq̄ secula ad corpus velle redire. ⁊ sic iterum corpi cōiungebatur hūano licet alteri numero. Vel etiam animā dicebant intrare corpus diuersum specie. cum scz anima exiens ꝑter ratiōis ordinem vitā duxerat ꝓpter qd̄ transibat post mortez de corpore hominis in corpus alicui⁹ animalis. cuius moribus viuendo se ꝯformauit sicut ī corpus canis ꝓpter luxuriaz. vel porci ꝓpter gulam. aut leonis ꝓpter rapinā ⁊ violentiam. ⁊ si de siliibus. Quorū error sicut detestatur: sic ⁊ manifestius cōuincit̄. quoniaz in resurrectōe resument idez corpus numero qd̄ deposuerunt. vt sic fiat isdem homo numero. tamē ex hoc ponat̄ resurgendi necessitas. vt homo finē vltimū ꝓpter quem creatus est ꝯsequatur. s. eternaz beatitudinem. Alioquin non reciꝑet tot⁹ homo premiuz pro meritis ꝓprijs. qd̄ fit cum eadez anima eidez corpi numero ꝯiungitur. Et qd̄ maius est corpibus diminutis vt infantium ⁊ abortiuoꝝ habentiuz animā rationalez nihil addet̄ de materia ꝑegrina: sed sine additiōe materie corp⁹ adaugebitur: sicut ecōtra ſm quosdā gigātibus d̄trahetur sine abstracitōe materie: ne scz ibidem appareat aliqua mōstruositas: aut notabilis corporū ineq̄litas. sed om̄es vt dicitur Ephes. iiij. occurram⁹ in viruz perfectum. in mensurā etatis plenitudinis christi. vt postea pleni⁹ videbit̄. Et hoc etiam tangitur Ysa. xxvj. de gigātibus vbi dicit̄. Gigantes non resurgent. s. in statura ita mōstruosa. Similiter etiaz legitur de manna Exod. xvj. ⁊ ibidē magister in historijs. ꝙ nec qui plus collegerat ad ꝓpria veniens plus inuenit. nec qui min⁹ parauerat min⁹ reperit. sed omnes inuenerūt ad mensurā gomor. Unde ⁊ diuina virtute factū est vt hec mēsura sufficeret edacibus. ⁊ comedebatur ab omnib⁹. Ad laudē dei Amen.

De generali resurrectōe ac modo eiusdem. ac qꝛ damnatoꝝ corpora erunt incorruptibilia ꝑassibilia ⁊ incōsumptibilia.

Sermo. vj.

Omnes quidez resurgem⁹: sed nō omnes īmutabimur. j. Coꝝ. xv. Pro lucidiori thematis intellectu dicit ibidē apostol⁹. Fratres ecce misteriū vobis dico. i. occultū hoc. s. omnes. i. tam boni q̄ mali resurgemus. sz non omnes īmutabimur. ⁊ erit in momento. ī ictu oculi. ī nouissima tuba. Ergo ibi erit breue tempus. celere opus. finis vltimus. Canet enī tuba. i. aliqd̄ euidēs ⁊ preclarū signū diuīe iusticie apparebit ad qd̄ subito sequet̄ viuificatio mortuoꝝ. ⁊ mortui resurgēt īcorrupti. euident̄. ītegralit̄. mirabil̄r. ⁊ vniuersal̄r. Et nos scz electi īmutabimur. corpus assumētes gloriosum quatuor dotibus glorificatū ⁊ qualificatum. s. impassibilitate. subtilitate. agilitate. ⁊ claritate. Sequit̄. Oportz enī ꝓpter bonū nostrū. s. ſuitiū remūerādū. ⁊ ꝓpter veruz dei ꝓmissum corruptibile hoc corp⁹ idem numero induere incorruptiōem tanq̄ ornamentū. vt scilicet iam non esuriat. non sitiat. nō frigeat ac estuet ⁊c̄. Et mortale hoc induere īmortalitatez. s. vt vltra non dissoluat̄. Hec eniz sunt indumēta salutis. De quib⁹ Ysa. lxj. Gaudens gaudebo in domīo ⁊ exultabit anima mea in deo meo. quia īduit me vestimēto salutis. Sequitur. Cuz autē mortale hoc induerit immortalitatē: tunc fiet. i. implebitur sermo qui scriptus est Ozee. xiij. Ero mors tua o mors. scd̄m quam ꝓphetiam absorpta est mors in victoria. s. christi in eius resurrectiōe. Sequit̄. Vbi est mors victoria tua q̄ scilicet om̄es vincebas? vbi est mors stimulus tuus. i. originale peccatū quo puncti ⁊ venenati sumus om̄es? sicut exponēs ꝓsequitur: dicens. Stimulus autē mortis peccatū ē. s. origīale. virtus ꝟo. i. augmētū peccati lex. s. per occasionē. quia vbi nō est lex: nec ꝑuaricatio. Hoc autem dicit ne quis credat ꝙ a lege sufficiens adiutoriū cōtra peccatū habuit. Sequitur. Deo aūt gratias scz ago. qui dedit nobis victoriaz peccati mortis ⁊ diaboli per dominū Iesum christū. qui non sibi sed nobis militauit ⁊ vicit. Vt igitur materiā de resurre-

ctione ꝓsequamur. ¶ Quinta cõclusio est de corpoꝝ resurgentiũ integritate, de qua iam dictũ est. Oportuit enim resurgẽt incorrupti Glo. i. sine aliqua diminutiõe membroꝝ. Pro quo sciendũ fm Tho. in. iiij. q. duplex ẽ deformitas. Vna ex defectu alicuius membri, sicut mutilatos turpes dicimus, & de tali deformitate non est dubium q in corpibus damnatoꝝ etiã nõ erit qz omniũ corpa tam bonoꝝ q̃ maloꝝ integra resurgent. Alia est deformitas ex debita partiũ dispositiõe, q̃ntitate, qualitate, vel situ, & de talibus & similib⁹ defectibus & deformitatibus sicut febres & alie hmõi egritudines que sunt interdũ causa deformitatis Aug⁹. indeterminatũ & sub dubio relinquit in Ench. Vnde super hoc apud doctores modernos est duplex opinio. Dicit enim ibidẽ Bonauẽtura distĩ. xliij. q. Aug⁹. istam questionẽ insolutaz relinquit quasi non sit magne vtilitatis. Attamẽ cũ assignat rationẽ quare non debeat in hoc laborari determiationẽ hui⁹ questiõis nobis tribuit. Dum enĩ dicit q nõ debz nos molestare inquisitio circa pulchritudinez vbi est certitudo circa damnatõem, si enĩ ad hoc resurgunt vt damnẽtur nõvt melioris: sed vt peioris ꝑditionis sint: manifeste apparet q nõ dabitur eis pulchritudo quã non habuerũt, nec auferetur deformitas quã habuerunt. Q⁹ si obiciẽ dei perfecta sunt opera. Dicenduz q quãtum ad eos est pius reformatoꝝ, qz fm eandẽ formaz reformat quã eis natura dedit in generatõe ꝓmaria. In qua reformatõe apparet ꝓmo dei sapia, qz scit omniũ corpora eodẽ modo reparare, eodem modo scilicet sicut ante fuerũt. Secũdo eius iusticia vt sicut qui meruerũt ĩ pulchro remunerãtur eoꝝ pulchritudine, sic qui in turpi peccauit in eius turpitudine cruciari deber. Porro sanctus Tho. ĩ ꝯtrariũ sentiẽs, dicit ibidem q illi rõnabilius dicunt qui ponunt q auctoꝝ qui naturã cõdidit in resurrectõe naturã integre repabit: ita q in resurrectõe totũ remouebiẽ quicqd defect⁹ aut turpitudinis ex corruptiõe vel debilitate nature vel ꝓncipiorũ naturaliũ in corpore fuit sicut febres lippiditudo & similia, qz licet errat natura: tñ auctoꝝ nature non potest errare cui⁹ perfecta sunt opa. Nec ĩ damnatis erit aliquid qd̃ in eis sensuz doloris impediat, sed egritudines impediũt sensum doloris inc̃tum per ea debilitanẽ organa sentiendi. Similiter defect⁹ membroꝝ impediret ne in corpe dolor vniuersalis esset. Defectus qui naturaĺr ex pncipijs naturalib⁹ in humano corpe ꝓsequũtur: sicut põderositas, passibilitas, & similia remanebũt in corpibus dãnatoꝝ quos defect⁹ gloria resurrectõis excludet a corporibus electorũ. ¶ Sexta cõclusio est de bũani corpis resurgẽtis totalitate, quam innuit dñs in euãgelio: dicẽs. Capillus de capite vestro non peribit. Pro quo notãdum q quicqd est de veritate nature & totum qd̃ est in homine resurget in iudicio. Q.d̃ sane intelligendũ est ꝓsiderata totalitate speciei: que fm quãtitatez attendit & figuram, situz & ordinẽ partiũ. non tamen resurget totũ cõsiderata totalitate materie, qz tota materia que fuit in homĩe a pncipio vsq̃ ad finem quãtitatẽ speciei debitam excederet. Modo constat q materia carnis non habet ordinẽ ad animã rõnalẽ nisi inc̃tuz est sub debita forma, & ideo ratione illius habet ordinẽ ad resurrectõez. Similiter quicqd aduenit corpi ex nutrimento qd̃ nõ facit augmentũ: sed cedit in restauratõem de perditi nutriẽdo non cõputatur vt pars aliqua totius considerati fm speciem: cũ non obtineat aliuz locũ vel situ in corpe quaz pars que fluxit tenebat c̃uis possit alia pars cõputari ꝓsiderata totalitate speciei, quia obtinet aliuz locũ & situm in corpe. Ex his patet q intestina resurgent in corpe sicut & alia membra. et plena erunt, non quidẽ turpibus superfluitatibus: sed nobilibus humiditatib⁹ et spiritibus qui totũ corpus fm Bonauent. ibidem reddent agilius. Et requiriẽ in resurrectione q corpus homĩs esse anime totaliter correspõdeat. eo q non resurget nisi fm ordinem quẽ habet ad animã rationalem. Vnde oportet hominẽ perfecte resurgere, vtpote qui ad vltimaz perfectionem

302

ꝯsequendã reparat̃. Et ideo non solum il-
la que sunt de necessitate: sed etiã illa que
sunt de integritate ⁊ decẽtia ⁊ pulchritu-
dine. cuiusmodi erũt humores ĩ intestinis.
Nam dicit Augustinus de ciuit. dei. ꝙ in
omnibus visceribus que nulluz decus mo
do videntur habere: ita pulchritudo dele-
ctabit hominẽ vt omni forme apparenti q̃
oculis placet ſm mentis iudiciuz prefera-
tur. Similiter crines ⁊ vngues sunt de de
cẽtia ⁊ pulchritudine. quia caluiciũ est im
perfectio nature. ⁊ hec duo sunt etiam ad
custodiam aliarũ partiũ corpis. ⁊ sic sunt
de secunda perfectõe ip̃ius nature. ꝓpter
qd̃ oportet ꝙ in homĩe resurgant in tanta
quãtitate pro quãta sufficiunt ad debitũ
ornatum. Non eniz omnes capilli qui pre
scindũtur ⁊ iterũ crescunt resurgent. quia
tunc esset magis indecens nature q̃ ornatus.
Septima cõclusio est de resurgenti
um quãtitate vel corporis vel etatis. De
vtraq̃ quãtitate dicit apostol⁹ ad Ephes.
iiij. Ipse scilicz christ⁹ dedit quosdã apo-
stolos. quosdam ꝓphetas. alios euangeli-
stas. alios pastores ⁊ doctores ad ꝯsuma
tionem sanctoꝝ. vt in sanctitate cõsumen
tur qui iam sancti sunt ĩ opus ministerij. i.
vt quisquis posset implere op⁹ sui ministe-
rij. Si enim vnus omnia non perfecte age
ret singula. in edificatõnem corpis christi
mistici. i. vt qui adhuc alieni sunt edificen
tur in corpus christi. donec occurram⁹ om
nes in vnitatez fidei. i. cõfitẽdo articulos
fidei. ⁊ agnitõis filij dei. i. virtutũ quibus
deus agnoscit̃. Occurramus inq̃ obuiam
scz christo in viruz perfectũ. i. perfecte sta
ture in mensurã etiaz etatis plenitudinis
christi: qui fuit trigintatriũ annorũ. vltra
illam etatem nihil homĩ naturaliter accre
scit quo ad perfectõem membroꝝ. Quan-
tum igitur ad primã quãtitatez dicit Bo
nauẽtura super. iiij. dist. xliiij. ꝙ ex quo cor
pus humanũ generatũ est statim scit quan
tum debet esse in mole: licet nos non perci
piamus. quia iam est sibi totuz ratõne. Es
se autem ratione hoc est esse in quantitate
virtutis que distinguit̃ contra quãtitatez
molis. Et hoc est esse ſm potentiam virtu
tis augmẽtatiue. Quãtũ igitur potest na
tura illud augmẽtare qui iaz paruul⁹ est di
citur esse tantus ratõe. ⁊ tantus erit mole
nisi p̃pediat̃ occasionatõe. Quãtitas igi-
tur rationis potest a statu ꝯpetente speci-
ei in aliquo deficere vel sup̃abundare vel
sufficere. Q. igitur sufficiat est de integri
tate nature. Tunc eniz dicit̃ sufficere quã
do tantuz corpus ꝓducere potest quãtum
humane nature cõpetit que determĩatos
habet termĩos in paruitate vel magnitu-
dine inter quos statura christi medium te-
nere creditur tanq̃ ꝑfectissima. Et q̃diu
ab illa statura non recedit̃: ita ꝙ deformi-
tas generet̃: dicitur virtus augmẽtatiua
siue quãtitas ratõis sufficiens. ⁊ resurget
vnusquisq̃ ſm staturaz illi quãtitati com
petentẽ. Si vero recedit̃ ab ea: ita ꝙ defor-
mitas generet̃ ĩ sup̃fluo vel diminuto: tũc
quãtitas rationis fuit occasionata. ⁊ nõ
fuit perfecta: sed viciata. Et ideo tũc opor
tet detrahi vel addi. tamẽ sine additione
vel diminutiõe materie. vt ibidem tota ⁊
sola materia remaneat que est de veritate
nature. quia non oportz ꝙ deus adducat
materiam aliũde ad perficiẽduz. sed possi-
bile est ꝙ de illo totum extrahat: sicut cuz
panes mltiplicauit quãdo tot milia homi
num in deserto pauit. Quãtum ad secun-
dam quãtitatem scilicet etatis sciendum
ꝙ omnes resurgent tales ac tãti in corpo
re quales fuissent in etate virili. qz illa eta
te christus mortuus est ⁊ resurrexit. ⁊ nos
in mensuraz etatis plenitudinis christi re
surgere debemus. Q. ostendit ratõe do-
ctor sanctus super. iiij. dicens. ꝙ homo re
surget absq̃ omni defectu humane nature
sicut eum deus primo absq̃ defectu institu
it. Deficit igit̃ hũana natura dupliciter. q
Vno modo quia nondũ consecuta est vl-
timaz perfectiõem. ⁊ sic deficit in pueris.
Secundo quia iaz ab vltima perfectõe re
cessit ⁊ sic deficit in senib⁹. ⁊ ideo in vtris-
q̃ reducetur humana natura per resurre-
ctionem ad statum vltime perfectiõis qui
est in etate iuuenili ad quez termĩatur mo
tus augmenti ⁊ a quo motus incipit decre
menti. Et ideo in hac etate mortu est chri-

stus ꝙ Adam formatꝰ. Et illa reductio ad virilem etatē sicut erit sanctis ad maiorē gloriam, sic erit damnatis ad maiorez penam. vt potentes potēter tormenta patiantur. ¶ Octaua conclusio est de corporū resurgentiū qualitate. Sed quia de qualificatione corporum electorum satis dixisse me memini in sermonibus de pascha. De qualitate autem corporū reproborū videamus. Nam sicut quatuor dotes corporū ad gloriam electorum: sic eorum contraria mala ad penam sunt reproborum. scilicet pro impassibilitate passibilitatez. pro agilitate ponderositatē. pro subtilitate grossiciem. pro claritate tenebrositatē patientur. de quibus gratia brevitatis supsedentes duo dumtaxat prosequmur. Primū est vtrum corpora damnatorū erunt incorruptibilia. pſertim cum omne compositum ex cōtrarijs sit corruptibile necessario scōm naturam: vt dicunt philosophi. Ad hoc respondet doctor sanctus super. iiij. distinxliij. inter alia. ꝙ contraria ex quibus corpora componūtur non sunt prima principia agentia ad corruptionē: sed secunda. Nam primus agens ad corruptionem est motus celestis. Vnde supposito motu celesti necesse est corpus ex contrarijs compositum corrumpi ſm naturaz: nisi forte alia causa potior impediēs assit. Sed motu celi cessante contraria ex quibus corpus cōponitur non sufficiūt ad corruptionez faciendam etiam scōm naturam. ꝙ post resurrectionē motu celi cessante nulla qualitas erit sufficiens vt humanus corpus alterare posset a sua naturali qualitate. Ex quo patet ꝙ etiam scōm naturam damnatorū corpora corrumpi non poterunt post iudiciū. Et hoc deseruit diuine iusticie vt perpetuo viuentes: perpetuo puniātur. qđ diuina iusticia requirit. Vnde Apocal. ix. In diebus illis querent homines mortez ꝙ non inuenient. et desiderabunt mori et mors fugiet ab illis. Et hoc innuit dominus in promulgatōne horribilis sententie dicens. Ite maledicti in ignem eternum. Et iterū. Ibūt hi in supplicium eternum.

Q. si queritur vtrum corpora damnatorum posita in supplicīū eternum erunt passibilia. pſertim cum dolor qui ex passione eorum proueniet si passibilia sunt omnem presentez corporum dolorem superare debet: sicut sanctorum iocunditas omnē presentem iocunditatem excedit. sed propter īmensitatem doloris in presenti statu anima separatur quandoq; a corpore. igitur fortius in illa īmensitate anima separabitur a corpore. Ad hoc dicendum scōm sanctum Thomaz ibidem. ꝙ sicut corpus cooperatur anime ad meritum: sic eidem cooperatur ad peccatum. sed propter cooperationem illam ad meritum non solum anima: sed ꝙ corpus premiabitur. Igitur simili ratione damnatorum corpora punientur. quod non esset si impassibilia forēt. Et ideo licet dictum est post resurrectionē motu celi cessante aliquod corpus a sua naturali qualitate alterari nō poterit: nō per consequēs nullum corpus poterit pati passione nature. poterit tamen ab igne pati prout ignis est instrumentum diuine iusticie. quia remanebit adhuc passio que est ꝙ modum anime. que tamen passio non separabit animā a corpore. quia dolor non separat animaz a corpore scōm ꝙ manet tōtus in potentia anime cuius est dolere: sed scōm ꝙ a passione anime mutatur corpus a sua naturali dispositōe scōm modū quo videmus ꝙ ex ira corpus calescit et ex timore frigescit. sed post resurrectionez corpus non poterit trāsmutari a sua naturali dispositione. Et ideo quantuscunq; dolor sit animam a corpore non separabit.

¶ Tercio queri potest vtrum ne sint ab illo igne cōsumptibilia: presertim cum naturaliter ad vstionem sequitur inflāmatio et ad inflammatiōem cōsumptio. Quod sane intelligendum est cum illud quod inflāmatur leditur. quia albeston qui lapis est ferrei coloris ꝙ ab igne nomē sortitur. De quo dicit Ysidorus libro. vj. ꝙ semel accēsus nunq; extinguitur. Vnde in quodam templo veneris erat factum candelabrum ī quo erat lucerna lapidis huius sic ardēs

vt nulla tẽpestate: nullo imbre possz extin gui. de quo gentiles capti sacrilegio mira bantur. Sic incp̃ lapis inflammaf: sed non leditur. et ideo non cõsumitur. Ad hoc re sponder Bonauẽtura super q̃rtuz. distin. xliij. q̃ nullo modo sunt ab igne cõsumptibilia. quia nunc̃ sunt mortalia qõ sequere tur: sunt tamen corruptibilia incp̃tum cor ruptio est idem q̃ priuatio bone dispositi onis. quia a corporibus damnatorũ aufe retur quies ⁊ bona dispositio que generat in anima voluptatẽ. Hec est que continue corrumpitur. que corruptio est afflictõnis ⁊ non consumptõis. ⁊ hoc fit per adustio nem. Et possumus ad hoc manuduci exem plo et ratione. Videmus enim quedam in igne viuere ⁊ nõ deficere. sicut narrat Au gustin⁹. xxij. de ciui. dei. de salamãdra po nens exemplũ. Si igitur mirabilius est ali quod animal in igne cõseruari sine afflicti one ⁊ consumptõne c̃p affligi sine consum ptõne. ⁊ illud est scõm naturam possibile. non debeat igit impossibile iudicari illud. Q.⁊ si obiciatur non est simile. quia natu ra illius animalis est igni conformis: natu ra x̃o corporis humani difformis. Respõ det ad hoc primo q̃ licet natura bũani cor poris scõm statum presentez sit ab igne cõ sumptibilis. nihil tamẽ prohibet quin crea tor posset ei talem naturam dare. sicut le gitur de mirabili christiana: que mortalis adhuc ĩ igne permanere potuit viua. Hoc ipsum etiaz psuaderi potest exemplis sum ptis ex pte ignis. Nam ideo ignis ille vrit sed non consumit. quia pabuluz non requi rit. Exemplum habem⁹ in auro. qõ quidez inflammaf: sed non consumitur. eo q̃ igni non prebet pabulum. sic nec igni infernali corpus humanuz. sicut Augustinus exem plum ponit de igne in partibus sicilie. qui mõtes illos ab antiquis temporibus estu are facit: ⁊ tamen adhuc integri pseuerãt Et in partibus orientalibus ignis inueni tur: qui positus super manuz vehementer affligit: et tamen de manu nihil consumit. vt habetur in legenda sancti Nicolai. Se cundo possumus manuduci ratione. quia scilicet hoc accidit taz ex parte agentis q̃ ex parte patientis. Nam igni inferni da ta est virtus ad inflammãduz ⁊ non ad cõ sumendum ⁊ corpori data est natura passi bilis ⁊ non ad deficiendum. Q.⁊ si quera tur ratio huius. Dicendum q̃ ex parte na ture est passibilitas ad suscipienduz: et ex parte dei est potestas ad danduz. ⁊ ex par te finis est cõgruitas ad sic faciendũ. quia in inferno homo debet cruciari vt manife stetur dei iusticia infinita. Nec est impossi bile vt corpus aliquod a calido tangatur ⁊ non consumatur: cuz videmus in natura corpus a frigido tangi. et calefieri potius q̃ infrigidari. vt patet in aqua ⁊ calce. Et sic̃ illa corrũpũtur ⁊ non ꝓsumũtur. sic cõ positio ex anima ⁊ corpore affligitur ⁊ nõ cõsumitur seu moritur. Denicq̃ q̃ ĩmorta lia ⁊ passibilia corpora possunt affligi sine interruptione ⁊ consumptione est propter cõiunctionem indissolubilez anime ad car nem. Q.⁊ homo enim moritr dolore hoc nõ est quia dolor sit contrarius vite cum do lor non sit nisi in subiãtia viuente: sed qa nõ est indissolubr corpori alligata. Ideo intensus dolor eaz expellit de presenti ha bitaculo propter peccatuz. Nam nunc est carcer tẽporalis: sed tunc erit perpetuus. Ex his patet q̃ corpora damnatorũz erũt incorruptibilia etiam per naturam. et erũt passibilia ⁊ incõsumptibilia. vt impleatur illud Ysa. vlti. Vermis eorum non morie tur. ⁊ ignis non extinguet. Vnde conque ritur in eorum persona Iere. xxx. dicens. Quid clamas super ꝯritione tua. insana bilis factus est dolor tuus ꝓpter multitu dinem iniquitatis tue. ꝓpter dura pecca ta tua feci tibi hec. Vnde sicut in ꝓmo mo mẽto resurrectõis corpa sanctorum erũt glo rificata ⁊ diuina ꝓsolatione plena. sic cor pora dãnatorum erũt omni penalitate circũ data: ad gaudiũ electorum et ad inexp̃ssibilẽ dolorem damnatorum. Ad laudem domĩ no stri Iesu christi. Amen.

De sex que requiruntur ad debitam congregationem in extremo iudicio.

Sermo. viij.

Omnes nos manifestari oportz ante tribunal christi: vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit. ij. Corinth. v. In ordine debito prosequendum est tercium concomitans iudicium: scilicet iudicialis congregatio|que verbis propositis aptissime declaratur. quia in iudicio ex parte iudicādorum duo requirūtur que in verbis propositis|includuntur. Primum est generalis resurgentium tam bonorum q̄ malorū congregatio cum iudice. quod innuit cum dicitur. Omnes oportet nos manifestari ante tribunal christi. Secunduz est vniuersalis omnium operum nostrorum: tam bonorum q̄ malorum manifestatio: cum addit. vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit siue bonum siue malum.

Quantum igitur ad primum sex requiruntur. Primum est congregatio omniuz hominum in valle ioſaphat tam bonorum q̄ malorum. quia ibi erit generale iudicium. sicut dicitur Joelis. iij. Consurgant et ascendant gentes in vallem ioſaphat. quia ibi sedebo vt iudicem omnes gentes. Et boni quidem congregabūtur ab angelis. sicut dicitur Math. xxiiij. Mittet angelos suos cum tuba. Lyra. quia ministerio angelorum colligentur cineres mortuorum cum tuba. sicut in datione legis auditus est sonus terribilis Exo. xix. Et tūc sonus similis audietur angelorum virtute factus in elemētis. Et voce magna. Ista vox erit christi vocantis ad iudicium. Et congregabit electos eius. s. angelorū ministerio tanq̄ conciues a quatuor ventis celi: id est a quatuor partibus terre. et per cōsequens ex omni parte terre. Nec erit labor angelis ad congregandum electos: vt pote iam ipsa corporis glorificatione beatos. Reprobi vo quorum corpora erunt ponderosa et fetida vt rationabiliter credi p oteſt cōgregabūtur ab angelis malis: licet scriptura nō specificat. Dñ Math. xiij. In consumatione seculi mittet filius hominis angelos suos. et colligent de regno eius omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem. et mittent eos in caminū ignis. Et iterum Math. xxij. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manib⁹ et pedibus mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentiuz. Et hec congregatio fiet in valle ioſaphat vbi erit extremuz iudicium propter tria. Primo quia ille locus positus est in vmbilico terre: iuxta illud Psal. lxxiij. Deus autez rex noster ante secula operatus est salutez in medio terre. Cōuenientius est enim q̄ in medio veniant vndiq̄ venturi: sicut legatus concilium conuocans circa medium terre legatione sua potissimum illud celebranduz discernit. Secundo quia iudicium cum|discertatione quadaz fiet: iuxta illud Joelis iij. Cōgregabo omnes gentes. et ducā eos in vallem ioſaphat. et disceptabo ibi cum eis. Cum igit̄ in disceptatōe solet fieri impperatio. Et quia hinc inter alia de⁹ maxime impperabit beneficia redemptōis que taz misericorditer exhibuit ī carne. Et qa mouent magis ea q̄ oculis ostendunt. ideo non solū insignia passionis. sed etiam loca passionis eis ostendet in aere sublimatus in sede maiestatis dicens inter alia. Ecce hic vallis ioſaphat in qua sepulta fuit mater mea de qua propter vos carnez assumpsi quem toto tempe matrez misericordie peccatorib⁹ deputaui ne p̄tenderent velamen desperatōis vel excusatōis. Ecce ibi caluarie locus in quo p salute vestra patibulo suspensus inter duos latrones crudelissima et acerbissima et abiectissima morte vitam finiui. Ecce sepulchrum in quo propter vos suscitandos triduo corpore post mortē quieui. Ecce illic bethleē in q̄ propter vos ĩops et paup effect⁹ fui pānicul⁹ involutus et ī p̄sepio posit⁹. Ecce ibi rin de q̄ propter vos baiulans mihi crucē cum maximo vi-

tuperio eiectus fui. Ecce mons oliueti vbi me ascendente, descenderunt angeli reditum meum qui nūc est prenūciantes: vt in tempore misericordie: misericordia digna penitentia requireret. Hec nimirum ad dolorem magis mouebunt demonstrata, quia obiecta mouent potentias. Vnde legitur in scholastica hysto. q cum antipater accusaretur coram cesare de infidelitate erga romanos. ipe proiecta veste multitudinem vulnerum ostendit que propter romanos receperat: dicens. Non opus est verbis cum cicatrices se tacente reclamarent ipsum fuisse fidelem romanis. Tercio quia decens est q vbi exhibeatur inflexibilis iusticia vbi exhibita ⁊ oblata fuit incomprehensibilis misericordia: vt illuc fiat reprobis maioris damnatiōis occasio. ⁊ electis maioris gratiarūactiōis incitatio. Secundum vo est omnium spirituū reprobo/rum horribilis ⁊ metuenda conglobatio. qui profecto se presentabūt ad accusandū peccatores: ostendēdo tempus ⁊ loca quā do et vbi peccauimus. personam cum qua peccauimus: nihil relinquētes indiscussum Vnde dicit Augustin⁹. Tunc ꝑsto erit diabolus verba professiōis nostre. ⁊ obijciens nobis quecūq fecerimus. ⁊ in quo loco. ⁊ in qua hora peccauerim⁹. ⁊ quid bonum tunc temporis facere debuimus. Dicturus est enim ille aduersarius. Equissime iudex iudica hunc esse meum ob culpam qui tuus esse noluit per gratiam. Tuus est enī per naturam. meus est per miseriam. tuus est per passionem. meus est per obsuasionē. tibi inobediens: mihi obediens fuit. A te accepit īmortalitatis stolam. a me accepit hanc pessimam quam indutus est tunicam. Quam vestem dimisit. cum mea huc venit. Equissime iudex iudica hunc esse meum ob culpam suam: ⁊ mecum esse cōdemnandū. Heu heu poterit ne talis apire os qui talis inuenitur vt iuste cum diabolo computetur. Harum autem accusationū erit tunc testis angelus custos ⁊ ꝓscientia propria. que sine dissimulatiōe seipam tunc iudicabit. Et inde sequitur horribilis reprobo/rum artatio. quam tangit Anselm. dicens. O q̄anguste tunc erunt vie reprobis. superius erit iudex iratus. inferius horrendum chaos. a dextris peccata accusantia. a sinistris infinita demonia ad infernum trahē tia. intus cōscientia vrens. foris mundus ardens miser peccator sic deprehensus quo fugiet. latere erit impossibile apparere intollerabile. Hinc ꝓsulit Ecclesiastic⁹. xviij. dicens. Ante iudicium interroga teipsum. ⁊ in conspectu dei inuenies ꝓpiationem. Sic fecit abbas Agathon. qui stetit trib⁹ diebus ante mortem īmobilis apertis oculis ad recolligendū se pro reddenda ratione. Qui cum pulsaretur a fratribus dicentibus Abbas vbi es? Respōdit. In conspectu diuini iudicij assisto. Dicunt ei. Et tu times pater? Respondit. Etiam. Et licet in custodiendis dei mandatis virtute qua potui laborauī: sed homo sum ⁊ nescio vtrum opera mea placuerunt dño. Tercium autem est omnium beatorū spirituum cōgregatio cum omnibus insignijs passionis christi. Nam dicit Chrisosto. in omelia de cruce ⁊ latrone. q sicut imperatorem legalis pompa p̄cedit ⁊ militaris ordo preeundo vexillum humeris portare consuevit: ⁊ his insignijs declaratur eius aduentus. sic domīo de celo aduenīēte cetus angelorum ⁊ archangelo⁹ multitudo. signū illud scilicz crucis humeris excelsis portabit. et regalem nobis aduentū nunciabūt. Sic etiam apparebūt omnia alia passiōis arma. Et ꝑm Chrisо. non solum vulnerum cicatrices: sed etiam ipsam exprobratissimam mortē ostendit. Et hoc tribus de causis. Primo ostensionem sue gloriose victorie. q̄t postea videbitur. Secundo ad sue ostensionem supexcellentissime misericordie qua tam liberaliter tam vilissimos sarcinulos sua dignātissima pietate de mortis faucibus eripuit. vt sic boni pleni⁹ diuinam percipiētes erga vere salutis opus sollicitudinem: prouocentur ad maiorem gratitudinem. Tercio ad ostensionem sue iusticie. vt scilicet ex hoc ostendatur q̄tu/stissime reprobi sunt damnati qui tantum

preciũ sanguinis illius dãnabiliter ꝺtempserũt. De hoc enĩ Christ. sup Ioh. eis imꝓperatões ĩgerit in hꝭ ẏba: dicẽs. Ego ꝓpt̃ vos hõ factꝰ sũ. ꝓpt̃ vos alligatꝰ. delusus. cesus. ⁊ crucifixꝰ suꝫ. vbi est tãtaꝫ merarũ iniuriarũ fructꝰ. Ecce p̃ciũ sanguinis mei quez dedi in redemptionẽ animaꝫ vestraruꝫ. vbi est merces vestra quam mihi ꝓ precio sanguinis mei dedistis? Ego super gloriã meam vos habui cum essem deꝰ apparens homo. ⁊ viliozez me oĩbꝰ rebꝰ vris fecistis. Nã omnẽ rem vilissimã terre amplius dilexistis quã iusticiam m eã ⁊ fidez Decille. Quarꝫ ꝓinde erit bonoꝝ ⁊ malorũ sepatio. Nam dñs angelos ministerio sepabit eos abĩuicẽ sic̃ pastoꝛ segregat oues ab hedis. Et oues q̃dẽ statuet a dextris. hedos autem a sinistris. Non tamen credendũ est q̃ erũt in valle iosaphat omnes: sed electi. ꝓpria agilitate eleuabũtur in aere super locũ illum. ⁊ reꝓbi licet ponderosi diuĩa virtute simĩr in aere poterũt suspendi. Et tunc diuidẽtur duo qui ꝓius erãt in domo vna. in mola vna. ĩ pistrina vna. ĩ lecto vno. vnus assumetur: et alter relinquet. Et sepabitur vir abuxoꝛe ⁊ pater a filio. ⁊ mat̃ a filia. soꝛoꝛ a fratre. amicus ab amico. ⁊ erũt inimici homĩs domestici eius. Et a dextris quidez ꝓimo loco statuet eos qui ꝓ noĩe eius ludibꝛia ⁊ verbera experti sunt ꝓut apostoluꝫ ad Hebꝛe. Insup ⁊ vincula ⁊ carceres lapidati secti. temptati. in occisione gladij mortui. qui circuierũt in melotis. in pellibus caprinis egẽtes. ãgustiati. afflicti. q̃bꝰ dignꝰ nõ erat mundus. Secũdo vo loco pauperes ⁊ inopes. debiles ⁊ claudos. ceteroscꝫ despectos ab amatoꝛibꝰ huiꝰ mũdi. sicut ait in euãgelio. Exi cito in plateis ⁊ vicos. et debiles ⁊ cecos ⁊ claudos introduc huc vt impleat̃ domus mea. Nõ q̃ hmõi oĩes illic venient: sed quia tales maiozem occasionem emendatõis habentes vt in pluribꝰ citius ad deuꝫ cõuertũtur. Et qđ illis deꝰ negat in temꝓoralibꝰ: plerũcꝫ refundit illis ĩ spiritualibꝰ. In sinistra vo parte ponentur hi quos enumerat Iohãnes Apocal. vij. dicens. Reges terre ⁊ principes ⁊ tribuni ⁊ diuites ⁊ foꝛtes. et oĩs seruus ⁊ liber absconderũt se. i. abscõdere desiderauerunt in spelũcis ⁊ petris montiũ. ⁊ dicunt montibus ⁊ petris: cadite super nos ⁊ abscondite nos a facie sedentis sup thꝛonum ⁊ ab ira agni. quoniaꝫ venit dies magnus ire ipsoꝝũ. Et quis poterit stare? Mirũ quia ꝓm Bernarꝺ. in sermone. Rudi stabũt ante tribunal iudicis vt audiãt vocem iudicij: qui obdurauerunt aures suas ad vocem cõsilij. Quid enim nunc loquit̃? Penitentiã agite inquit. Multi tamẽ dissimulant. multi cõtinent aures suas et dicunt. Durꝰ est hic sermo. Non sic impij nõ sic cum intonuerit durꝰ sermo. verbũ asperum cum ꝓnunciatuꝫ fuerit Ite maledicti in ignem eternũ. Quintuꝫ itaq̃ erit bonoꝝ ⁊ malorũ disceptatio. Tunc enim vt dicitur Sapiẽ. v. Stabunt iusti in magna constãtia aduersus eos qui se angustiauerunt. ⁊ abstulerũt laboꝛes eoꝝum. Ibi pupillus et oꝛphanus. vidua et desolata. pauper ⁊ inops vindictaꝫ vociferabũt ad inuicez. Ibi vox vna erit omniũ oppꝛessoꝝum. vox sanguinis et merces detenta laboꝝum. vox ipius nature aduersus vitium zodomiticum. vox denicq̃ omniuꝫ qui violentiam. iniuriã. iniusticiaꝫ. deceptionem passi sunt. scilicet aduersus falsos iudices scabinos. causidicos. testes. mercatoꝛes. ⁊ cõsimiles in iniusticijs ꝓimos circũueniendo. ⁊ vt dicitur Apocal. vj. clamabũt voce magna dicẽtes. Vsq̃quo domĩe sanctus. Glo. Richarꝺ. odiendo iniquitatem ⁊ verus soluendo ꝓmissionez non iudicas malos a bõis discernẽdo. ⁊ vindicas ipos puniendo sanguinez nostrum. i. omnes iniurias illatas de his qui habitãt in terris Dixi enim. vindictam mihi ⁊ ego retribuam. Et istam disceptationẽ in futuro iudicio tangit Psal. dicens. Beneplacitũ est domĩo in populo suo. ⁊ exaltabit sez in resurrectione generali: mansuetos in salutẽ scilicet eternam. Exultabunt tũc sancti in gloria. scilicz coꝛporis glorificati qđ tunc habebũt. letabunt̃ in cubilibus suis. Glo. .i. in ꝓsciẽtijs suis Exultatões dei in gutture eoꝝ. i. lingua eoꝝ. Sic enim exultabunt

in corde ⁊ ligna q̄ non sibi tribuent q̄ bo
ni sunt: sed deo a quo recipiūt quod sunt.
Et gladij ancipites. i. bis acuti. per qđ in
telligitur sentētia iudicij. in manibus eor
. i. potestate eor. Ad faciendā vindictam
in natiōibus: increpatiōes in populis. Las
si. Ecce quāta gloria ⁊ gaudiū sanctorum
tunc erit quādo pauper qui erant derisui
potestatē habebunt iudicare superbos. Se
quit. Ad alligādos reges eor in ꝓpedib⁹
⁊ nobiles eor in manicis ferreis. qr liga
bunt in igne eterno. Vt faciāt in eis iudi
cium cōscriptum: gloria hec est omnib⁹ san
ctis eius. Ecōtra xo de reprobis dicitur
Sapiēn. v. Videntes autez. s. reprobi ele
ctos in corpe glorioso fulgentes: turbabū
tur timore horribili. Et quid mirū cum le
gitur Daniel. x. q̄ cum vidisset angelū in
specie humana: vestitū lineis auro obriso:
accinctū renibus. cui⁹ corpus quasi crisoli
tus. qui scz lapis lucet vt aurum. scintillat
vt ignis. facies ei⁹ vt species fulguris. ocu
li vt lampas ardens. A scapulis deorsum
quasi vt species eris candētis. Fuit itaq̄
ex hoc cōterrit⁹ Daniel q̄ cecidit et emar
cuit q̄ non habuit quicq̄ virium. Si igitur
tantū timuit iustus ad visionē vnius ange
li. o quid erit impijs in die vindicte in pre
sentia totius curie celestis. Hinc sequitur
Sapiēn. v. Et mirabūtur in subitatōe in
sperate salutis. s. electorum gementes. et
pre angustia spiritus dicētes. Hi sunt q̄s
aliquādo habuim⁹ in derisum ⁊ in similitu
dinez improperij. Nos insensati vitam illo
rum estimabam⁹ insaniam: ⁊ finem illorum
sine honore. Ecce quomō cōputati inter
filios dei. ⁊ inter sanctos sors illorum est.
Ergo errauim⁹ a via veritatis. lassati su
mus in via perditōis. ⁊ ambulauim⁹ vias
difficiles. Quid nobis ꝓfuit superbia aut
diuitiarum iactantia: quid cōtulit nobis?
⁊c. In horum argumentū refert Grego
rius in dialogo. q̄ regi Wandalorū vnum
fuit de nocte q̄ ad iudicium raperet. In
ter alios ergo iudices vidit Paulinū epi
scopum tunc captiuū quem rex multum af
fixerat in iudicio sedentem. ⁊ sententiā iu
dicis cōfirmantez. vt patet ibidez latius.

Sextum denicz erit ipius iudicis appa
ritio. quem omnes videbūt in humanita
tem in qua est iudicaturus. sed electi dūta
xat videbunt ipius diuinitatem. De quo
queri potest vtrū apparebit reprobis in for
ma corpis glorioſi. ꝑsertim cuz dicit Chri
sosto. q̄ venit christus in iudicium non so
lum vulnerum cicatrices: sed etiam ipsam
mortem exprobratissimā ostendens. Ad B
respondet Bonauētura super. iiij. distin.
xlviij. q̄ christus apparebit in forma glo
riosa non tantū bonis: sed etiaz reprobis
Cuius ratio est. quia talis apparebit in iu
dicio qualem decet eum apparere ad cōfu
sionem inimicor ⁊ leticiam amicor. Sed
inimici maxime cōfundūtur in gloria ⁊ ex
altatione illius quem despexerūt. ⁊ econ
tra amici maxime letāt⁹. Erit tamen dif
ferentia ex parte recipientiū formaz glori
osam. quia boni recipiūt illud cuz gaudio
⁊ gloria. sed mali cum confusione ⁊ pena.
Confundētur enī in aspectu illius. nec po
terunt vultum eius sustinere ꝓpter consci
entie remorsum: ⁊ ꝓpter expectationē fe
rende sententie. sed ecōtra boni mirabili
ter oblectabūtur in eius visione. Et licet
insignia passionis et vulnerum cicatrices
ibidem apparebunt sicut in martyribus ci
catrices non sunt signa ꝑsentis: sed supe
rate infirmitatis. quia cōtum ad gloriam
decentiam ⁊ pulchritudinē sunt ligna vi
ctorie ⁊ glorie. Sic etiam intelligendū est
in christo q̄ omnia illa insignia ligna erūt
mortis vilissime quam sustinuit. Quia ta
men apparebūt in excellentia glorie: signū
erunt glorie tunc ꝑsentis. Vñ dicit Chri
sosto. super Mathеum. q̄ crux radijs solis
tunc erit lucentior. similiter et cicatrices.
Apparente autem iudice vt dicit Math.
xxiij. plangent se omnes trib⁹ terre. Vbi
dicit Chrisosto. Plangent se iudei viden
tes viuentem ⁊ viuificantem: quem quasi
hominē mortuum estimabant. ⁊ cōuincen
tes se corpore vulnerato scelus suum dene
gare non poterūt. Plangēt se gentiles. q̄
vanis disputatōib⁹ philoz decepti irratio
nabilē stulticiā eē putabāt deū crucifixum
colere. Plāgēt se xpiani pctōres q̄ magis

dilexerũt mundũ q̃ christuz. Plangent se heretici qui purũ hominem crucifixũ dixerunt: cum ip̃m esse iudicez viderint in quẽ compũxerũt iudei. Plangent se om̃es tribus terre. quia nec resistendi virtus ꝯtra eum est. nec facultas fugiendi ante faciem eius. nec penitẽtie locus. nec satisfactiõis tempus. Tunc eis erit angustia, rerũ omnium. nihilq; eis remanet p̃ter luctũ. Denicq; queri potest vtrũ extremuz iudicium q̃tum ad disceptationẽ fiet per locutõem vocalem. p̃sertim cum christus ſm formaz humanã iudicabit ĩ qua corꝑaliter ab omnibus videri possit. et ideo eadem ratione videt̃ ꝙ corꝑali voce loquet̃ et ab omnib⁹ audiatur. Ad hoc respõdet doctor sanct⁹ super. iiij. distĩ. xlvij. ꝙ quid sit circa hanc questionẽ verũ: diffiniri non potest. Probabilius tamẽ estimat̃ ꝙ totũ illud iudicium quo ad discussionẽ ⁊ bonoꝝ ꝯmendationem malorũq; accusationẽ mẽtaliter ꝑficietur. quia si vocaliter singuloꝝ facta discuterent̃ inestimabilis magnitudo temporis ad hoc exigeret̃. Hinc dicit Augus. xx. de ciui. dei. ꝙ liber vite vis quedã intelligenda est diuina: qua fiet vt cuiq; opa sua bona vel mala in memoriaz reuocentur. ⁊ mentis intuitu mira celeritate cernãtur: vt accuset vel excuset scientia cõscientiaz: atq; ita simul omnes ⁊ singuli iudicentur. Nihil tamẽ ꝓhibet credere ꝙ aliqua christus etiã vocaliter in generali miseris magnatis improꝑabit fulminãdo de hinc finalẽ sententiã. Ite maledicti in ignẽ eternum. quia dicit Aug⁹. xx. de ciui. dei. Naz per quot dies hoc iudiciũ tendat̃ incertuz est. Q⁹ si mental̃r fuerit in breuissimo tẽpore: ĩmo in momento fieret. Ad laudem dei. Amen.

De manifestatõe vniuscuiusq; cõscientie. et de qualitate iudicij ac prolatõe extreme sententie. Sermo. viij.

Ite maledicti in ignem eternũ qui parat⁹ est diabolo ⁊ angelis eius. Math. xxv. Expediti de his que p̃cedũt ⁊ ꝯcomitant̃ iudicium extremũ qđ ꝓprie fundat̃ in generali separatõe bonoꝝ: ac lucida mãifestatõe omnium vitioꝝ ⁊ virtutuz: qua fiet vt omnes agnoscãt q̃iuste damnant̃ reprobi ⁊ saluãtur electi.. Nũc terciũ ꝓsequi statuim⁹ ea scz, q̃ sequẽtur vniuersale iudiciũ. que similiter tria sunt. s. extreme sentẽtie ꝓmulgatio. Ad cui⁹ euidentiã queri potest vtrũ potestas iudiciaria sit christi ſm diuinitatez vl̃ ſm hũanitatẽ. p̃ſertim cũ dicit̃ Danielis. vij. vbi đ extremo iudicio agit̃. Throni positi sunt. ⁊ antiquus dierũ sedit. Q đ Glo. exponit de patre. Sed ꝙ christo ꝯuenit cum p̃re cõuenit rõne diuinitatis: sicut est iudicare: vt patz. Ad hoc rñdet Bonauentura sup. iiij. dis. xlviij. dicens. Ad hoc ꝙ iudiciũ sit firmũ oportet ꝙ ꝯcurrat auctoritas in sentẽtiando ⁊ potestas ĩ retribuendo p̃miũ ſm meritũ. Si alteꝝ eoꝝ defuerit non est firmũ iudiciũ. q̃ duo p̃ncipaliter sunt in deo. qꝛ in ip̃o est auctoritas ad sententiãduz. eo ꝙ dñs est oĩm ⁊ nos omnes serui eius. Simil̃r ⁊ potestas ad retribuendũ. qꝛ potẽtissim⁹ est. ⁊ non est qui de manu eius possit eruere. Et hec duo de⁹ trinitas homĩ christo ſm hũanitatez ꝯmunicauit. iuxta illud Math. vlt̃. Data est mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra. Cum igit̃ iudiciaria potestas illa duo respicit: q̃ sunt in deo per naturã. ⁊ in christo homĩe per gratiã. ideo per ꝯsequẽs potestas illa est christi ſm diuinitatẽ per naturaz. ⁊ ſm hũanitatẽ collata per gratiam. sicq; principalem habet potestatẽ ſm diuinitatez ⁊ ꝯmissariam ſm hũanitatẽ. Sed quãdo secunda operat̃ cũ recipiat̃ a prima ratio iudicãdi residet penes vtrũq;. vnde ne christus apparebit malis in forma dei. sed tantum habebũt cognitõez de diuinitate christi per effectus manifestos ⁊ signa manifestissima. ꝙ scilicet ip̃e est deus om̃ipotẽs. sed in forma propria per visionem aptam. cognitionem autem dei non habebũt. Cuius ratio est. qꝛ talis forma peccatorꝫ oculis est oĩno imꝓportionabil̃ ⁊ cunctis oculis qui non sunt sublimati per gloriam vel per gratie abundãtiam que reprobis non datur. Vnde ſm Augustinũ ⁊ Ysidoruz. si

reprobi visum haberēt aptum ad videndū lucem illam inaccessibilez haberent etiam summā delectatōem quā impossibile est esse ⁊ indecens peccatoribꝰ. Secūdo q̄ri pōt vtꝝ vnicuiq̄ oīa sua bona ⁊ mala que vnq̄ fecit erūt manifesta. sicut Augꝰ. sentire videt̄. xx. de ciui. dei: dicēs. q̄ vis quedam diuīa aderit qua fiet q̄ oīa ad memoriam reuocent̄. Ad hoc rñdet Bonauētura super. iiij. dis. xliij. dicēs. q̄ oīm meritorum ⁊ demeritoꝝ erit ibi memoria. Quia sicut dicit apostolꝰ ad Ro. ij. Testimoniuz reddente illis ꝯscientia eorū. Glo. salutis vel damnatōis in futuro ⁊ inter seinuicez cogitationū accusantiuz aut etiam defendentiū in die cum iudicabit deꝰ occulta hominū. sicq̄ bone ⁊ male cogitatōes ibi patebūt: q̄tomagis affectōes ⁊ operatōes. Et licet non omnes cōputabūtur ad merita vel demerita: tamē om̄es manifestabūtur. Nam per ostensionē iusticie in retribuendo memorabūtur omnia bona et mala ī quibus finaliter ꝑseuerauerūt. quoniā hec sola remuneratōe sunt digna. Per ostensionem v̄o diuine misericordie de p̄terito remunerabūtur mala bonoꝝ a q̄bꝰ sunt misericorditer liberati. ⁊ bona maloꝝ que in eis misericorditer operatus est deus: qui solem oriri facit super bonos ⁊ malos. Et si obijciat̄ q̄ memoria maloꝝ facit tristiciam: et memoria bonoruz tristiciā facit. sic boni in aliquo ꝯtristarētur: ⁊ mali damnati letarent̄. Ad hoc rñdet ibidem q̄ veruz est in his qui possunt letari et tristari: sed mali non possunt letari: neq̄ tristari boni possunt ꝓpter plenitudinē gaudij vnius ⁊ pene alterius. Insup̄ memoria maloꝝ tristiciam quidē facit in ꝯsideratōe mali euētus: sed in ꝯsideratiōe boni euentꝰ. s. q̄ de tantis malis est misericorditer ereptꝰ maximā generat leticiā. ⁊ hoc erit in beatis. Simil̄r dicenduz est de memoria bonoꝝ a ꝯtrario in malis. Unde quidaz dicunt q̄ sicut virtus diuīa potens est in igne separare lucem a caliditate: vt dicit Basilius. sic a maloꝝ recordatōe mesticiaz sep̄abit. Secūdo hoc est propter dignitatē status. sicut enim angeli de bonis nostris gloriantes de malis cōtristari non possunt absorpti a gloria. sic nec beati. p̄ſtim cuz nunq̄ absolute mala recogitabūt. sed semp̄ ī cōparatōem ad deuz liberantē. ⁊ sic semper generabit gaudium ⁊ non tristiciā. Tercio ꝓinde queri potest vtꝝ tunc quilibet legere poterit in ꝯscientia alterius. ꝯsertim cum dicat̄. j. Coꝝ. iij. Nolite ante tempꝰ iudicare quousq̄ veniat dñs: qui ⁊ illuminabit abscondita tenebrarū. ⁊ manifestabit consilia cordiū. ⁊ laus erit vnicuiq̄ a deo. Super quo verbo dicit Bern̄. q̄ cūcta archana cūctoꝝ cūctis ibi patebūt. Ad hoc rñdet Bonauētura ibidē. q̄ oīa oībꝰ nota erunt tam bona q̄ mala in ip̄o iudicio: s̄m q̄ vult Ansel̄. ⁊ Bern̄. textusq̄ sn̄iaꝝ cum Glo. ibidē ꝯsonat. Et hoc erit ad certaz libratōem meritoꝝ que scitur ī omniū actuum ⁊ effectuū. ⁊ bonoꝝ cogitationū ⁊ maloꝝ recordatiōe. Quia ostensio malorū in bonis est ad manifestationē misiericordie diuine. Q. si obijciatur manifestatio malorum est in pena ⁊ confusiōe. Respondet q̄ veruz est in malis: sed in eis qui penitētiam egerunt est in gloria. Nam dicūt aliqui q̄ sicut cicatrices corporales in martyribus remanent ad gloriam: sic cicatrices spirituales in penitentibus. quia vicerunt culpam sicut illi penaz. Sed tñ quicquid de hoc sit non remanet in eoꝝ contumeliam: sed in dei gloriam. quia liberauit eos de tanta miseria. ita q̄ peccata iustorum videbūtur ⁊ de illoꝝ sanatiōe gratie deo referētur. Unde peccatū Dauid Petri Mathei omnibus notuz erit ad laudē dei. Sic etiam omniū nostruz peccata omnibus iustis tunc erūt nota. non tamen in confusionē nostram. sed in magnaz dei gloriam dum ostendit̄ in hoc eius infinita misericordia. Et huius ratio duplex pōt dari. Prima ex parte eius cuiꝰ peccata manifestātur. quia erubescētia est timor in exspectatione cōuitij. Cum igitur in beatis non cadit timor non erit erubescētia. Q. autem in eis non cadit timor patet. quia perfecta charitas foras mittit timorem. Secunda v̄o est ex parte videntium. quia nullus ibi vituperat̄. nullꝰ asper videtur.

sed potius deū collaudat. et ipsum laudat dum attendit dei virtutē in ipo cuius exē-pluz est Magdalena. cuius peccatū publice recitātes non facimus ei cōtumeliam: quia nō recitamus ad eius ignominiā: sed ad laudem dei ⁊ suam. Nec ipa de hoc habet erubescentiā. nec cogitamus ea tanq̄ de peccatrice: sed tanq̄ de nobilissima domina que de multis malis est erepta. Unde ⁊ bonus cōfessor feruētius penitentem diligit. quia fidelius suas ignominias aperit: maxime dum attendit ipm cōteri ⁊ ei⁹ vincula dissolui per virtutē ⁊ misericordiam dei.. Quarto denicz queri pōt vtrz omnia illa simul videbūtur ab omnibus sicut simul infligeť tota pena vel conferetur tota gloria. Ad hoc respōdet Bonauenť. q̄ omnes repente vel simul om̄ia peccata videbūt. ⁊ credendum est magis q̄ simul. Ad cui⁹ euidentiā sciendū q̄ simul videre multa fieri potest tripliciter. scilicz aut ratione eius in quo videt. quia videt in vno multa. ⁊ sic in eterno speculo ꝯtingit videre multa. quia per idez in hoc videt diuersa. Aut ratōe sublimatōis intellectus qui per gloriam efficitur deiformis cuius gratia videt plura. sicut angelus beatus: licz non om̄imode sicut de⁹ simul cognoscit deum in se ⁊ in deo creaturā ⁊ in ꝓprio genere. Aut denicz ratōe virtutis diuīe hoc facientis. Qui tamē nō efficit gloriā vt ostēdit ei exemplar eternum: sed leuat intellectum vt possit aliquid supra se vel ad gloriam vel ad penam. His tribus modis videbunt simul omnia beati in iudicio. Primis autem duobus modis videbūt in patria. sed tercio dūtaxat modo mali omnia videbūt in iudicio. Vtruz autem in inferno sic videant non de termino: q̄uis ꝓbabiliter h̄ dici possit vt pena vermis sit conseruata ⁊ vniformis. Quinto autē queri potest vtrz apostoli ⁊ eorz imitatores ꝑfecti iudicabūt. sic innuere videť Math. xix. dicens. Vos qui secuti estis me in regeneratione cuz sederit fili⁹ hominis in sede maiestatis sue sedebitis ⁊ vos super sedes duodecim: iudicantes duodecim tribus israhel. Ad hoc respōdet Bonauenť. sup. iiij. dis. xlvij. q̄ iudex ī aliquo diciť duplici ratōe. s. aut quia ipius est ferre sentētiam. ⁊ ille est iudex ꝑncipalis. et talis est solus christus. sicut ipe dicit Math. xxv. exponēs qualiter in futuro ferre debet sententiā. Aut etiam quia assistit ferenti sicut alij iudices assistūt iudici principali ⁊ quodāmodo consulūt. ⁊ sic nomen et dignitatem iudicantis sortiūtur. ⁊ tales sunt viri perfecti qui vltra opa necessitatis preceptorz superogauerūt perfectionem. Talis tamē assisttentia non erit ad cōsulendum. quia consilio nō indigebit: sed erit ad quēdam honorem ⁊ ad ꝓximationē ad iudicē quem honorē appellare possumus honorabilem cōsessiōez. Et huius honorabilis cōsessionis ratio est merito perfectio supererogationis. Ratio vo finalis est ad condemnatiōem malorz ex vite sue comparatione. ⁊ ad gloriam christi per sentētie eius approbationē. Sententiā enim domī approbabūt. ⁊ malorz vitam sua comparatione cōdemnabunt. Q⁹ si queritur vtrū angeli boni similiter iudicabunt. p̄sertim cuz ad humanā salutem taz sollicite laborauerūt ⁊ in pluribus labore suo fraudati sunt Ad hoc respondet ibidez q̄ iudiciaria potestas triplici de causa dicitur esse cōmunicata apostolis. Primo ratione comparationis. ⁊ hoc iudiciuz comparationis non solum erit apostolorz: sed erit omniū hominum tā malorz q̄ bonorz. iuxta illd Mat. xij. Viri niniuite surgēt in iudicio ⁊c. Secundo ratōe approbatōis. ⁊ ea ratōe non tātū erit iudiciū bonorz hominū: sed etiaz angelorz qui sententiā iudicis approbabunt. Tercio ratione honorabilis consessionis. ⁊ sic erit perfectorz tantuz. ⁊ sic proprie dicitur quis iudicare in foro: scilicz iudicij sententiā iudicis approbare. Nec tamen ꝑm Tho. ibidem hoc videtur sufficere ad complendā promissiōez dominicā qua dicitur. sedebitis iudicantes. Videť eniz iudicium cōsessionis supaddere. ⁊ ideo est quart⁹ mod⁹ iudicādi qui ꝑfectis viris cōueniet inq̄tū ī eis ꝯtinenť decreta diuīe iusticie ex q̄b⁹ hoīes iudicabunť. sic si liber ī q̄ lex ꝯtineť iudicare d̄r. Preterea p̄tas hec

359

iudiciaria volũtarie paupertati ꝓmittit. ⁊ hoc ſm ſanctũ Tho. ſuper. iij. diſt. xlvij. per modũ meriti. quia ſcz bũilitati reſpondet exaltatio ꝓ merito. Inter oĩa autem que hominẽ in hoc mũdo deſpectũ reddunt ꝑcipuũ eſt paupertas. Vnde ⁊ chriſto homĩ iudiciaria poteſtas collata eſt ꝓpter premiũ humilitatis quam in paupertate ⁊ paſſione exhibuit in qua copioſius ſanguinẽ ſuũ fudit ꝓ omnibus ꝯtum ad ſufficientiã: etiã ſi mille mũdi creati eſſent licet non in omnib⁹ effectum habuit ꝓpter impedimentũ in aliquib⁹ inuentũ. Et congruũ eſt vt omnes homĩes in iudiciũ venientes videãt eius exaltationẽ in humana natura ſm quam conſtitutus eſt iudex viuorum atq; mortuoꝝ. Hinc etiã pueri ante perfectaz etatem decedentes in iudicio cõparebunt. non quidez vt iudicẽtur: ſz vt gloriã iudicis videãt. f Denicq; queri poteſt vtr omnes venientes ad iudiciuz iudicabũtur. ſicut ſentire videtur apoſtol⁹. j. Corinc: v. dicẽs. Omnes ſtabim⁹ ante tribunal chriſti vt referat vnuſquiſq; ꝓpria corporis que geſſit: ſiue bona ſiue mala. Ad hoc rñdet doctor ſanctus ibidem. q; ad iudiciuz duo pertinẽt. Primũ eſt retributio premioꝝ. et ꝯtum ad hoc omnes iudicabũtur etiam boni. tam angeli ꝯ homines: eo q; vnuſquiſq; ex diuina ſentẽtia recipiet premiuz merito correſpõdens. vt pote boni in gloria recipiũt premiuz: mali in pena. Secundũ autem eſt diſcuſſio meritoꝝ. ⁊ illa non eſt niſi vbi eſt quedaz cõmixtio bonoꝝ meritoꝝ cum malis. ⁊ ideo ſolum cõuenit fidelibus. ꝓ eo q; nõ in infidelibus non eſt fidei fundamentũ quo ſublato omnia opera ſequẽtia ꝓfecta carent intentõis rectitudine. Hinc nõ eſt ĩ eis ꝓmixtio bonoꝝ meritoꝝ ad mala q̃ diſcuſſiõez requirat. Sed infideles in quib⁹ fidei manet fundamentũ ad minus actũ fidei laudabilem habent: ꝯtus ſine charitate non ſit meritorius. tamẽ ꝯtuz eſt de ſe ordinatus eſt ad meritum. ⁊ ideo in eis iudiciũ diſcuſſionis locũ habet. Et ſic qui fuerũt ſaltem numero ciues therualẽ iudicabũtur. Infideles vo condemnabũtur vt hoſtes qui cõuenerũt apud homines abſq; meritoꝝ audientia exteriori. non tamẽ omnes fideles iudicabũtur. quoniã illi qui ſup fundamentũ fidei ſupedificant auꝝ. argentũ. ⁊ lapides ꝑcioſos diuinis ſeruitijs totaliter inſiſtẽtes. in eis diſcuſſio meritoꝝ locũ non habent. quia nullam admixtiõem notabilem alicui⁹ mali meriti habent ſicut illi qui rebus mundi abiectis ſollicite cogitant que ſunt fidei. ⁊ ideo non iudicabuntur: ſed ſaluabũtur ⁊ iudicabunt. Illi vo qui ſuper fundamentũ fidei edificãt lignũ fenũ ⁊ ſtipulã: qui ſcilicet adhuc ſecularia amant et terrenis negocijs implicant. ita tamẽ q; nihil chriſto ꝓponunt. ſed peccata ſtudẽt elemoſynis expiare cõmixtionẽ bonoꝝ meritoꝝ cum malis quidez habent. et ideo diſcuſſio meritoꝝ ĩ eis locuz habet. ⁊ iudicabũtur: ſz tamẽ ſaluabũtur. Que tamen diſcuſſio non erit ad tollendã incertitudinem beatitudinis a cordibus eoꝝ. ſed vt ꝑminẽtia bonorum meritorum ad mala manifeſte cunctis oſtendat̃. ⁊ ſic dei iuſticia approbet̃. Similiter ꝯtus eis qui in mortali decedunt cõſtet ꝓ certo de eorũ damnatõe. quia tamẽ aliqua que pertinẽt ad bene merendũ habent ãnexa oportz ad manifeſtatiõem diuine iuſticie vt diſcuſſio de eorũ meritis fiat per quam oſtendatur eos iuſte a ciuitate ſanctoꝝ excludi: cuius ciues numero tantuz exterius videbãtur. Denicq; videndũ eſt de fulmĩe horribili illius extreme ſentẽtie Ite maledicti in ignem eternũ. Quam qui audierint tynniẽt ambe aures eoꝝ. Naz diſtrictus iudex ad maiorem reprobor deſperationẽ. Primo iuſtoꝝ ſententiaz ꝓmulgabit: dicens. Venite benedicti patris mei. Que ſententia cõtinet ſeptem clauſulas omni dulcedine cõplectendas. Prima eſt amabilis vocatio cum dicit̃. venite. Secũda eſt diuina benedictio cum addit̃. benedicti. Tercia paterna dilectio cum adiũgitur. patris mei. Quarta remuneratõis retributio cuz ſubnectitur. ꝑcipite. Quinta eſt eterni regni aſſociatio cum ſubinferẽ. regnũ. Sexta eſt in comꝑhenſibilis glorie ꝓparatio cum ꝑ ſequitur. qõ vobis paratum eſt. Septima

est eterna ꝑdestinatio: cuz cõcludit ab ori
gine mundi. Ex hac quidez dulcissima sen
tentia magis cruciabũtur reprobi cum ele
ctis a christo letitia inenarrabili. ⁊ chari
tate indicibili receptis: tanꝯ indignos et
ðo odibiles se videbũt a ðo reꝓbari exspe
ctantes illam horribilem sententiaz Ite
maledicti ⁊c. Que continet sex clausulas
pre cunctis malis expauescẽdas. Prima
continet a deo separatõnem cum dicitur.
Ite. Secunda horribilem maledictõnem
cum additur maledicti. Tercia letalez in
clusionem: cum additur in. Quarta acer
bissimam penalitatẽ: cum adiũgitur ignẽ.
Quinta liberatõis desperationẽ: cuz sub
nectitur eternum. Sexta detestabilem as
sociationem: cum cõcluditur. qui paratus
est diabolo ⁊ angelis eius. Hinc merito di
scipulus dicit in horologio. De infernali
bus et damnatis et puersis spiritibus qui
hanc faciem furibundaz in sua terribili di
spositõe absꝯ omni spe gratie visuri sunt
Denicꝯ declarationẽ huius horrende sen
tentie vide si placeat in alio sermõe supra
sub eodem themate. Ad laudẽ dei Amen.

De qualitate quantitate ⁊ situ purgatorij: et de statu purgandorum. Sermo. ix.

Ibunt hi in supplici
um eternum. iusti autem in vitam
eternaz. Matth. xxv. Secundũ
autem iudicium sequẽs est eterne pene ob
ligatio, que luculẽter in verbis propositis
innuitur. Ad cuius euidentiam duo prose
quenda sunt, scilicet de igne tam purgato
a rij ꝯ inferni. Ad executõez igitur ignis
purgatorij primo queri potest vtrum in fi
ne vite penitẽtibus reseruatur aliqua pe
na post mortez, ꝑsertim cum deꝰ sit summe
misericors, ⁊ ideo qui in fine vite penituit
merito a tota culpa ⁊ reatu liberari debu
it. Ad hoc dicenduz ꝙ in deletione pecca
ti duo sunt attendẽda principaliter. Pri
mum est contritio cum vera cõfessione vel
in facto vel in ꝓposito. Et de hac dicit san
ctus Thomas super quartuz, distin. xlvij.
ꝙ intensio contritiõis potest attendi du
pliciter. Uno modo ex parte charitatis q̃
displicentiaz causat. ⁊ sic contingit tantũ
intendi charitatem in actu ꝙ cõtritio in
de sequens merebitur non solum culpe re
motionem: sed etiam absolutionez ab om
ni pena. sicut ait dominꝰ de Magdalena:
Dimissa sunt ei peccata multa. Ubi dicit
Lyra. ꝙ erat tunc absoluta ab omni reatu
quia nimirũ plus deus affectat cordis af
fectum ꝯ exteriorem actum. Sed per exte
riores actus quis soluitur a pena et a cul
pa. ⁊ ideo similiter fieri potest per cordis
affectum, quem tamen affectum rarissime
deus indulget in extremis primitus peni
tus. Alio modo potest attendi ꝓtritionis
intensio ex parte doloris sensibilis quẽ vo
luntas excitat in contritione. Et quia illa
pena quedaz potest etiam tantuz intendi
ꝙ sufficiat ad deletionem culpe ⁊ pene. si
cut de quibusdam legitur ꝙ propter dolo
rem sensibilem pro peccatis propriaz mor
tem accelerauerunt: licet hec dicta de lege
cõmuni minime cõtingant, ⁊ ideo pene re
atum in penitentibus relinquũt. ⁊ tempo
ralem penitentiam vel purgatoriam penã
exigunt. Secundum ðo quod est attendẽ
dum est exterior corporalis penitẽtia. Et
ꝯtum ad illam dicit doctor sanctus ibidẽ
dist. xiiij. ꝙ scõm philosophũ in. viij. Ethi
corz. ꝙ tam iusticia ꝯ amicicia in equali
tate quadam consistit. Qui igitur aliquez
offendit peccat contra equalitatem amici
cie inꝯtum debituz non impendit affectũ
⁊ contra equalitatem iusticie inꝯtuz rem
debitam subtrahit. Et sicut hec duo in of
fensa quandoꝯ diuidũtur, ita etiam in re
compensatõne separãtur, sicut quando pe
na per violentiã offendenti infertur: sic re
compensatio ꝯtum ad iusticiam: sed non
ꝯtum ad amicitiam. Similiter quãdo of
fendens offensuz placat verbis: re subtra
cta nondũ restituta fit recompẽsatio ami
cicie: sed non iusticie. Peccator igitur per
affectum peccati amicitiam dei violat ⁊ q̃
inobedientiaz diuine legis honorem debi
tum deo subtrahit. Ex primo amittit gra
tiam et incurrit offensam. Ex secundo ðo

meretur penam: vt ab eo qui per inobediē
tiam amiciciā si ꝑtrahit vel subtraxit: sub
trahatur per penam. et hoc meritum pene
reatus dicitur. Et ideo per penitentiā qua
homo se deo supponit ꝑterita detestando
cum emendatōnis ꝓposito peccatuz quod
remittitur q̄tum ad offensam: non tamen
oportet q̄ remittatur ad totum reatuz ni
si pena iam soluta. Cum ergo diuina iusti-
cia exigat q̄ peccatum hominis aut a deo
aut ab homine puniat̄: necesse est q̄ qui in
fine penitet ⁊ penitentiā non totaliter cō
plet post hanc vitaz puniat̄. Alioquin tar
de ⁊ imperfecte penitens ex sua negligen-
b tia cōmoduz reportaret. Secundo que-
ri potest vtrum sit purgatoriū ponendum
post hanc vitaz. ꝑsertim cum dicit̄ Apoc.
xiiij: Beati mortui qui in domīo moriunt̄.
āmodo enim iam dicit spiritus vt requie-
scant a laboribꝰ suis. ex quo videtur q̄ nō
manet eis purgatorius labor qui in domi
no moriūtur. Ad hoc respondet Thomas
ibidem distin. xxj. q̄ ex illis que iam dicta
sunt satis constare potest purgatoriū esse
post hanc vitam. quia si per cōtritionē de
bitam culpa non tollit̄ ex toto. nec reatus
pene. nec etiā semꝑ venialia dimissis mor-
talibus tollunt̄. ⁊ iusticia dei hoc exigit q̄
peccata per penam debitā expiētur: opor
tet q̄ ille qui post cōtritiōem de peccatis
decedit ⁊ penitentiā completā nō perege
rit q̄ post hāc vitā puniat̄. ⁊ ideo qui pur-
gationem negāt contra diuinam iusticiam
latrant. Ceteruz hec pena purgatoria ꝑm
legem cōmunez est pena ignis. ita q̄ eodē
igne purgandi ⁊ damnādi puniūtur. Un-
de Grego. q̄ sicut sub eodem igne aurū ru
tilat ⁊ palea fumat. ita sub eodē igne pec-
cator crematur ⁊ electꝰ purgat̄. Pro quo
sciendum ꝑm Thomā vbi supra. q̄ licet de
loco purgatorij non inuenit̄ aliquid expres
se determinatū in scriptura. nec ratiōes ef
ficaces adduci possunt. ꝓbabile tamen est
⁊ magis consonū sanctoruz dictis ac reue
latiōi facte sanctis multis q̄ locus purga
torij duplex est. Vnus est locus cōmunis
ꝑm legem cōmunem. ⁊ sic locus purgatorij
est locus inferiori inferno ꝯiunctus. ita q̄
idē ignis sit q̄ dānatos in pena cruciat. et
iustos ī purgatorio purgat q̄uis damnati
ꝑz q̄ sūt īferiores merito etiā ordinādi sūt
ī īferiori loco. Vñ licet inferni pēa plurib⁹
nominibus appellat̄. vt in p̄s. Ignis grā-
do nix glacies spiritus ꝓcellaru ⁊c. Pur-
gatorij v̄o pena vno tantū nomīe appella
tur. scilicet ignis. tamē credendū est q̄ eis-
dem penis in purgatorio ꝑm proportionē
puniatur. sed quia pena inferni est ad affli
genduz. ideo omnibus illis nomīatur que
nos hic affligere solent sed pena purgato-
rij principalr est ad purgandum reliquias
peccati. ⁊ illis sola pena igins attribuitur
purgatoria. quia ignis purgare habet et
cōsumere. Alius est locus purgatorius ꝑm
diuinam dispositiōem. ⁊ sic in diuersis lo-
cis aliqui leguntur puniti vel ad viuorum
instructionem. vel ad mortuorū subuenti
onem. vt viuentibus eorum pena innote-
scēs per ecclesie suffragia mitigetur. sicut
refert Grego. ī dialog̃. q̄ Germanus epi-
scopus capuanus Paicasiū qui in balne-
is purgabatur inuenit. Tercio v̄o que-
ri potest vtꝝ pena purgatorij excedat om
nem penam temporalez in hac vita. ꝑser-
tim cum dicit philosophꝰ in. ij. de anima.
Actus actiuorum sunt in patiente pre di-
sposito modo cōiunctuz ex anima ⁊ corpo
re est magis dispositum ad patiendum q̄
anima seꝑata. ⁊ per consequēs magis pas
siuum. tum quia habet contrarietatem ad
ignem agentez. tum quia habet materiam
susceptiuam qualitatis agentis. qd̄ de ani
ma dici nō potest. quare videtur q̄ maior
pena est quaz corpus patitur in hoc modo
q̄ pena qua anima purgatur post hanc vi-
tam. Ad hoc respondet Richard̄. de me-
dia villa super q̄rtum. distī. ij. q̄ pena ani-
marum causatur dupliciter. scilicet ex ab-
sentia boni. ⁊ dicit̄ pena damni et ex pre-
sentia mali. ⁊ dicit̄ pena sensus. Et vtro-
q̄ modo pena purgatorij maior est quali-
bet pena temporali. īmo vt dicit Tho. ibi
dem distin. xxj. quo ad vtrūq̄ minima pe-
na purgatorij durior ē q̄ quicq̄d in hoc se-
culo penarum. aut sentire: aut videre: aut
cogitare quis potest. Et huius ꝑmi ratio

est. quia motus animarū in purgatorio ex quo mole corporis nō retardatur vehemē tissime desiderat cum deo perfecta fruitio ne cōiungi. Quāto enīz magis aliquid de sideratī: tanto eius absentia molestior est. Sicqz ex huius cōiunctionis absentia ve hementissime affligūtur: maxime cum tem pus adesse videant quo cum deo essent cō iuncte perfecte si duz in corporibus erant debitam penā peccatis suis persoluissent. Ratio vo secundi est. quia pena vl dolor non est solum lesio: sed etiā lesionis appre hensio vel sensus. et tanto magis aliquis dolet de aliquo lesiuo: quāto magis est sen sitiuū z apprehensiuū. vt patet de illo qui potatur potu somnifero z sic incidit. Dīc ceteris paribꝰ tanto pena est grauior quā to lesionis apprehensio sit fortior. Et quia totus sensus corpis est ab anima: iam ani ma in purgatorio fortioris est apprehensi onis qz duz erat in corpore mortali: ita q tunc perfecte sentit z apprehendit crucia tum suum qō non facit in corpore mortali quia in hac vita propter occupatōnem sui circa corpus est. sicut qui occupatus est in bello vel ī aliquo periculo qui nō percipit laborem suuz. Et ideo si lesionem inferens in purgatorio esset equale inferentibus le sionez in hoc mundo adhuc pena sensus in purgatorio longe maior esset pena quali bet in hoc mundo. Et sic anima licet sit mi nus passiua qz corpus: tamen est magis co gnoscitiua passionis. z vbi est maior pas sionis sensus: ibi est maior dolor etiā si sit minor passio. Cum igitur ignis affligens animas ī purgatorio sit magis actiuꝰ igne nostro. q tamen inter alia elementa est ma gis afflictiuus: nulli dubium esse debet qn pena illa longe grauior sit qualibet pena ī hoc mundo. qz sola lesio non sufficit ad pe nam sensus. sed etiam requiritur lesionis apprehēsio que maior est in anima separa ta qz corpori corruptibili cōiuncta. Q. si queratur cur tanta illic exigitur pena cum hic modica potuisset satisfecisse penitētia Ad hoc respondet Bonauētura ibidez. q hoc fit ex diuina iusticia que penam acce ptat nō fm q est punitiua tantū: sed plus fm q est in ea ratio ordinis recti. Et sicz hoc est intelligenduz q pena assumpta z inflicta. In pena assumpta non tantum placet deo ordo pene ad culpam: sed ordo z rectitudo que est in voluntate assumen te. In pēa vo afflicta placet ordinatio pe ne ad culpam. Cum igitur pena penitenti um est plus assumpta in presenti. pena vo mortuorū in purgatorio inflicta pro eo q tunc non est tempus agendi: sed recipien di. ideo modica pena in presenti plus satis facit. z de ea magis diuina iusticia est con tenta qz de magna in futuro. et ideo quasi imppportionabiliter maiorem exigit satis factionez. sicut a simili creditor magis ac ceptat vnam marcham auri qz quincz ar genti. Nam pena voluntarie assumpta est quasi aurum electum. pena vo inflicta re spectiue quasi argentum vel plumbū. Q. si obiciatur penam purgatorij esse volun tariam. presertim cum omnis qui penā ali quam patitur si non vult eam pati iudica bitur impatiens z inferenti inobediens. z per consequēs infructuose patiens. quod non est sentienduz de animabus in purga torio cuz sint in gratia cōfirmate. Ad hoc respondet ibidez Bonauētura q pena di citur tripliciter volūtaria. Uno modo qa assumitur a voluntate imperāte. sicut est pena penitentialis. Alio modo quia susti netur a voluntate acceptante. sicut est pe na martyrum z omniuz aduersitatum gra tanter accepta. quia adeo eis placet q ab ea liberari non vellent. Tercio est quedaz pena que sustinetur a voluntate tollerāte vtpote pena q̄ est in patientia. ita q eius oppositum est in desiderio. sicut cuz amās z desiderans sanitatem infirmatur z susti net infirmitatem quasi penam diuinitꝰ in flictam: attamen ab ea liberari procurat. z illud minime habet rationē voluntarie. Et hoc modo volūtaria est pena in purga torio in viris iustis qui volūtarie sustinēt z desiderant vehementer ad patriam per uenire: z alios sibi auxiliū pbere. Quar to demqz queri potest vtrum ignis purga torij z inferni sit materialis vel spiritualis. presertim cum Augustinus non solum su

364

per Genes. ad literam: verum etiam in libro de trinitate dubitare videtur vtrum ille ignis qui cruciat animas sit materialis vel spiritualis. et hoc non solum de igne purgatorij: sed etiam inferni in quo diues ille ardebat. Et super illud. j. Corinth. iij. Qui edificat lignum fenum etc. ponens opinionem ostendentiuz igne materiali et temporali animas post hanc vitam purgari. tandem subinfert. Non redarguo. quia forsitan verum est. Cuius dubitatio satis rationabilis esse videtur. quia diues qui fuit in inferno cuius lingua vrebatur linguam corporalem non habuit. et qui portat lignuz. fenum. stipulam. non portat hec materialia secum: sed spiritualia. que per metaphoram sic nominantur. Et ita similiter de igne spirituali metaphorice potest intelligi. quod si corporalis est quomodo potest agere in animas separatas. si vero spiritualis quomodo in corpora damnatoruz non minimam habet questionem. Ad hoc respondet Bonauentura super quartum. distin. xxj. quod licet egregius doctor Augusti. visus fuerit dubitare. tamen alij doctores auferunt nobis dubitationem qui hoc cognouerunt multiplici ratione. sicut Gregorius in. iiij. dialog. Ysidorus de ordine creaturarum. Et communiter tenent nostri doctores nunc temporis existentes. quod ignis purgatorij et inferni sit materialis. Unde dicit doctor sanctus ibidem. distin. xliiij. de igne quo cruciabuntur damnatorum corpora post resurrectionem oportet dicere quod sit corporeus. quia corpori non potest pena conuenienter aptari: nisi sit corporea. Et Grego. in. iij. dialog. hoc ipso probat ignem inferni corporeum esse. quia reprobi post resurrectionem in eum detrudentur. Quod si obijciatur illud Damascen. libro. iiij. vbi dicit. Tradetur diabolus et demones eius: et homo eius. i. antichristus. et impij et peccatores in ignem eternum. non materialem qualis est qui apud nos est: sed qualem vtique nouit deus. Ad hoc respondet doctor sanctus ibidem. quod per hoc Damascen. non simpliciter negauit ignem esse materialem: sed quia non est materialis talis qualis apud nos est. eo quod quibusdam proprietatibus ab igne nostro distinguitur. Nam ignis iste in modo actionis sue non sequitur moduz culpe in eo qui igne crematur sicut ignis ille: sed magis modum humidi vel sicci. sicut in eodem igne videmus equaliter iustum affligi et impium. Et secundum Grego. vnus quidem est ignis gehenne: sed non vno modo cruciat omnes peccatores. Uniuscuiusque enim inquantum exigit culpa tantum sentietur pena. Dicitur igitur non materialis esse non quantum ad substantiam: sed quantum ad punitionis effectum in corporibus. et multo amplius in animabus. ex eo quod est instrumentum diuine iusticie. Quod si queratur qualiter ab igne corporeo potest anima separata pati. cum dicit Augustinus. xij. super Gene. ad literam quod non sunt corporalia: sed corporabilibus similia quibus anime corporibus exute afficiuntur: siue bene siue male. Ad hoc respondet Thomas ibidem. quod corpus in spirituz naturaliter agere non potest. nec ei aliquo modo obesse vel ipsum grauare: nisi secundum quod aliquo modo corpori vnitur. Sic enim inuenimus quod corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Spiritus igitur corpori dupliciter vnitur. Primo vt forma materie: vt ex eis fiat vnum simpliciter. et sic spiritus viuificat illud. et ab illo grauatur. sed sic spiritus hominis vel demonis igni corporeo non vnitur. Alio modo sicut mobili vel sicut locutuz loco eo modo quo incorporalia sunt in loco. et secundum hoc spiritus incorporei creati loco diffiniuntur: sic existentes in vno loco quod non sunt in alio. et sic spiritus hominis vel demonis igni corporeo vniri potest. Licet autem res corporea habeat ex natura sua quod spiritum incorporeuz loco diffiniat: non tamen habet ex sua natura quod illum loco diffinitum detineat: ita quod ad alia diuertere non posset. sed hoc superadditur igni corporeo. prout est instrumentum diuine iusticie vindicantis. et sic spiritum detinet alligatum. et sic ignis ille est spiritui noxius. Et sic anima ignem vt sibi noxium videns ab igne cruciatur. Unde Augustinus. xxj. de ciui. dei. quod sicut anima in hominis conditione iungitur corpori vt ei dans vitam. quamuis illa sit spirituale et hoc corporale. ex qua coniunctione vehementer concipit

amorem ad corpus. sic igni ligatur anima vt accipiens ab eo penam ex qua cõiuncti one concipit horrorẽ. Et licet spiritꝰ damnati ex dispensatione quãdoq; sunt extra infernum. semper tamen ignem eternũ videntes quem eis in penam eternã paratũ cognoscunt. ⁊ vbicunq; sunt ab igne infernali affligũtur: ex eo ꝙ illa visio sit ĩmediate affligens timore ⁊ dolore. ita ꝙ scõm Gregoꝝ. in. iiij. dialoĝ. anima incendium non solum videndo: sed experiendo patiatur. Et sicut gloria electorũ in nullo minuitur. nec cõtum ad premium essentiale. nec cõtum ad premiũ accidentale si quãdo extra celum empyrium sit qõ quodãmodo in eorum gloriam cedit. sic etiam in nullo minuitur pena damnatorũ si ex diuina dispẽsatione ponantur ad tempus extra infernum. Hinc dicit Glo. super illud Jacobi iij. Inflãmat rotam nativitatis ꝙ diabolus vbicunq; sit: siue in aere siue sub terra secum fert tormenta flammarũ suarum. et sic semper detinet ab igne gehẽne. Ad laudem dei Amen.

De inferno ⁊ penis ignis vermis et carentie diuine visionis. Sermo. x.

Hunt hi in supplicium eternum. iusti autem in vitam eternã. Matth. xxv. Expediti vt cũq; de igne purgatorij: iam prosequẽdum de damnatõne reproborum in ignem eternum. Ad cuius evidentiã primo queritur vtrum ille ignis cõflagratõis inuoluet reprobos. sicut videtur innuere Danielis. vij. vbi dicitur ꝙ fluuius igneus rapidusq; egrediebat a facie eius: scilicet iudicis sedẽtis in throno. Glo. vt peccatores traheret in gehennam. Et loquitur auctoritas illa de illo igne de quo nunc fit mentio. Ad hoc respondet doctor sanctus sup. quartum. distin. xlvij. ꝙ tota purgatio mũdi ⁊ innouatio ad purgatõem hominis et innouatõnem ordinabitur. ⁊ ideo oportet ꝙ mundi purgatio ⁊ innouatio purgatio ni ⁊ innouatiõi humani generis respondeat. Humani igitur generis purgatio quedam erit ꝙ mali segregabũtur a bonis Luce. iij. Cuius ventilabrum in manu eius. ⁊ purgabit aream suam. et cõgregabit triticum suum. i. electos in horreum suum. paleas autem. i. reprobos comburet igni inextinguibili. Sic erit ⁊ de purgatiõe mundi quia quicq̃d erit turpe ⁊ feduz. quicq̃d in cõ erit penale quocũq; modo cuz reprobis in infernuz retrudetur. vt fetor. ardor. fumus. tenebre. ⁊ similia. Quicq̃d autẽ erit pulchrum ⁊ nobile reseruabitur in superioribus ad gloriam eternam electorum. Unde scõm Basiliũ sup illud Psal. Vox domini intercidentis flammas ignis. Ignis conflagratõis quo ad calidum vstiuum. et cõtum ad id quod in igne grossum inuenit descendet ad inferos ad penam damnatorum. quod vo est ibi subtile et lucidum remanebit superius ad gloriam electorꝝ. Et similiter intelligenduz est de alijs elementis ⁊ elementatis quicq̃d reperitur penale in eis quocũq; modo descendet inferius ad penam damnatorum. Propterea dicit Bonauẽtura super quartũ. distin. xliij. ꝙ in inferno quatuor elementa esse credũtur ad perfectaz damnatorum punitõnem: vt omnis creatura exardescat ĩ tormentũ cõtra iniustos. et armetur in vltionem creatoris. ⁊ per eandem puniantur ex quibus corporaliter cõstituũtur. Et quia sunt ibi ad penam. ideo p̃cipue illa esse dicũtur ibi que magis vigent in qualitatibus activis vt ignis ⁊ aqua. Juxta illud Job. xxiij. Transibũt ab aquis niviuz ad calorem nimiuz. Nam ꝙ alia elementa sint ibi videtur per illud Psal. Ignis grando nix glacies spiritus procellarũ. Per quem spiritum aer non incõuenienter intelligitur. Et iterum Ysa. xxxiij. Erit terra eius in picez ardentem nocte ac die. ⁊ non extinguetur in eternum. Verũtamen quia ignis maxime est activus: ibi ignis est qui maxime viget. Hinc in scriptura per ignẽ omne acerbe puniens significari solet. et ideo dominus igne cõminatur tanq̃ precipuum tormentũ: intelligens sub igne omne. aliud afflictiuum. Et si queratur per quem modum

362

ibi esse elemēta intelligūtur. Ad hoc respō
b det ibidem Bonauētura. q̄ sunt ibi confu
sa ⁊ non distincta nec ordinata. nec illa cō
fusio penā minuit: sed auget. p̄ eo q̄ actio
elementoꝝ mutua post resurrectiōem mor
tuoꝝ cessabit. sed tantū manebit actio eo
ruꝫ in corporibus damnatoꝝ. quia ad hoc
omnis virtus eoruꝫ dirigetur nō tanꝯ in
tendentia multiplicare ſpeciem ſuam: ſed
ſm imperiū creatoris intendēt vindicare
iniuriaꝫ quod fit in affligendo humanā na
turam. Et licet illa tormenta videātur te
nere viciſſitudinē. iuxta illud Job. xxiiij.
Transibūt ab aquis niuiuꝫ ⁊c. Tamen ſm
rei veritatem omnia ſimul patientur. nec
vnuꝫ aliud impediet: ſꝫ magis adaugebit.
Sicut a ſimili legitur Exod. ix. q̄ dominꝰ
pluit grandinē ſuper terram egypti. ⁊ grā
do et nix mixta pariter ferebātur. Ex quo
patet q̄ ibi fuit ignis ardens ⁊ aqua con
gelans. ⁊ aeris perturbatio ⁊ terre feror.
Vnde Grego. In inferno frigus erit im
portabile. ignis inextinguibil. feror intol
erabilis. Ex quibus cōcludit q̄ ſicut om
nis creatura erit beatꝰ materia gaudij: ſic
damnatis ex omnibꝰ creaturis tormentuꝫ
accreſcet. Vnde ⁊ in oīibus ſenſibus ex
terioribus penam inexpīſſibilem recipiēt.
Quod ſic ptꝫ. Nam viſus ibidem crucia
bitur p̄ tenebras. iuxta illud Jacb. xxij.
Ligatis manibus ⁊ pedibus p̄icite euꝫ in
tenebras exteriores. Vnō doctor ſanctꝰ
ſuper q̄rtuꝫ. diſt. l. dicit. q̄ infernus ita de
bet eſſe diſpoſitus. ita q̄ nihil ibidem per
ſpicue videatur: ſed ſolum ſub quadā vm
broſitate illa videtur que cordis afflictio
nem ingerere poſſunt. ſicut larvales demo
num facies et ſimilia. Et ſic ſimpliciter lo
quēdo locus erit tenebroſus: licꝫ ex diuina
diſpoſitiōe aliquid luminis habeat ad vi
dendū ea que animam torquere poſſunt: ⁊
ad hoc facit naturalis loci ſitus. q̄ in ven
tre terre nō poteſt eſſe ignis niſi feculentꝰ.
turbidus. ⁊ quaſi fumoſus veluti ſulphure
us. ſicut auditus percipiet rugitus ⁊ inſul
tus demonū. De guſtu vo dicit p̄s. Sicut
oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet
eos. Et ſic de aliis ſenſibus. Et omnes pe
ne iam dicte includūtur in pena ignis que
dicit eſſe minor inter tres penas principa
les. Nam pena vermis maior eſt. ⁊ maxi
ma dicit pena carentia diuine viſiōis. Se
cunda igitur pena que mediū locum tenet
dicit pena vermis ⁊ in cōſcientia reſidet.
Vnde Yſa. xlij. Subter te ſternetur tinea
⁊ operimentū tuum erunt vermes. Ad
cuius euidentiā queri poteſt vtrū damna
ti habebūt vermes materialem vel ſpiritu
alem. p̄ſertim cum dicit Judith. xvj. Da
bit ignem ⁊ vermes in carnes eoꝝ. Et Ec
clasti. vij. Vindicta carnis impij ignis ⁊
vermis. Ad hoc reſpōdet Bonauētura ſu
per q̄rtuꝫ. diſtin. l. quia Auguſ. xx. de ciui.
dei ponit circa hoc duas opiniones. Qui
dam enim voluerunt dicere vermes illū eſ
ſe materialē p̄pter verbū ſcripture. Alij
vo ſequētes voluerunt dicere q̄ iſte ver
mis ſit ſpiritualis. ⁊ hoc opinionē dicit ſi
bi magis placere: ideo ⁊ nobis ſimiliter ma
gis placere debet. Q⁊ ſi queratur. cur igi
tur in eis dicit eſſe vermis. Reſpōdet ibi
dem q̄ trāſlatio vermis ad dolorem ſpiri
tualē manifeſtat in quib⁹ ⁊ quomō ſit ver
mis ſi attendatur ratio tranſferēdi. Nam
in verme naturali cōſiſtit orīgo ⁊ morſio.
Oritur enim ex putrefactiōe. ⁊ mordet il
lud in quo oritur. Sic in ſpirituali dolore
non quilibet dolor eſt vermis: ſed qui na
ſcitur ex putrefactione peccati. Tunc pec
catum dicitur putrefactū quādo finaliter
anima in eo quieſcit. Rurſus oportꝫ q̄ ſit
in dolore morſio que fit ex cōcurſu duoꝝ
mouentiuꝫ ſibiinuicem obuiantiū ⁊ reſiſtē
tium. Hec autem duo mouentia ſunt in ho
mine. voluntas naturalis ⁊ deliberatiua:
quarū vtraq̄ mouet. Iſta cōcurrunt per
cōſcientiam dictantez aliq̄d factū eſſe in
debitum. Et tunc ſibi obuiant quādo natu
ralis deteſtatur indebituꝫ et deliberatiue
placet. Tunc autem reſiſtūt quādo vtraq̄
in actu ſuo viget: ita q̄ naturalis efficaci
ter deteſtatur. ⁊ delibiberatiue īmutabili
ter adheret. Et iſte cōcurſus i dānatis nū
q̄ deficiēt. Nā deficiēte cōcurſu q̄ ē p̄ pec
cati cōſcientiā non eſt vermis: vt ptꝫ in he
reticis ⁊ in his qui credūt peccādo benefe

cisse. Similiter deficiente obuiatione nō
est vermis vtpote qui dolent de culpa ſm
voluntatē nō solū naturalē sed etiā deli-
beratiuā. Deniq; resistētia deficiente nō
est vermis vt quādo volūtas tanta dile-
ctōne fertur in peccatū q̄ absorbet motū
voluntatis naturalis vt nō sentiat. sicut
ait Salomon de ip̄o Eccs. ij. Nō ꝓhibui
cor meum. quin omni voluptate frueret.
Et sic patet q̄ vermis deficit. Aut ꝓpter
defectū putrefactōnis in iustis. aut cōcur
sus in cecis. aut obuiatōnis in penitētib⁹.
aut resistentie in his qui peccāt ex libidi-
ne. sed ī damnatis vigebit vermis. q̄ ibi
erit peccati putrefactio ex eo q̄ peccatuz
in anima eoꝝ finaliter ꝑmansit. ibi erit cō
cursus ꝓpter peccatorū apertissimā visio-
nem ibi obuiatio ꝓpter voluptatis delibe
rationē ⁊ obuiationē ⁊ sinderisis remur-
murationez. ibi erit resistentia. quia dele-
ctatio peccati erit ablata per pene acerbi
tatē. Et ex hoc erit actio ip̄ius sinderisis
fortificata et ex hoc erit vermis mirabili
ter rodens et puniēs. Et q̄ magis est iste
vermis nō erit variabilis. imo inuariabi-
lis eternaliter et vniuersaliter simul de oī
bus peccatis puniens. Quia iusto dei iu-
dicio fiet q̄ mali simul et semꝑ omnia pec-
cata memorent̄ actualiter vt de omnibus
cōtinue torqueāt̄. Deniq; ad autoritatē
illā Judith. xvj. dabit ignē ⁊ vermes in
carnes eorū. dicendū est q̄ sicut ignis ma
terialis affligens punit corpus et animaz
ei vnitam sic vehemēs dolor et remorsus
vel tristicia anime redundat in corpus. q̄
spiritus tristis exsiccat ossa. Noīat etiaz
scriptura carnē ad terrorem carnaliū qui
magis horrent penam carnis q̄ aīe. Ter
cia ꝓinde pena maxima creditur carentia
diuine visionis esse. De qua Hugo dicit
q̄ omnia gehēne supplicia suꝑat deum nō
videre. et bonis carere que ī potestate ha
buisti obtinere. Et Criso. suꝑ Math. vij.
Excidet̄ et in ignem mittetur. Intollera
bilis inquit est res gehenna quis nesciat
et suppliciū. tamē si mille mihi quis gehen
nas ꝓponat nihil tale dictur⁹ est quale est
ab honore illi⁹ glorie ꝓpelli et exosum esse
christo. nimirum cum ex huius visionis ca
rentia vires anime suꝑiores fine ꝓprio de
fraudantur et intollerabili penalitate re-
plentur. Ad cuius euidentiā primo queri
potest de memoria vtrum in damnatis te
nebre sint q̄tum ad actum memorādi ꝑ-
sertim cum dixit Abrahā diuiti. Recorda
re quia recepisti bona in vita tua ⁊ Laza-
rus similiter mala. Ad hoc respōdet Bo-
nauen. suꝑ. iiij. dis. l. q̄ est aliquoꝝ recor-
datio ad mesticiā. dolorem ⁊ ꝯfusionez. et
est recordatio aliquoꝝ ad itineris directō
nem et aliquorum ad ꝯsolationem. Secū
dam et terciā recordationē nō habebunt
damnati nec respectu dei nec alioꝝ. q̄ nō
erit eis memoria dei ut cōuertant̄ ad ip̄m
aut delectent̄ in ip̄o. sed vigebit actus me
morie q̄tum ad primū scz ad desolationē
quia semꝑ habebūt memoriam peccatoꝝ
que cōmiserunt et dei quē offenderunt ad
suam cōfusionē cui⁹ infinita beneficia cre
atōnis et recreatōnis ingratitudine tam
detestabili cōtempserunt. Nam omnia ꝑ-
dicta et similia que quouis modo dolorez
ingerere possunt simul et semper memorie
actualiter inherebunt. Nec hoc repugnat
penis. quia pene exteriores sunt ad cogi-
tandum interius suum demeritum. Secū
do queri potest de intelligentia vtrum scz
damnati tenebras sustinebunt spirituales
q̄tum ad actum cognoscendi presertiz cū
dicitur Eccle. ix. Quodcūq; potest facere
manus tua instanter operare. q̄ nec opus
nec ratio nec scientia nec sapientia erit a-
pud inferos quo tu properas. Ad hoc re-
spondet ibidem Bonauentu. q̄ sicut est
triplex actus lucis corporalis scz manife-
stare. dirigere. et delectari. sic est et in lu-
ce spirituali. si igitur loquitur quantū ad
primum actum sic nō erunt omnino extra
lucem. quia aliqua eis erunt manifesta scz
illa que faciunt ad cumuluz pene ⁊ alia nō
Vnde videbunt aliquo modo gloriā ele-
ctoruz sed cōsideratio vel cognitio glorie
beatorum est. reprobis pena sicut cōside-
ratio vel cognitio pene reproborum est e-
lectis gaudium. quia illi cōsiderabūt gau-
dium sub rōne amissionis et isti penā sub

ratione diuine vlcionis et euasionis. Iuxta illud ps. Letabit iustus cum viderit vindictā. Et qꝛ glā sanctorū erit copiosior post iudiciū. ideo etiā videbūt penaꝫ reproboꝝ. Et ecōtra dicendū est de reprobis. Et si ita est sicut determinat sanctus Tho. ibidē dis. l. ꝙ damnati videbūt ante diem iudicij beatos in gloria post iudicium vero priuabunt omnino visione beatorum. tñ illa prior visio tam efficaciter ⁊ viuaciter ac arcenter damnatis manebūt infixa. ac si eodē momēto illa visio fuisset ostensa. Porro si loquamur q̄tum ad secundū actū lucis qui est dirigere tūc oīno damnati erūt extra lucē. qꝛ nō poterūt dirigi ad bene agendū desiderandū vel cogitandū. Similiter q̄tum ad terciū actuꝫ erūt penitus extra lucē. quia nihil cognoscent actu in quo delectent. sic enim erunt funditus absorbti a magnitudine penarū ꝙ nō licebit eis cogitare aliqua delectabilia. Tercio p̄terea queri potest de volūtate damnatoꝝ vtrū sit mala. Ad hoc respōdet Tho. vbi supra ꝙ in damnatis est duplex volūtas. Prima dicit naturalis q̄ nō est eis ex seip̄is sed ex autoritate nature que in natura hanc inclinationē posuit q̄ naturalis volūtas dicit et cum natura in eis remaneat ſm hoc bona poterit esse in eis volūtas naturalis. Secūdo vero dicitur volūtas deliberatiuaque est eis ex seip̄is ſm ꝙ in potestate eoꝝ est inclinari per affectum ad hoc vel illud. et hec volūtas est solum mala in eis. Et hoc est ideo. qꝛ ꝑfecti auersi sunt a fine vltimo voluntatis qui est deus Nec mirum ꝙ semꝑ deum cōsiderant ſm effectuꝫ inflexibilis iusticie q̄ penas infert ꝓ peccatis et ſm hoc deū sꝑ odio habent sicut et penas quas sustinēt. Iuxta illud p̄s. Superbia eorū qui te oderunt ascendit semper. Unde cōtinuo ꝓrumpētes in blasphemiā clamitabūt Maledictus deus ⁊ maledicta trinitas q̄ nos creauit ad hāc penaltatē. Unde intantū odio habebunt omne bonū et adherebunt omni malo ꝙ licet tam inexpressibilia tormenta ꝓ peccatis sustinebūt nunq̄ tamen rōne deliberatiua de eis voluntarie penitebunt. Et si ꝓpter penam quam patiūtur nollent peccasse nō tamē propter hoc peccatum eis displicet. quia iniustum et deo offensiuum sed quia pena iusta a deo inflicta displicet. ¶ Hinc queri potest vtrum damnati vellent omnes alios secum esse p̄sertim cuꝫ dicitur Luce. vj. De diuite qui rogabat pro fratribus suis ne venirent in locum tormentorum ¶ Nimiruꝫ cum damnati licet habeant malam voluntatem nō tamē perdunt affectum naturalē sicut videmus ꝙ homines impijssimi diligunt sibi ꝓximos nec volunt eos esse secum in miserijs. Ad hoc respondet Bonauentu. vbi supra. ꝙ in damnatis aliquo modo remittuntur affectiones libidinose ꝓpter penarum magnitudinem scꝫ ille affectiones que habent annexam delectationeꝫ. Alie tamen affectōnes in quibus est penalitas moriantur. Unde licꝫ cessabit actualiter affectus luxuriandi et dominandi tūc incendetur furor vel affectus impatientie ⁊ liuor inuidie. quia tunc dentibus suis frement et tabescent. Unde ſm Thomā ibidem. Sicut in beatis erit ꝑfectissima charitas et gaudebunt de omnib⁹ bonis. sic in damnatis erit perfectissimū odium et dolebunt de omnibus bonis. Hinc felicitas beatorum cōsiderata eos maxime affliget. Et ideo ad satiandā illam impijssimam inuidiā electorū vellent omnes esse damnatos etiam cognatos ꝓpinquos et intimos. Minus tamē inuidēt ꝓpinquis q̄ alijs maior est eorū pena si omnes ꝓpinqui damnarent et alij saluarent q̄ si aliq̄ de ꝓpinquis saluarent et exinde fuit ꝙ diues petijt a damnatōe fratres suos eripi qꝛ sciebat ꝙ aliq̄ eriperent poti⁹ fauisset hoc fratrib⁹ q̄ alijs. Maluisset tñ fratres suos cū oībus alijs damnari q̄uis ex multorū damnatōne augeat singuloꝝ pena. Quia vero eoꝝ tm̄ est odium ⁊ inuidia ꝙ magis volūt torqueri cum multis plus q̄ minus soli. Quod a nobis auertat Jesus christus Amen.

De qualitate innouatōnis totius vniuersi scz elemētorū ⁊ corporum celestiū propter humanū obsequium. Ser. xi.

Ecce ego creo celos nouos et terrā nouā. et nō erunt in memoria priora. Isa. lxv. Eya iam ꝓsequamur vltimū futurū sequēs iudicium quod est totius vniuersi innouatō Ad cuius euidentiā queri potest. vtrum mund⁹ innouabitur p̄sertim cum nouitas glorie datur in premiū rōnalis creature. nihil potest mereri nisi creatura rōnalis siue intellectualis. Cum igitur creature p̄sertim insensibiles nihil meruerunt vtpote nulla volūtate vel sensu vtentes. igitur videtur ꝙ nō innouabunt̄. Ad hoc respōdet doc. s. sup. iiij. dis. xlviij. ꝙ omnia corporalia ꝓpter hominē facta esse credunt̄. et ideo cuncta illi subiecta dicunt̄. Seruiunt igitur homini dupliciter. Vno modo ad sustentationē vite corporalis quo ministerio iam homo glorificatus nullo mō indigebit cū corp⁹ penitus incorruptibile sit futur̄ diuina v̄tute ꝑ animā id faciēte quā immediate glorificat et ꝑ ip̄am corp⁹ gloriosum reddit. Secūdo seruiūt homini ad ꝓfectum cognitōis diuine inquantū ꝑ ea que facta sunt inuisibilia dei conspicit. vt dicit̄ ad Ro. x. Et hoc ministerio nō indigebit etiam homo quantū ad cognitionem intellectualem. quia tali cognitōe deum sancti videbunt immediate ꝑ essentiā sed quoniā ad hanc visionē essentie diuine carnis oculus nō poterit attingere. Ideo vt ei etiā solatiū sibi cōgruens de visione diuinitatis prebeat̄. inspiciet diuinitatez in suis effectibus corporalibus in quibus manifesta iudicia diuine maiestatis apparebūt. et p̄cipue in carne xp̄i. et post hoc in corporibus beatorū et deinceps in oībus alijs corporib⁹. Et ideo oportebit vt etiā alia corpora maiorē influentiam a diuina bonitate suscipiāt nō tamē speciē variantem sed addentē cuiusdē glorie ꝑfectionē et hec erit mundi innouatio. Hinc simul mundus innouabitur ⁊ mundus glorificabitur vt sic habitationi habitator ꝯgruat et ex hoc deus hominē magis letificet Cū enim vt dicitur Eccle. xiij. Omne animal diligit suum simile ex eo ꝙ patet ꝙ similitudo est amoris ratio sed homo habet aliquam similitudinē cum vniuerso vnde et minor mundus dicit̄ quare naturaliter diligit vniuersum et eius ꝯcupiscit bonum. Deus igit̄ vt eius desiderio satisfaciat etiam vniuersum meliorabit. Ex quib⁹ ptz ꝙ q̄uis corpora sensibilia nō meruerūt illaz gloriā ꝓprie loquēdo. tamē homo hoc meruit ut illa gloria toti vniuerso cōferatur inquantū hoc cedit in augmentū glorie hoīs. Sicut a simili quis meret̄ vt ornatioribus vestibus induat̄ quē ornatum ip̄a vestis nullo modo meret̄. Hic tamē notandum est ꝙ cum innouatio mūdi ꝓpter hominē fiat oportet ꝙ innouatōni hominis cōformet̄. Homo autē innouat̄ de statu corruptōis in ī corruptionē ⁊ iō mūd⁹ hoc mō innouabit̄ vt abiecta oī corruptōne ⁊ trāsmutatōe. ꝑpetua maneat inqete Hinc ad illam innouationē nihil ordinari poterit nisi ꝙ habeat ordinē ad incorruptionem cuiusmodi sunt corpora celestia quatuor elemēta et hoīes ꝓpter animā rōnalem. Omnia vero alia viuentia ac virētia ac corpora mixta corrumpent̄ ⁊ resoluentur in quatuor elemēta. quia nullo mō habent ordinem ad incorruptionē. Quia dicit ph̄s in. ij. de generatōe. ꝙ in animalibus et plantis. et in huiusmodi corporibus speciei perpetuitas nō cōseruatur nisi ex cōtinuatione motus celestis qui tunc deficiet Secūdo principaliter queri p̄t vtrum elementa innouabuntur per receptionem alicuius claritatis. Et videtur ꝙ non. quia sicut lux est propria qualitas corporum celestium. ita calidum et frigidum humidum ⁊ siccum sunt proprie qualitates elementorum. Ergo sicut celuz innouabitur ꝑ augmentū claritatis. ita ista q̄tuor elemēta innouabunt̄ ꝑ augmentuz istarum qualitatū actiuarum et passiuarū

Ad hoc respondet Thomas vbi supra. ꝙ sicut est ordo celestium spirituũ ad spiritꝰ terrenos. id est humanos. ita etiam est ordo celestium corporũ ad terrestria corpora. Cum autem corporalis creatura sit facta ꝓpter spiritualem et per eam regitur. oportet similiter disponi corporalia sicut et spiritualia disponuntur. In illa igitur rerum vltima cõsumatione spiritus inferiores id est hoĩes accipient suorum spirituũ ꝓprietates. quia homines erunt sicut angeli in celis. vt dicitur Math. xxij. Et hoc erit inquantũ in maximã ꝑfectionem deuenient id est ſm ꝙ humanus spiritus cum angelico cõuenit. Vnde similiter cũ corpora inferiora cum celestibus nõ cõueniunt nisi in natura lucis et dyaphoni. vt dicitur in. ij. de anima. Oportet corpora inferiora maxime perfici ſm claritatẽ. ita ꝙ omnia elementa claritate quadam vestiantur. nõ tamẽ equaliter sed ſm modũ suum. Terra eniꝫ erit insuperficie exteriori peruia sicut vitrum aqua sicut cristallꝰ aer vt celum. ignis vt luminaria celi. Et hec mũdi renouatio fiet vt homo etiã sensu in corporibus quoddammõ per manifesta iusticia diuinitatẽ videat et inter sensus humanos spiritualior est et subtilior visus. ideo quantũ ad qualitates visiuas quarum principiũ est lux. oportet maxime omnia ista inferiora meliorari. Qualitates aũt elementares ad tactũ pertinẽt q̃ est maxime materialis et grossus ⁊ earuꝫ excessus cõtrarietatis magis est cõtristatiuus q̃ delectatiuus. Excessus aũt lucis erit delectabilis cum cõtrarietatẽ nõ habeat nisi ꝓpter organi debilitatẽ que tũc oculo glorioso nõ inerit. Q. si obijcit̃ cũ damnati erunt in terra et erũt in tenebris nõ solum interioribus sed etiam exterioribus. videtur ꝙ in illa innouatõne nõ dotabitur terra claritate. Ad hoc respondet ibidem ꝙ in loco inferni nõ erit terra glorificata sed loco huius glorie habebit ꝑs illa terra spiritus rõnales hominũ ⁊ demonum qui q̃uis rõne culpe sint infimi tamẽ ex dignitate nature sunt qualibet qualitate corporali superiores Superior tamẽ pars terre q̃uis ex natura summam opacitatem habeat ꝓptet defectum lucis. tñ ex diuina virtute in sue superficie claritatis gloria vestietur sine preiudicio tamen densitatis sue. Et ista claritas erit in istis corporibus inferioribus sicut est in corporibus celestibus in quibus caliditatẽ non causant. quia tunc ista corpora erunt inalterabilia sicut modo sunt celestia. Tercio queri potest vtrum corpora celestia a suo motu quietabuntur p̃sertim cum dicitur ꝙ corpora celestia seruiunt homini ĩ motu sicut ⁊ in luce sed quia luce seruiũt. maiori luce remunerabunt̃. Igitur cuꝫ etiã seruiãt motu debent merito velociori motu remunerari. Ad hoc respõdet Bonauentura sup. iiij. dis. xlviij. ꝙ ſm Isidorũ (et habetur in textu sentẽtiarꝫ) sol ⁊ luna post iudicium nõ tendũt ad occasum sed stabunt in ordine suo in quo creati sunt ⁊ sic nõ remunerabunt̃ in motu sicut in luce Nimirum quia motus nõ cõpetit corporibus beatorum sicut et obsequiũ luminis Ad cuius euidentiam sciendum ꝙ in motu est cõsiderare duplicem finem scꝫ intra q̃ dicitur terminus siue cõsumptio et finem extra et ille est terminus intentiõis. Verbi gratia. Cum lapis deorsum descendit versus terraꝫ. locus terre est finis qui est terminꝰ extra sed quies in loco est terminus intra et finis. Dico ergo qui motus sunt qui habent vtrũq; naturaliter sicut sunt motus recti. Quidã sunt motus qui habent alteram per naturam vtpote finẽ intentõnis. Alterum vero habent ratõne ip̃iꝰ principij mouentis vt est motus circularis ip̃iꝰ rote qui voluit̃ ad faciendã vas de luto vel ad accuendum cutellũ. Q. enĩ rota quiescit modo vel post non est determinatum. quia semper posset moueri si esset qui posset et vellet mouere. sed qñ cutellus factus est acutus cuꝫ motus ille ad hoc ordinaretur necesse esset quietari vel frustra fieri. Quoniam igitur motus corporum celestium ordinatur ad cõtinuam generationem ⁊ multiplicationẽ hominũ

multiplicatio vero hominuz ad perfectionē ciuitatis superne. ideo necesse est illā quādoqz perfici: ⁊ per cōsequēs motum terminari. ¶ Quarto p̄ncipaliter queri potest vtruz in corporibus celestibus claritas augebitur in innouatōe illa mundi. presertiz cum claritas corporū celestium ordinatur ad vsum hominis sicut ⁊ alie creature. sed post resurrectiōem claritas solis nō cedet in vsum hominis. quia dicitur Ysa. lx. Nō erit amplius tibi sol ad lucendū per diem. neqz splendor lune lumīabit te. Et Apoc. xxj. dicitur. ꝙ ciuitas illa non eget sole neqz luna vt luceant in ea. Ad hoc respondet doctor sanctus super quartū. distī. xlviij. ꝙ ad hoc innouatio mūdi ordinatur vt in mundo innouato manifestis indicijs quasi sensibiliter ab homīe deus videatur. Creatura p̄cipue in cognitionem dei ducit sua specie ⁊ decore que manifestāt sapientiaz facientis ⁊ gubernātis. sicut dicitur Sapien. xiij. A magnitudine cognoscibiliter poterat horuz creator videri. Pulchritudo autem celestium corporuz precipue consistit ī luce. sicut dicit̄ Eccl̄iasti. xliij. Species celi gloria stellaruz mundū illuminās in excelsis domin⁹. Et ideo q̄tum ad claritatez corpora celestia meliorabūtur. iuxta illud Ysa. xxx. Erit lux lune sicut lux solis. ⁊ lux solis septupliciter. ⁊ tūc non erit alicubi nox super terram: sed solum in centro terre vbi erit infernus. quia tūc lucebit luna quātum modo sol lucet. Sol autem septuplum q̄ modo luceat. Corpora vero beatorum septupluz magis sole: q̄uis hoc non sit aliqua auctoritate seu ratiōe probatū. Et hoc remuneratuz erit corporibus celestibus ⁊ elementis in premiuz humane seruitutis. Et si obijciatur nihil premiat̄ nisi quod meretur. ⁊ nihil meretur nisi qd̄ voluntarie seruit. ⁊ nihil voluntarie seruit nisi qd̄ habet liberum arbitriuz: scilicet creatura rationalis. Ad hoc respondet ibidem Bonauētura. ꝙ tripliciter est aliquid remunerabile. Primo qd̄ est aptum natum mereri. ⁊ hoc est liberum arbitriuz. Secundo modo ꝙ est ip̄i merenti cōiunctuz. sicut est corpus humanum. Tercio modo qd̄ est ad ipsum merens ordinatuz sicut ad obsequiuz. Et scd̄m hoc premiatur homo in semetip̄o in corpore ⁊ ī eis que sunt sibi vtilia. Corpa illa ad obsequiuz ordinata premiari non est aliud q̄ hominez premiari in illis. quia deus totuz mundū amore hominis faciet pulchriorē. Et ido quia propter hominem premiātur scd̄m eam proprietatem premiātur scd̄m quaz sunt cōsona corporibus gloriosis. Hoc autē est lux. et ido in luce ⁊ splendore augebūtur. ¶ Quinto enim queri potest vtruz illa corpora gloriosa sint futura agilia. ⁊ vtrū aliquādo agilitate vtentur: ita ꝙ aliquādo de loco moueantur ad intuenduz clarius decorem et pulchritudinem celestium corporum ⁊ elementorum: cum constet ꝙ statui retributionis respondet locus proprius ⁊ receptaculum determinatuz in se scilicet ⁊ quo ad nos scilicet celum empiriū quo ad bonos. ⁊ sicut infern⁹ quo ad malos: vt dicit Bonauētura super quartuz. distin. xlv. Et ex hoc sequitur ꝙ locus celi empirij est magis cōueniens beatis. ⁊ per consequēs magis appetibilis naturaliter. ⁊ ideo beatus magis videtur appetere locum illuz q̄ alium. cuius voluntati diuina dignatio se per omnia conformabit. Ad hoc respondet Thomas super quartuz. distin. xliiij. ꝙ corpus gloriosum erit subiectuz anime glorificate nō solum vt nihil in eo sit quod resistat voluntati spiritus. quia hoc etiam fuit in corpore Ade: sed etiam vt sit in eo aliqua perfectio effluēs ab anima glorificata in corpus per quam abile redditur ad predictaz subiectōem. que quidem perfectio dos glorificati corporis dicit̄. Anima autem corpori cōiungitur non solū vt forma: sed etiam vt motor. ⁊ vtroqz mō oportet ꝙ corpus gloriosuz anime glorificate sit summe subiectum. Primo modo per dotem subtilitatis. Secundo modo per dotem agilitatis. et sic necessario est ponere ꝙ corpora gloriosa quandoqz mouētur. Nam et corpus christi quandoqz motum est: scilicet in ascensiōe. ⁊ sil̄r corpora sanctoꝝ q̄ de terra resurgēt ⁊ ad celū empyriū ascendant. Sic etiam postq̄ celos ascēderint verisil̄r

365

est ꝙ aliquãdo moueãtur pro libitu sue voluntatis. vt illud quod habent in virtute exercentes actu: sapiẽtiam diuinam commendabilez ostendant. ⁊ vt visus eoruz reficiatur pulchritudine creaturarũ diuersarum: in quibus dei sapientia eminẽter elucebit. Sensus enim nõ potest esse nisi presentium: q̃uis magis a longinquo corpora gloriosa sentire possunt q̃ non gloriosa quia visus oculi glorificati multomagis a remoto videre poterit q̃ non glorificati. minus tamẽ vident a remoto q̃ a propinquo. Quod autem legitur Act. vij. ꝙ beatus Stephan⁹ cuz esset plenus spiritu sancto intendens in celum: vidit gloriam dei ⁊ Jesum stantez a dextris dei. ⁊ ait. Ecce video celos apertos. ⁊ filium hominis stãtem a dextris dei. Ex eo cõtigit ꝙ a corpore christi erat ĩmutatus oculus Stephani ad visionez humanitatis christi. in cui⁹ est potestate ꝙ corp⁹ eius sic videatur a longe sicut de prope. Nec tamen per motum illum deperiret aliquid de beatitudine eorum que cõsistit in visione dei quem vbiq̃ presentem habent. sicut ⁊ de angelis dicit Grego. ꝙ intra deuz currunt quocũq̃ mittantur. Nec etiam erit laboriosuz exire locum suis meritis deputatuz. scilicet celum empyriuz. quia corpus gloriosum vt dicit Bonauẽtura distin. l. totam existentie sue ⁊ nobilitatis ac subtilitatis rationem trahit ab anima. Et ido inclinatio eius est ad animaz non ad aliquid extra. Et quia agilitas sequitur inclinatõem ⁊ anima potest mouere in omnez differentiam positionis. ideo ⁊ corpus abile ad omnez situm. et sic agilitas nõ inclinat ad aliquem locum determinatuz. sed ad omnez locum ad quem mouere vult anima. Nimiruz quia appetitus elementoruz in corpore glorioso totaliter quietatur: ita ꝙ nullum elementuz in eo appetit speram suam. ac per cõsequens corpus gloriosum ad malũ locum inclinatur: sed solum ad animaz per quam stabilitur in omni loco sicut ⁊ aĩa per deum. ⁊ sic alia inclinatione non indiget. Ad laudem dei Amen.

Sequũtur sermões eiusdez aduentus domini in carnem. Et primo de aduenientis maiestate. et vtrũ deus potuit vel decuit eum naturam assumere humanaz etiã quo ad carnẽ: ⁊ hoc de massa corrupta. Sermo. xij.

Ecce rex tuus venit tibi mansuet⁹. Math. xxj Dicit Bernard. in sermõe. iij. aduentus. In aduentu domini quem celebramus si personam aduenientis intueor non capio excellentiaz maiestatis. si attendero ad quos venerit dignationis magnitudinẽ expauesco. Stupẽt certe ⁊ angeli de nouo: videntes infra se quẽ supra se semper adorant. manifeste iam et descẽdentes ⁊ ascendẽtes ad filium hominis. Si considero propter qd̃ venerit quo ad possum amplector inestimabilez latitudinem charitatis. Si modum cogito exaltationẽ cognosco ꝯditionis hũane. Quid faciendũ putas o aĩa venientẽ susceptura Si tam suspiriosa desideria patres veterꝫ legis ingemĩauerunt ad recipienduz promissuz: quid christiano agendũ qui iam eũ infallibiliter credit susceptuz. O vilis homuncio quid agis qui p̃sentem dñm agnouisti: ⁊ laboriosam eius redemptõem ꝓfluentibus vulneribus recipe meruisti? Quales amorꝫ vices repẽdes? q̃les grãrũactiones? q̃les deniq̃ sollicitudĩes ꝓ salute aĩe tue tã p̃cioso sanguĩe redẽpte? Vide ⁊ sollicit⁹sis: ne ingr̃tus ĩueniaris. ne ꝯqueri cogatur dominus. Precium meum cogitauerũt repellere cucurri in siti oris s. ⁊c̃. Dicit enim Bernard⁹. ꝙ venit dominus agnus ⁊ spõsus. Quia venit dominus cuius maiestas est incomp̃hensibilis. ideo requirit mundiciam. quia linceos habet oculos: angulos cordis curiose perlustrans. Cui ꝯplacet mundas dumtaxat inhabitare mentes: sordes execrans vitiorum. mũdi corde quẽ soli cernere possunt oculi. Beati nãq̃ mũdi corde: qm̃ ip̃i deũ videbũt. stude igr̃ ornatui. Quia ꝓide veĩt agn⁹

cuius mãsuetudo est infatigabilis. ideo requirit contritiosam cõfessionem vt occasionem habeat qua mansuetudinẽ prefert peccatorem nõ flete suspirantẽ recipit ad veniam. O agnꝰ dei qui tollis peccata mũdi quãmagnis laboribꝰ exoluisti ea que tam exiguis suspirijs semper eis ĩdulsisti. Stude ergo pastui. quia pascitur agnus agniculus iste paruulus fletibus nostris tanquã lacte caprarum. iuxta doctrinam Sapientis Prouerbi. xxvij. in fine. Sufficiat tibi lac caprarũ in cibos tuos in necessaria domus tue. ⁊ ad victum ancillis tuis. Nam lac de capris quod est animal fetidũ est lachryma contritiõis de peccatis qua christus pasci debet ⁊ ancille domꝰ eius. i. omnes potentie ipsius anime. quam christus ingreditur seruitiuz exigens. ¶ Quia deniq; venit sponsus cuius amor incõparabilis purum requirit amorez. Adueniens enim sponsus vocari voluit. Ecce sponsus aduenit: exite ei obuiam vt ostendat quãtum affectum illi quisq; debeat. Stude ergo amplexui tuũ affectum illi totaliter incorporando. vt cum sponsa dicere valeas Dilectus meus mihi et ego illi. Et ad hoc nos ꝓuocãt assumpta verba. Ecce rex tuus. ¶ In his verbis primo cõsideranda est maiestas venientis: quo ad maiorez diligentiam ⁊ reuerentiaz incitemur venientem suscepturi. De cuius ĩmensitate dicitur Apocal. xij. ꝙ habebat in vestimento ⁊ in femore eius scriptum Rex regũ ⁊ dominus dominãtium. Vestimẽtuz autẽ dico humanitatẽ assumptaz. Et femur quod est fontale principiuz generatiõis eternaz generatiõem. quia dicitur in vtraq; natura rex reguz ⁊c. Intuemini enim quãtus est iste qui ingreditur non solum ad saluandas gentes: sed etiaz ad inhabitãduz corda fidelium tanquã gratissimuz celum. Vnde Bernard. Non mirum si libenter inhabitat celum hoc dominꝰ Jesus. Non eniz quomõ ceteros (dixit tantum vt fieret) sz pugnauit vt acq̃reret. occubuit vt redimeret. ⁊ post laborem voto potitus ait. Hec req̃es mea ⁊c. Quare domĩe Jesu? Quia delicie mee esse cum filijs hominuz. Mirũ si cor humanuz ex his non moueatur ad diligentem ꝑparatiõem. deuotam susceptionem. debitam gratiarũactionez. ⁊ intimã dilectionez. ꝑsertim cum talis ac tantꝰ nõ solum venit suscepturus animã: sed etiam ipm vilissimũ corpus. Infixus inquit suz in lymo profundi. Juxta consiliũ igitur Bernard. iij. sermõe huius aduentus. Tãte maiestatis. tante humilitatis. tãte charitatis. tante etiam nostre glorificatõnis que ab vniuersa ecclesia semel in anno solenni memoria celebratur. Sed vtinaz ita semel ageretur vt semper id dignꝰ agi desideretur. Quante eniz insanie est vt post tanti regis aduentum alijs quibuslibet negocijs homines se velint seu audeant occupare. ⁊ non magis omissis omnibꝰ soli eiꝰ cultui vacẽt. nec in eius presentia cuiusq; meminerint ceterorum. Sed non omnium est qd ait ꝓpheta. Memoriam abundantie suauitatis tue eructabũt. Siquidẽ nec omẽs hec memoria ꝓascit. Sane nemo qd nõ gustauit: sed neq; ꝙ tantũ gustauit eructat. Ructus enim non nisi de plenitudine vẽtris ⁊ saturitate procedit. Propterea quorum secularis est mens ⁊ vita memoriam hanc ⁊ si celebrant nõ eructant sine deuotione ⁊ affectiõe dies ista arida quadã cõsuetudine obseruãtes. Et quod damnabilius est ipa quoq; inestimabilis huius dignatiõis memoria datur in occasionẽ carnis vt videas eos tanta sollicitudine diebus istis vestium gloriam ciborum parare delicias: ac si hec ⁊ huiusmodi in sua natiuitate querat christus. ⁊ ibi suscipiatur dignius vbi hec accuratius exhibẽtur. Sed ipsuz audite dicentem. Superbo oculo et insatiabili corde cũ hoc nõ edebaz. Quid tanta ambitõe vestes paras ĩ natali meo? detestor ego suꝑbiaz nõ amplector. Quid tanta sollicitudine ciboꝝ copiã reponis in tempus illud: damno ego carnis delicias non accepto? Plane insatiabilis es corde tanta parans ⁊ extaz longo. Nam corpori vtiq; ⁊ pauciora sufficerent ⁊ q̃ possunt oportunius inueniri. Celebrans ergo aduentum meum labijs me honoras: sed cor tuuz longe est a me. Non me colis: sz deus

366

tuus venter est: ⁊ gloria in cōfussione tibi.

Dic igitur queri potest vtruz diuina natura potuerit vniri cum humana natura: b
presertim cum omne vnibile ⁊ nō vnitum est ad actum ⁊ complementuz vnionis possibile. omne autē possibile ad actum ⁊ cōplementum mutabile est ⁊ imperfectū. sed in deo nulla potest esse mutatio. nulla imperfectio. nulla temporalis vnio. Ad hoc respondet Bonauētura super terciū. dis. ꝓma. ꝙ absqz dubio possibile fuit humanā naturam vniri nature diuine in persona filij. Cuius ratio est. quia omnia illa sunt attribuenda diuine potentie que nature diuine non derogant. ⁊ talia sunt que possibile est posse. Diuinam autem naturā vniri humane in vnitate persone non est aliud ꝙ diuinaz personā que fuit ab eterno ypostasis respectu diuīe nature esse ypostasis respectu humane nature in tempore. Hoc autem non dicit imperfectionem: sed potius dignitatē. Sicut enim cum deus sit bonus ab eterno ī nullo fit derogatio sue bonitati dū est causa bonitatis create ī tempore: ꝙuis bonitas creata longe sit imperfectioz bonitate increata. Sicut cum persona filij dei sit ypostasis intellectualis ⁊ spiritualis ⁊ increata ab eterno: ī nullo derogat ei si fit ypostasis rationalis nature create in tempore. Et quēadmodum deus de non creante fit creans in actu absqz aliqua sui mutatione seu innouatiōe: sed sola mutatiōe facta ex parte assumpte nature. Et quemadmoduz cum deus sit in creatura per essentiam. presentiaz. ⁊ potentiam: in nullo dependet a creatura. sed creatura ab ipo tanꝙ a causa conseruāte ⁊ sustentāte. Sic ⁊ deus cuz in creatura rationali ꝙ vnionem nō dependet ab ea. sed potiꝰ ecōtra rationalis natura dependet ab ypostasi diuina. ⁊ habet beatificari in illa. Simile potest inueniri in vnione radij ⁊ cristalli vel vitri. Nam sicut vitrum vel cristallū si superinducaī radio paruam domuz illuminati cristallum illam dicitur illuminare ⁊ a radio pertrāsiri ⁊ ei copulari absqz mutatione facta ex parte radij: sed solum ex parte cristalli. simili modo sed longe spiritualius intelligenduz in assumpta natura ⁊ persona verbi. Secundo queri potest vtrum fuit cōueniens deum incarnari. et videtur ꝙ nō. quia cum deus ab eterno fuit ipa essentia bonitatis. ideo optimuz est ipsum esse sicut fuit ab eterno. sed deus fuit ab eterno absqz omni carne. igitur cōuenientissimuz est non esse carni vnitum. Nimirum cum deus ⁊ caro in infinitū distāt. quia deus simplicissimus est. caro autē humana composita ⁊ ī infinitum distātia incōuenienter cōiungūtur. sicut incōueniēs est iū ctura si quis pungēdo cervicem equinam iungeret capiti humano. Ad hoc respondet sanctus Tho. in tercia parte summe. q. j. ꝙ vnicuiqz rei cōueniens est illud quod sibi competit scōm rationez proprie nature sicut homini cōueniens est rationari. quia hoc competit sibi inqztum est rationalis sm suam naturam. Ipsa autem natura dei est essentia bonitatis. vt patz per Dyonisiū. j. capi. de diui. no. Unde quicquid pertinet ad rationez boni cōueniens est deo. Pertinet autem ad ratōnem boni ꝙ aliis se cōmunicet. vt patet per Dyoniuz. j. capi. de diui. nomi. Unde ad rationem summi boni pertinet ꝙ summo modo creature se cōmunicet ꝙ maxime fit ꝓ hoc ꝙ naturam creatā sic sibi cōiungit vt vna persona fiat ex tribus. verbo ⁊ aīa et carne. sicut ait Augusti. xiij. de trini. Unde licet vniri deo ī vnitate persone nō fuit cōueniens carni humane sm conditiōem sue nature. quia hoc erat supra dignitatē ipius. Cōueniens fuit tamē deo sm infinitaz excellētiam bonitatis eius vt eam vniret sibi pro salute humana. Nec propter hoc aliquo modo deus est a suo statu imutatꝰ ī quo fuit ab eterno. sed creata natura sm rationem sui que mutabilis est per assumptionem imutata est. Et sicut cum priꝰ nō esset vnita deo postmoduz fuit vnita deo.

Tercio proinde queri potest vtrum conueniēs fuit ꝙ christus acciperet corpꝰ terrenū. cuz dicit. j. Cor. xv. ꝑmꝰ hō de terra terrenꝰ. secūdꝰ ō celo celestis. ⁊ oē optimū vticqz do ē attribuēdū. sz inē oīa corpa corpꝰ nobilissimū ē celeste. Ad ꝟ rñdet Tho. c

vbi supra. q. v. ꝙ corpus debuit esse terre-
num et non celeste propter tres rationes.
Prima est quia si sumpsisset corpus cele-
ste sicut posuit Valentin⁹: tunc non salua
retur veritas hūane nature in christo. Cū
enim forma hominis sit quedam res natu
ralis. requirit determinatā materiam sci-
licet carnem ⁊ ossa. que in hominis diffini
tione ponere oportet. vt patet per philoso
phū. vij. Metha. Secunda est quia homo
etiam derogaret veritati eoꝝ que christus
in corpe gessit. quia cum corpus celeste sit
impassibile ⁊ incorruptibile: vt dicitur in
p̄mo de celo. ꝙ filius dei celeste corpus as-
sumpsissz non vere esurisset nec sitissz: nec
etiam passionez ⁊ mortem sustinuisset. nec
aliquid eorum que euangeliste narrant s̄m
veritatem gessisset. et sic sequeret̄ ꝙ nō fu
isset vera salus hoīs subsecuta. Tercia est
quia hoc etiaz derogaret veritati diuine.
Cum enim filius dei ostenderet se homini
bus quasi corpus carneum ⁊ terrenum ha
bens fuisset falsa demōstratio si corpus ce
leste habuisset. Et ideo dicit̄ in libro de ec-
clesiasticis dogmatibus. Natus est filius
dei carnem ex virginis corpore trahens.
⁊ non de celo secum afferens. Nec hoc de
rogat diuine dignitati ⁊ glorie: sed ad ma
ximam dei gloriam pertinet ꝙ corpus in-
firmum et terrenū ad tantaz sublimitatez
ꝓuehit. Vnde in synodo ephesina legitur
ꝙ verbum sancti Theophili dicentis qua
liter artifices optimi non in preciosis tan
tum materiebus artez ostendentes in ad-
miratione sunt: sed vilissimuz lutum ⁊ ter
ram dissolutam plerūqꝫ assumentes sue di
scipline demonstrātes virtutes multoma
gis laudātur. Ita omniuz optimus arti-
fex dei verbum non aliquam preciosaz ma
teriam corporis celestis apprehēdens ad
nos venit: sed in luto magnitudinē sue ar
tis ostendit. Quarto itaqꝫ queri potest
vtrum igitur decuit dei filiuz assumere na
turam humanaz de massa perditōnis siue
de genere Adam. p̄sertim cum nobili for-
me debet aptari nobilis materia. Cuz igi
tur aīa christi purissima fuit et īmunis ab
omni peccato: merito etiaz christi caro de
buit esse ab om̄i peccati corruptōe aliena.
Ad hoc respondet Bonauētura super. iij.
distin. xij. ꝙ absqꝫ dubio dei filius aliunde
carnem assumere potuisset q̄ꝫ de massa cor
rupta. i. q̄ꝫ ex his qui de genere Adam pro
cesserūt. magis tamen cōgruebat ꝙ de ge
nere Ade carnem assumeret propter qua-
tuor principaliter. Primo propter cōser-
uandaz iusticie rectitudinē. vt scilicz eius
dem generis essent preuaricator et satisfa
ctor. quia si fuisset alterius generis nō at-
tribueretur eidem generi satisfactio cui et
offensio. et sic non recte seruaretur iusticie
rectitudo: que requirit ab illo genere emē-
dam: in quo reperit p̄cedentem offensam.
Secundo propter dulcedinem misericor-
die diuine manifestandā. vt scilicet ip̄e do
minus qui ꝯtemptus ab homīe fuerat tan
q̄ꝫ aduersario ⁊ inimico ip̄e idem generi hu
mano vniretur in christo in vnitatē perso-
ne. in qua manifestat̄ dei mira condescen-
tia. in eo ꝙ ip̄e genus humanuz sibi inimi-
cum cōiungere voluit: sibi per indissolubi-
le vinculum. Nūquid igitur exaltationem
meruit culpa? Certe non. Sed ne amplius
fugeremus ab eo nostram naturam insepa
biliter sibi vnire voluit vinculo non solum
amoris: sed vnionis. Tercio propter ordi
nationē diuine sapiētie demōstrandā: que
nullatenus infringi potest ex vitio nostro.
Decreuerat eniz deus ꝙ ex vno totū gen⁹
humanū seminaret̄. ⁊ multiplicaret̄ ꝓpter
rep̄sentationē illius vniuersalis principij
qd̄ est deus. nec hoc ꝑ peccatū infringi de-
buit. Ido christus qui est mediator dei ⁊
hominū homo ver⁹ non aliūde: sed de mas-
sa totius generis humani formari debuit.
Quarto propter altitudinem humane na
ture cōseruādam quā deus in tanta digni
tate cōdiderat vt nulli alij creature gene-
ri: sed soli deo obnoxia essz. Si igit̄ nō mo
dicū est obnoxia redemptori: decēs est vt
redēptor aut solūmodo de⁹ esset. aut si ha-
beret in se genus nature create: hoc eēt de
genere illi⁹ masse q̄ ortū habuit de lumbis
Ade. vt sic nat̄a hūana nulli alteri create
nat̄a māeret obnoxia. ⁊ pl⁹ q̄ꝫ p⁹ exaltare
dignatiōe diuīa. Vñ dicit Bern̄. s̄mōe.

Quanti te deus fecit ex his que pro te fa-
ctus est agnosce vt tibi appareat benigni-
tas eius in humilitate. quāto enim mino-
rem se fecit: tanto maiorē se exhibuit in bo
nitate. et quanto pro me vilior: tanto mi-
hi charior est. Aduerte o homo quia lim⁹
es ⁊ non sis superbus. Et quia deo cōiun-
ctus es: non sis deo ingratus. Denicq; ad
id q; prius arguebatur nobili forme debet
respōdere nobilis materia. Ad hoc respō-
det ibidem Bonauētura. q; hoc verus est.
Et ideo caro christi que multus nobilis fu
it cum ad animas nobilissimā aptata fuit.
Fuit enim optime complexionata ⁊ ab om
ni corruptione ⁊ feditate cōcupiscētie ali
ena. Nas ita pura fuit illa caro benedicta
per virtutem agentem spiritussancti: sicut
de celesti substantia sumpta fuisset. Nibi-
lominus sumpta fuit de illa corruptionis
massa: licet opere sancti spiritus mirabili-
ter purificata et ineffabiliter. quia vtrūq;
scilicet nature veritas ⁊ puritas incarna-
tioni illius maxime congruebat. Unde Ber
nard⁹ in epistola quadā. Nemo hominum
nouerit nec noscere possit ad plenum quid
boni ad gratiam. quid cōgruentie ad sapi
entiam. quid decoris ad gloriam. quid cō
modi ad salutem penes seipam contineat
huius venerandi misterij: scilicet humane
redemptionis inscrutabilis altitudo. Ad
laudem dei Amen.

De aduentus propinquitate et q? non conueniebat deum incarna ri in principio vel in fine: aut etiam si homo non cecidisset.

Sermo xiij.

Ecce rex tuus venit
tibi mansuetus. Zach. xxj. Si-
cut ait Augusti. super Johannē
q; nulla fuit causa veniendi christo domīo
in hunc mundum nisi peccatores saluos fa
cere. tolle morbos. tolle vulnera nulla erit
causa medicine. Uenit ergo ō celo magn⁹
medicus. quia per totus mundus iacebat
grotus. Genus enim humanus totum pe
rat ex quo peccauit vnus in quo totum
erat. Ideo venit vnus sine peccato q; sal-
uos faceret omnes a peccato. Non enī eū
de celo merita nāa: sed peccata traxerūt.
Uecille. Ex quo patet quātum nos deus
amauit nondū amantes: imo per peccata
blasphemantes. Unde ꝓma Johan. iiij.
In h apparuit charitas dei in nobis. quo
niam vnigenitū filium suum misit deus in
mundus vt viuamus per eum. In hoc est
charitas non quasi nos dilexerimus deū.
sed quoniaz ipe prior dilexit nos. De qua
charitate dicit Hugo de laude charitaz.
Nescio si quid maius in laudez tuam dice
re possim q; vt deum de celo traheres ⁊ ho
minē de terra ad celum eleuares. Magna
est virtus tua vt per te vsq; ad hoc humili
aretur deus: ⁊ vsq; ad hoc exaltaretur ho
mo. Et igitur iuxta exhortatōez Augusti
ni de catheziſandis rudibus. Ama amorē
illius q; amore tui amoris descēdit in vte-
rum virginis. et qui amorem suum amori
tuo copulauit: humiliādo se sublimādo te
cōiungēdo lumen eternitatis sue limo tue
mortalitatis. Et hoc ꝓtendūt verba the-
matis visionem spiritualez ingerentis: vt
consideracio affectionem excitet. affectio
proximationē. proximatio sequelaz. seque
la gratam assimilationē. vt pariter conse-
quamur illud elogiuz in Canōica Johan
nis. Charissimi. nunc filij dei sum⁹: sed nō
dum apparuit quod erimus. Cum autē ap
parverit similes erim⁹. quoniaz videbim⁹
eum sicuti est. Ecce ergo rex tuus ⁊c. O ō
verbum mater ecclesia ingemīat vt oīes
ad debitam considerationē tam desidera-
bilis aduentus. ꝓuocet. ⁊ sollicitaz prepa-
rationem ingerat. Nam secundo hoc ver-
bum denotat aduentus huius salutiferaz
ꝓpinquitatem. Et Ambrosi⁹ dicit sup Lu
cam. q; hoc tempus non sine causa domini
aduentus vocatur. Ideo sancti enim pa-
tres celebrare ceperūt aduentū vt se vnus
quisq; infidelis ꝓparet ⁊ emēdet vt digne
dei sui natiuitatem celebrare valeat. Sed
vt dicit Bernard⁹. sermone ꝓmo de aduen
tu. Infelices filij Adam omissis salutari-
bus studijs ⁊ veris. caduca potius ⁊ trāsi
toria querunt. Quibus inquit assimilabim⁹

homines generatōis huius quos videm⁹ a terrenis cōsolatiōibus quelli non posse. Profecto similes sunt his q̄ piclitant̄ sub mersi in aquis. nimirū videas eos tenētes tenere, nec vlla ratōne deserere qō primū occurrit manibus quicq̄d sit illud: licet sit aliquid vile qō ꝓdesse oīno nō pt̄. vt sunt radices herbarū cereaq̄ similia. Nam si qui forte ad eos veniāt nōnunq̄ solent apprehensos inuoluere secū: adeo vt iaz nec illis nec sibi auxiliū ferre ꝑualeant. Sic pereunt in hoc mari magno ⁊ spacioso miseri dum peritura sectantes omittūt solida quibus apprehēsis emergere ⁊ saluare possunt animas suas. Vos autē fratres quibus tanq̄ paruulis reuelat deus q̄ abscondita sunt a sapientib⁹ circa ea que vere salutaria sunt sedula cognitione versamini. Nec enī tā deuote eccl̄ia vniuersa pñtez celebraret aduentuz: nisi lateret in eo magnū aliqō sacramentū. a Ad euidentiam igit̄ aduent⁹ ꝓpinquātis ꝑmo queri potest vtz ꝙueniens fuisset deum incarnari a ꝓncipio generis hūani. ꝑsertim cum incarnatiōis opus ex īmensitate ꝓcessit diuīe charitatis: ſm illud Ephe. ij. Deus qui diues est in misericordia ꝓpter nimiā charitatē suam qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis ꝙuiuificauit nos in christo. Sed charitas nō tardat amico subuenire necessitatē patiēti: ſm illud Prouerbi. iij. Ne dicas amico tuo vade ⁊ reuertere cras dabo tibi: cū statim possis dare. Ex quo ptz q̄ pfecte diligentē nō decet tantū magna dare: sed etiā cito dare. Ad ꝟ rñdet Tho. in tercia ꝙte summe. q̄ opus incarnatiōis dñi principal̄r ordinet̄ ad reparatōez nature hūane ꝓpter peccati abolitōez. manifestū est autē q̄ non fuit ꝙueniens a ꝓncipio hūani generis ante peccatū deū incarnatū fuisse. Nō enī dat̄ medicina nisi iā infirmis. Hinc dicit dñs Math. ix. Nō est opus valētibus medicus, sed male habentibus. nō enim veni vocare iustos: sed peccatores. Nec etiā statim post peccatū cōueniens fuit deū incarnari. qz sapiēs artifex non tantū facit opus suū modo ꝙruo sed etiā tpe ꝙruo. Cum igit̄ deus sit sapientissimus opator: tempe ꝙruētissimo facere voluit op⁹ incarnatōis. ⁊ iō nō fecit illud post peccatū. qz tūc nō ꝙruebat. Nō sic patet. Nam vt dicit Bonauētura sup tercīū. dis. j. Eius īcarnatio fuit medicina spūalis ꝙtra morbū peccati. Nō aūt operatur sic medicina spūalis sicut corporalis Corpalis enī operat̄ natural̄r. spūalis requirit deuotionē suscipiētis de lege cōmuni: si suscipiens adult⁹ sit. Ad quā deuotionem ꝑexigebat ipius morbi cognitio: qui manifestabat̄ in legis ⁊ ꝓphetaruz ꝓnunciatōe. ⁊ post ꝟ cōgruū fuit exhiberi medicinaz in plenitudine tēporis. Et ideo licz ad perfecte diligentē ꝓtinet cito dare hoc est intelligendū qñ pensatis oībus meli⁹ est cito dare q̄ expectare. Aliter. Quātū cunq̄ medic⁹ egrotū diligat ante ꝓparationem: tñ dare sibi medicinā non festinat. Sic etiā deus pfectū īcarnatōis remediū dare noluit: nisi pri⁹ essent pfecta remedia ꝓparatiua ad pfecte medicine susceptionē Vnde licz amoris magnitudo būficia facit accelerari qñ talis acceleratio ꝓdest ei quē amat. tamē qñ dilatio magis ꝓdest q̄ acceleratio: tūc amor potius facit differre qz diuin⁹ amor semp ſm dispositiōem ⁊ regulā sapiētie operat̄. Et ꝓptereq qz dilationē exigebat ordinis cōgruitas: acceleratiōem nō faciebat amoris īmensitas. Unde principal̄r quinq̄ ratōes assignari possunt huius dilationis cur magis ꝙruū fuit dei filiū incarnari quasi in fine seculoz q̄ in principio. Prima est ſm Bonauēturam vbi sup. ꝓpter peccatū hominis puniendum. In hoc enīz manifestat̄ vltōis diuine seueritas quē tantos clamores ⁊ luctus hominuz sustinuit antec̄ descendere voluit. ⁊ Adam cum omni posteritate sua tāto tempe miserabiliter in tenebris exulans fuit celesti paradiso priuat⁹. ⁊ hoc ꝓpter manifestationē diuine iusticie que nihil inultum relinquit. Secūda est propter morbum melius curanduz. Morbus enim spūalis non sanat̄ debite: nisi prius infirmus euz cognoscat ⁊ p curatōe illius gratus existat. Plus enim egrotat homo ꝓpter ingratitudinem pro curatione q̄ per

368

culpe ꝯmissionez. Et ideo debuit deus differre beneficiũ incarnatõis vt homo ꝯuinceretur de impotẽtia et ignorantia anteq̃ deus incarnaret̃ ⁊ in lege indita: ⁊ in lege scripta. ⁊ sic ꝯuictus vndiq̃ fugeret ad diuinam gratiã. ⁊ sic ꝯfugiens efficaciter curaretur. Reliquit enim deus hominẽ in libertate arbitrij in lege nature: vt sic vires nature sue cognosceret vbi cũ deficeret accepit legem scriptaz qua data morbus inualuit non legis: sed vitio nature. vt ita cognita infirmitate propria clamaret medicum ⁊ gratie quereret auxiliũ. Tercia causa ſm Tho. vbi supra fuit ꝓpter dignitatẽ ip̃ius verbi incarnati. quia sup̃ illud Gal. iiij. At vbi venit plenitudo tp̃is. dic̃ Glo. q̃ quãto maior iudex veniebat: tanto preconuz series longe p̃cedere debebat. Congruebat enim munus tam excellẽtissimuz maximis suspirijs exspectari. ⁊ affectuosissimis desiderijs suscipi. Et sicut dicit Ambrosi⁹ super Psal. Beati ĩmaculati. Quo diutius abest illud quod desiderat̃: tanto expectantis desideria vi quadam amoris ignescũt. caro deficit: sed cupiditas alitur nutritur ⁊ auget̃. Alioq̃n vt dicit Gregorius omel. xxiij. super euãgelia. Si desideria dilatione deficiunt: desideria non fuerunt. Vnde patres veteris testamenti tãtis desiderijs suspirabãt christi aduentuz dicentes. Veni dñe ⁊ noli tardare. Et iterum. Vtinã disrumperes celũ ⁊ descenderes. Et multa silia: adeo vt diceret Bern. super cantica. Desideria sanctoꝝ patrum suspirantiũ in carne christi aduentum seu presentiã frequẽtissime cogitans. confundor ⁊ compũgor in meip̃o ⁊ nunc vix contineo lachrymas. ita me tedet ⁊ pudet temporis tẽporis hui⁹. Quarta causa fuit ſm Bonauẽturam propter ordinem vniuersi obseruãdum. Quia eniz hoc erat plenuz ⁊ maximuz beneficiũ differri debuit vsq̃ ad plenitudinẽ dieꝝ vt sic ab imp̃fecto paulatim ꝓcederet ad perfectũ. j. Corinth. xv. Non prius q̃d spirituale est: sed q̃d animale et deinde quod spũale. Prim⁹ homo de terra terrenus. Secũdus homo de celo celestis. Gal. iiij. Vbi venit plenitudo temporis. Quinta causa est ſm eundez ꝓpter incarnatõis beneficiũ amplius ꝯmendandum. Q̃d enim amplius differtur ⁊ diutius desiderat̃ preciosi⁹ reputatur. ⁊ ido beneficiuz hoc q̃d inter dei beneficia potissimuz est prius esse debuit desideratũ ⁊ exspectatũ q̃ exhibituz ⁊c̃. Q⁊ si obijciatur christus vt dicitur. j. Thimot. j. Venit in hũc mundũ peccatores saluos facere. Sz plures saluati fuissent si christ⁹ a principio humani generis incarnat⁹ fuissz. Plurimi nãq̃ deum ignorãtes in peccato suo perierunt in diuersis seculis. Ad hoc respondet Augus. in libro de perseuerãtia. dicens q̃ sicut ait ap̃lus. Non volentis neq̃ currentis: sed miserẽtis est dei. qui his quos ꝓuidit (si apud eos facta essent) suis miraculis creditores quib⁹ voluit subuenit. Alijs autem non subuenit: de quib⁹ in sua predestinatõe occulte quidez: sed iuste aliud iudicauit. Ita misericordiã eius in his qui liberãtur. ⁊ veritatez in his qui puniũtur sine dubitatõe credamus. Vnde dicit ibidem Augusti. Nũquid possum⁹ dicere tyros aut sydonios talibus apud se virtutibus factis credere voluisse si fierent. cum ip̃e domin⁹ eis ꝯtestet̃ q̃ acturi essent magne humilitatis penitentiaz si in eis facta essent illa signa diuinarũ virtutum. Sz vt ait apostolus. Cui vult miseretur. ⁊ quem vult indurat. Et non est qui dicere potest. Cur ita facis? Sed quia de hoc multa dixi alibi. p̃sertim in sermõe de predestinatione. ido ad p̃sens sup̃sedeo. Deinde queri potest. vtrum opus incarnatõis differri debuit vsq̃ in finẽ mũdi. sicut in Psal. innuere videtur. Et senectus mea in misericordia vberi. Vbi dicit Glo. i. ĩ nouissimo. Sed tempus incarnatõis est maxime tempus misericordie. iuxta illud p̃s. Quoniam venit tempus miserẽdi eius. Nimiꝝ cum illud q̃d est maxime perfectuz vltimũ debz esse in tempore. sed summa perfectio in humana natura est in vnione ad verbũ quia in christo cõplacuit omnez plenitudinem diuinitatis inhabitare. vt dicit apostolus Colosen. j. Ad hoc respondet Thomas in tercia p̃te. q. j. articulo. vj. q̃ sicut

non fuit cōueniens deum incarnari a prin
cipio mūdi. sic nō fuit ꝯueniēs ꝙ eiꝰ incar
natio differret̄ vsq̄ ad finē mūdi. qd̄ p̄mo
patet ex diuine ⁊ humane vnione nature.
Nam in incarnatiōe humana natura pro
ducta est ad summā perfectōem. ideo non
decuit ꝙ a principio humani generis īcar
natio facta fuisset. in eo ꝙ de imp̄fecto fit
perfectum: imperfectū tempore p̄cedit per
fectum. Oportet eniz ꝙ imago primo tra
hatur debitis liniamentis anteq̄ colore
tur. Sed quia verbuz incarnatū est huma
ne nature perfectōis causa efficiens: scd̄m
illud Johan. iij. De plenitudine eius om
nes accepimꝰ. Ideo non debuit incarna
tionis opus vsq̄ in finem mundi differri.
quia in eo ꝙ est causa efficiens perfectōis
perfectuz tempore p̄cedit imperfectū. sed
perfectio glorie ad quam vltimo perducē
da est natura humana per verbuz incarna
tum erit in fine mūdi. Secūdo patet ex ef
fectu hūane salutis. vt dicit̄ in libro de que
stionibꝰ noui ⁊ veteris testamēti. In po
testate dantis est quātum vel quādo velit
misereri. Venit ergo quādo queri ⁊ subue
niri sciuit esse gratum. Cum eniz languore
quodaz hūani generis abolescere cepisset
cognitio dei inter homīes et mores īmuta
rentur eligere dignatus est Abraham: in
quo forma erat renouate noticie dei ⁊ mo
rum. Et cum adhuc reuerētia segnior essz
postea legez literis Moysi dedit. Et quia
gentes eam spreuerūt non se subijciētes il
li. neq̄ hi qui acceperūt seruauerūt. motus
misericordia dominꝰ misit filiuz suum: qui
data remissione peccatoꝝ: illos deo patri
iustificatos offerret qui de hoc grati forēt
Si igitur remediū hoc differret̄ vsq̄ in fi
nem mundi: totaliter dei noticia ac reuerē
tia ⁊ moruz honestas abolita fuissz in ter
ra sicut ecōuerso non est facta in principio
generis humani: ne feruor dei temporis se
quētis ꝓlixitate penitus tepesceret ⁊ mul
toruz charitas infrigesceret. Unde Luc.
xvij. dicit̄. Cum filius hominis veniet pu
tasne ꝙ inueniet fidem? Tanta nanq̄ cha
ritas erit fidelium in terra ꝙ vix inuenie
tur verus fidelis in terra qui tam opere et
sermone q̄ fide p̄fectus sit. Deniq̄ que
ri potest vtruz congruū fuisset deuz incar
nari si non cecidisset humana natura. p̄ser
tim cum requiri videt̄ ad perfectōem vni
uersi ꝙ creatura que s̄m Grego. habet ali
quid cōmune cum qualibet parte vniuersi
etiam vniretur perfecte suo p̄ncipio. et vt
in deo deificaret̄ totus homo q̄tum ad in
tellectualē ⁊ corporalem visionē. Ad hoc
respondēs Richard. super terciū. distin. j.
declinat in hanc partem. ꝙ incarnatio fi
lij dei fuit tante dignatōis ꝙ nunq̄ incar
natus esset si genus humanum non cecidis
set. cuius lapsum oportebat per illum qui
deus esset ⁊ homo reparari. Naz si homo
non peccasset: nihilominꝰ vniuersum perfe
ctum fuisset absq̄ eo ꝙ deus incarnatꝰ fu
isset. quia ad perfectōnem vniuersi non re
quireretur vnio rationalis creature per as
sumptionem in vnitatem persone cum suo
principio: sed suffecisset illa que est per cla
ram visionem et perfectaz fruitōnem. ꝙ si
homo non peccassz ⁊ deus incarnatus nō
fuisset: nihilominꝰ tamē essentiali beatitu
dine homo beatus fuisset. Illa v̄o beati
ficatio que est in corporali visione accidē
talis est. nec etiam remansisset corpus nō
beatificatuz. quia de plenitudine beatitu
dinis ip̄ius anime redundasset in corpus.
sicut ⁊ post resurrectionem redundabit in
ipsum corpus beatitudo ip̄i corpori cōue
niens. Unde Augusti. ad Dyoscorū. Taz
potentez fecit deus animam vt ex eius ple
nissima beatitudine que in fine temporuz
sanctis promittit̄ redundet in inferiorem
naturam que est corpus: non beatitudo q̄
fruentis ⁊ intelligētis est propria: sed ple
nitudo sanctitatis ⁊ incorruptōis vigor.
Post lapsum tamē hūani generis ad per
fectōnem vniuersi requirebatur incarna
tio dei que erat futura repatio generis hu
mani ad pristinam dignitatē: cui aliter ne
quaq̄ ad plenū restituta fuisset vt videbi
tur. Ad laudem dei. Amen.

369

De assumendis personalitate vtrum sola persona filij assumsit vel assumere potuit naturam humanā et vtruz beata Maria hoc meruit ac mater dei appellanda sit. Sermo. xiiij.

Ecce rex tuus venit tibi mansuet⁹. Math. xxj. Dicit Bern. in ꝑmone. j. aduētus. Vos aūt fratres quib⁹ tanq̄ ꝑuulis reuelat de⁹ q̄ abscondita sunt a sapiētib⁹ ⁊ prudētib⁹ circa ea q̄ vere salutaria sunt sedula cogitatōe versamini. diligēter pensate ratōez hui⁹ aduētus querētes nimiꝝ quis sit q̄ veniat. ⁊ quāt⁹ sit iste qui ingredit̄ ad saluādas gentes. Ipe enī est ꝑm Gabrielis testimoniū altissimi filius ac ꝓinde coaltissimus ipe. Neq̄ enim fas est dei filiuz degenerem suspicari: sed eq̄lis paterne necesse est altitudinis ⁊ eiusdē penit⁹ dignitatis. Nam ⁊ ꝓncipū filios principes ⁊ filios reguz reges esse quis nesciat. Verūtamē q̄d sibi vult q̄ e trib⁹ ꝑsonis q̄s in summa trinitate credim⁹ ꝯfitemur ⁊ adoram⁹. Non pater. non spūssanctus aduenit: sed filius. Minime quidem id arbitror esse factuz sine causa. nec sine altissimo trinitatis consilio factū ē vt fili⁹ aduenirет. Hec Bern.

a Et ꝑ est terciū q̄d inquirēduz denotat hoc aduerbiū ecce. Cui⁹ occasiōe ꝑmo quis querere pōt vtꝝ vna ꝑsona in diuinis assumere potuit naturā creatā alia nō assumēte. ꝑꝑtim cū indiuisa sint opa trinitatis vt dicit Aug⁹. in Ench. Sicut enī triū ꝑsonarum est vna essentia. sic etiaz vna opatio. sed assumere quidē est opatio. Ad hoc respondet Tho. in tercia ꝑte summe. q. iij. q̄ assumptio duo importat. s. actū assumētis ⁊ terminū assumptōis. Actus igit̄ assumētis ꝓcedit ex diuīa virtute q̄ ꝯmunis ē tribus ꝑsonis. ⁊ sic assumptio ꝑm ei⁹ principium ꝯuenit nature diuine ꝑm seipam. quia eius virtute assumptio facta est. Sed terminus assumptōis est ꝑsona. q̄z esse terminum assumptiōis nō ꝯuenit diuine nature ꝑm seipam: sed rōne ꝑsone in q̄ sistit̄. Illd enim q̄d ꝑtinet ad rōnē termini sic vni persone ꝯuenit q̄d nō ꝯuenit alij: ita q̄ tres ꝑsone fecerūt vt hūana natura vniret̄ vni ꝑsone. s. filij. vt verbi grā. Pater assumit naturā hūanā ad personaz verbi. nō tn̄ ꝓpter hoc assumit eā ad se. Dicitur tn̄ tota natura diuina incarnata. nō q̄z est īcarnata in om̄ib⁹ ꝑsonis: sz q̄z nihil deest de ꝑfectione nature diuine ꝑsone incarnate. Dicitur etiā natura diuina īcarnata nō quia natura diuina ꝯuersa est in substātiam carnis: sed q̄z naturā carnis assumpsit. Vnd̄ dicit Damas. Dicim⁹ naturā dei incarnatam esse ꝑm beatos Anastasiū ⁊ Cyrilluz. Vn̄ de trinitatis operatōe ⁊ solius filij īcarnatōe pōit similitudinē Aug⁹. in libro de incarnatōe dn̄i ꝯtra iudeos dicēs. Iudee cytharam respice vt musicū melos sonis dulcib⁹ reddat tria ꝑiter adesse vident̄ ars. man⁹. ⁊ corda. Ars dictat. man⁹ tangit corda sonat. Nec ars nec manus sonū reddūt: sed cū corda ꝑiter opant̄. Sic nec pater nec spūssanct⁹ carnē assumpserūt: et tn̄ cum filio ꝑiter operant̄. sonū sola corda excutit carnē christ⁹ solus suscepit opatio in trib⁹ constat. sed quō ꝑtinet ad solā cordam soni redditio: sic ad soluz christū ꝑtinet carnis susceptio. Secūdo queri pōt b vtꝝ etiā aliq̄ ꝑsona diuīa potuit assumere carnē hūanā ꝑter ꝑsonā filij. ꝑꝑtiz cū q̄cq̄d pōt fili⁹: pōt ⁊ pater ⁊ spūssanct⁹ quib⁹ est vna essentia. potētia. ⁊ maiestas eque per oīa. Ad ꝑ rn̄det Tho. ibidē. q̄ assumptio importat. s. actū assumentis ⁊ terminum assumptōis. Principiū aūt actus est virt⁹ diuīa. termin⁹ aūt est ꝑsona. Virtus aūt diuīa eq̄liter ⁊ indifferēter se habz ad oēs personas. Quando igit̄ aliq̄ virt⁹ se habz indifferēter ad aliq̄ plura: pōt ad q̄d libet illoꝝ suā actiōem termīare. sicut ꝑtz in potentijs rōnalib⁹ q̄ se hn̄t ad opposita: quoꝝ vtrūq̄ agere possunt. Sic igit̄ virt⁹ diuīa potuit naturā hūanam vnire ꝑsone ꝑtis vel ꝑsone filij: sicut eā vniuit ꝑsone filij. Verūtamē magis ꝯueniēs fuit dei filium incarnari q̄ ꝑtem vel spm̄sanctū. quia dicit Damasce. l. iij. in misterio īcarnationis manifestata est sapīa dei ⁊ virt⁹ dei. Sapiētia quidē q̄z īuenit difficilimi precij

solutionē valde decentissimā. Virtus autem qꝛ victū fecit rursus victorē. que duo scz sapientia ⁊ virt⁹ appropriant̄ filio: ſm illud. j. Coꝝ. j. Predicam⁹ christū dei virtutem ⁊ dei sapientiā. Unde principaliter tres possunt allegari ratōes ꝯgruētie quare magis filius incarnat⁹ est q̄ patet ⁊ spiritussanct⁹: que tangunt̄ a sancto Thoma vbi sup̄. Prima ratio cōgruentie sumitur ex peccato p̄mi parētis: cui per incarnationem remediū exhibet̄. Unde dicit Ber. ſmone. j. aduētus. Si ꝯsideram⁹ exilij nostri causam fortassis aduertere possum⁹ ex parte q̄ cōgruuz fuit a filio nos maxime liberari. Lucifer enim ille qui mane oriebat̄ ꝑ eo q̄ altissimi similitudinē vsurpare tēptauit ⁊ rapinā arbitrat⁹ est esse se equalē deo qd̄ vtiq̄ filij est: illico corruit. qꝛ zelauit ꝑ filio pater ⁊ opere dixisse videt̄. Mihi vindictā da ⁊ ego retribuam. Cōtinuo videbat sathanā tanq̄ fulgur d̄ celo descēdentē seu cadentē. Quid tu superbis terra ⁊ cinis? si sup̄bientib⁹ angelis deus non pep̄cit: quātomagis tibi putredo ⁊ v̄mis Nihil ille fecit. nihil ille op̄atus. tantū ille cogitauit sup̄biā. ⁊ in momēto in ictu oculi irrep̄abiliter p̄cipitat⁹ est. Fugite sup̄biam fratres mei q̄ tam velociter ip̄m sideribus cunctis clarius micantē eterna caligine obtenebrauit. ⁊ nō modo angelū: sz angeloꝝ primū in diabolū ꝯmutauit. Unde ⁊ ꝑtinus īuidens homini quā ꝯceperat in seip̄o iniquitatez in eo pep̄it: suadēs vt lignū vetitū gustans fieret sicut deus sciēs bonum ⁊ malū. Cum tamē in dei filio sunt omnes thesauri sap̄ie ⁊ sciētie absconditi. Quid polliceris miser: quid ꝓmittis. Vere mendax es ⁊ pater ei⁹. Tuq̄ homo quē videns furē currebas cum eo. ⁊ qd̄ filij dei est illi⁹ ꝯsilio surrip̄e temptabas. Nec dissimulat iniuriā filij pater: sed ⁊ in ip̄m hominē vindictā retribuit ⁊ expulit ex paradiso. Porro quoniā omnes in Adā peccauimus: etiā in eo cūcti sententiā damnationis accepim⁹. Videns igit̄ filius ꝑ se zelare patrē ⁊ nulli penit⁹ parcere creature. Ergo inquit occasiōe mei creaturas suas pater amittit angelos multos ⁊ homines vniuersos. Ut ergo sciant qꝛ ⁊ ego diligo patrē vadā ⁊ talem eis exhibebo meip̄m: vt quisq̄s imitari gestierit fiat ei emulatio in bonū. ⁊ per me pater recipiat quos quodāmodo per me amisisse videt̄. ⁊ sic ꝯueniens fuit vt per verbū vere sap̄ie reduceret̄ in deū qd̄ per inordinatū appetitū scientie recesserat a deo. Secūda v̄o ratio ꝯgruētie sumit̄ ex parte vniōis. Nam ꝯueniēter vniunt̄ ea q̄ sunt similia. In ipsius aūt p̄sona filij qui est verbū dei attēdit̄ vno modo ꝯueniētia ꝯmunis ad totā creaturā. qꝛ verbū artificis. i. ꝯcept⁹ eius est similitudo exēplaris eoꝝ que ab artifice fiūt. Unde verbū dei qd̄ est etern⁹ ꝯceptus eius similitudo est exēplaris toti⁹ creature. ⁊ ido sicut per participatōez hui⁹ similitudinis creature sunt in specieb⁹ ꝓprijs institute: sed mobiliter ita per vnionē verbi ad creaturā participatiuā: sed p̄sonalē ꝯueniens fuit rep̄ari creaturā in ordine ad eternam ⁊ īmobilē p̄fectōem. Nam ⁊ artifiex ꝑ formam artis ꝯceptā qua ꝯdidit artificiatuz etiā ip̄m si collapsuz fuerit restaurat. Alio modo ꝯuenientiā habet specialiter cū humana natura. ex eo q̄ v̄bū est ꝯcept⁹ eterne sap̄ie a quo oīm hoīm sap̄ia deriuat̄. et ideo homo ī sap̄ia ꝓficit per hoc que est ei⁹ ꝓpria p̄fectio vt est rōnalis qd̄ participat verbuz dei. sicut discipul⁹ instruit̄ per hoc q̄ recipit verbū magistri. ⁊ ideo ad ꝯsumatam hoīs perfectōem ꝯueniēs fuit vt ip̄m verbū dei hūane nature p̄sonaliter vniretur. Tercia deniq̄ ratio cōgruentie potest sumi ex fine vnionis qui est impletio p̄destinationis eoꝝ qui p̄ordinati sunt ad hereditatē celestē q̄ non debet̄ nisi filijs. ſm illud Roma. viij. Si filij ⁊ heredes. Et ideo cōgruū fuit vt per eū qui est filius naturalis hoīes participarēt similitudinē hui⁹ filiationis ſm adoptionē. sicut ap̄lus ibidē dicit. Quos p̄sciuit ⁊ p̄destinauit cōformes fieri imagini eius. Unde Bern̄. in sermōe Ex hoc maxime dabatur nobis occasio sperande hereditatis. quia factus ip̄e primogenitus in multis fratibus qui fuerat vnigenitus asciscat eos in hereditatē sine dubio quos vocauit in adoptionem. Si eniz

370

fratres ⁊ coheredes. Et addit ibidē Ber-
nardus tres alias ratōnes. Prima vt sic
tolleret confusionem in filiorum pluralita
te. ne scilicet alius dei: alius hominis fili-
us diceretur. Secunda quia videbat̄ ma-
gis congruuz vt is specialiter filius fieret
qui filius erat. Tercia propter excellenti-
am et p̄rogatiuam Marie ꝙ filium vnum
eundemq̄ cum patre meruit habere com-
munez. vt sic supexcellentissima dignitas
c matris magis elusceret. Tercio proin-
de queri potest. vtrum igitur beata virgo
Maria sit dei genitrix appellanda. preser
tim cum sit mater ꝑm qd̄ est cōsubstantia-
lis proli ꝑm diuinam naturaz: sed scd̄m hu
manam dumtaxat. Et ideo Damasceñ. li-
bro. iij. capi. xij. vocat eaz christitothon. i.
christi genitrix. Ad hoc respondet Bona-
uentura super terciuz. distin. iiij. ꝙ verba
christi ꝑm fidem christianam esse debēt ab
errore longinqua ⁊ deuotioni approxima-
ta. maxime tamē illa in quib⁹ est sermo de
virgīe Maria. Ip̄a nāq̄ cūctas hereses
īterimit ī vniuerso mūdo: veritatē ī seipso
ꝯcipiendo ⁊ pariēdo. Ipsa etiam toti hu
mano generi recōciliationem ꝓmeruit. et
ideo circa eam ardere debet omnis christi
anorū deuotio. propterea quia beata vir-
go concepit illum qui non tantū dicendus
est christus propter vnionem: sed etiaz de
us verus propter eternam generationem
Ideo mater illius dei genitrix debet dici
vt ex ipso vocabulo ⁊ impietatis error ex-
tinguatur qui dixit Mariam puruz homi
nem cōcepisse. Ad cuius erroris fomentū
Nestorius voluit eam christi genitricez ⁊
non dei genitricem appellari. eo ꝙ purum
hominem genuisset. Et ideo Damascen⁹
verus doctor ⁊ virginis amator libro. iij.
capi. xiij. docet nos vocabuluz hoc effuge
re. non quia falsum: sed quia Nestori⁹ he-
reticus se ab illo volebat occultare. Dici-
tur enim mater dei non propter hoc ꝙ ge-
nuit deum ꝑm diuinam naturam: sed pro-
pter ideomatum cōmunicatiōem ⁊ miste-
ri incarnationis expressionez ⁊ ip̄ius vir-
ginis honoratōem. Vnde ꝑm aliquos sta
tutū fuit in concilio Calcidoñ. qd̄ Leo pa
pa celebrauit ꝙ mater dei appellaret̄. Alij
tamen dicunt ꝙ in concilio ephesino iussu
Celestini pape p̄mo celebrato. Q⁹ si que-
ratur vtruz beata virgo meruit hāc hono
rationē: scz filij dei generatiōem: ⁊ mater-
ni nominis dignitatē. p̄sertim cum ineffa-
bilis dignationis est ꝙ filius dei eterni fi-
lius efficitur vnius paupercule mulieris.
Ad hoc respondet Bonauētura. ꝙ ꝑm tri
plicem differentiā est loqui de merito. Est
enim primo meritū congrui quo peccator
dicit̄ mereri sibi gratiā cum se ad gratiaz
disponit. ⁊ illo modo virgo Maria meru-
it ante incarnatōem concipere filium dei.
quia pro sua puritate. hūilitate. benigni-
tate. ⁊ charitate nimis fuit idonea vt dei
mater efficeret̄. Est autē secundo merituz
digni: quo scz vir iustus orat pro alio ⁊ me
retur exaudiri. Sic beata virgo post ange
licaz annūciationē ⁊ postq̄ spiritussanct⁹
in ea descendit in copiositate gratie ꝯsen
su dato non solum habuit cōgruitatez: sed
etiā dignitatē. ⁊ ex tunc non soluz meruit
merito ꝯgruitatis: sed etiā dignitatis ob-
umbrari ⁊ altissimi virtute imp̄gnari. Vñ
postq̄ beata virgo annūciatōe accepta ab
angelo fuit sanctificata a sp̄ūsancto tanto
munere gr̄e est impleta vt aliq̄d condigne
possit mereri qd̄ nō possent oēs alij sancti
in vnū ꝯgregati. Est deniq̄ tercio meritū
ꝯdigni. quo scz quis ex tāta charitate me-
retur tātā graciā. ⁊ hoc merito beata vir-
go non potuit mereri vt ꝯciperet filiū dei
pro eo ꝙ hoc excedit omne meritū. ⁊ etiaz
quia fuit ip̄ius meriti gloriose v̄ginis fun
damentū. Siue enim dicam⁹ filium dei ho
minē: siue dicam⁹ filij dei fieri matrē vtrū-
q̄ est sup̄ statu q̄ debet̄ creature. ⁊ iō vtrū
q̄ fuit benignitatis ⁊ gr̄e soli⁹. Quā gr̄az
singularissimā sola v̄go Maria ꝯsecuta ē
felicit̄. De q̄ Gerñ. in. ij. ꝑmōe aduent⁹. O
v̄go v̄ga sublimis ī quā sublime erigꝫ v̄ti
cē scm̄ vsq̄ ad sedētē ī throno vsq̄ ad dñm
maiestatꝫ. neq̄ id mirꝫ: qm̄ ī altū mittꝫ radi
ces hūilitatꝫ. O vere celestis plāta p̄ciosi
or cūctꝫ sanctior vniuerꝫ. O v̄e lignū vite
qd̄ solum dignū fuit portare fructum salu-
tis. Et īfra. Per te accessuz habē⁹ ad filiū

O benedicta inuētrix gratie ⁊ genitrix vi
te: mater salutis, vt per te suscipiat nos q̄
per te datus est nobis ⁊c̄. Vnde ꝓpter
ꝓrogatiuam eius excellentie fidelius ho
norandā participiū illi christianitas exhi
bet specialis honoris in platōe dulcissimi
nominis Marie, vt sicut in noīe Jesu: sic
in noīe Marie omne genu flectat̄, nec sine
causa. Ad cuius evidentiā queri potest
vtz̄ christus meruit sibi dari nomē qđ est
super omne nomen, vt in noīe Jesu omne
genu flectat̄ celestiū: terrestriū: ⁊ inferno
rum, sicut ait ap̄lus. Ad hoc dicendū fm
Bern̄. q̄ christus tria noīa habuit. Vnde
dicit ip̄e in sermone aduent⁹. Jesus chri
stus filius dei nascitur in bethleē iude. Et
vt dicit Bonauētura sup̄ terciū in exposi
tione lr̄e. q̄ quodlibet nomen est sup̄ omne
nomen. Nam fili⁹ dei nomīat personaz in
natura diuina dūtaxat. Christ⁹ aūt ⁊ Je
sus noīant personā in duab⁹ naturis: sz di
uersimode. Quia christ⁹ noīat personā in
hūana natura relata ad naturā diuinaz q̄
dicit̄ vnct⁹. Jesus aūt noīat p̄sonā in di
uina natura relata ad humanā. quia Je
sus dicit̄ esse saluator ⁊ ideo in noīe Je
su debet omne genu curuari in signū grati
tudinis q̄ nostrā naturā assumpsit ⁊ in ea
nos redemit. Et similiter quasi participa
tiue debet in noīe Marie omne genu cur
uari in signū gratitudinis, qz ip̄a sola ⁊ di
guaz fecit se ad suscipiendū ⁊ alliciendus
filiū dei de sinu patris in salutē omniū no
strum. Preterea Jesus noīans p̄sonā in
diuīa natura relata ad humanā est ꝓpie
spōsus anime qui maxime diligēdus ⁊ re
gratiād⁹ est, qz naturā hūanā induēs sib̄ ꝓ
nobis assūpsit p̄fectissimā pauptatē, acer
bissimā pēalitatē. et abiectissimā vilitatē
ac ī oīb⁹ ḡtissimā patiētiā, vt sic vez̄ ami
cū se demōstraret q̄ in ꝓspitate ꝺ facili nō
potest agnosci. Et nos ingratitudinis vi
cissitudinē studeam⁹ animā nostrā fidelem
exhibere sponsam hoc modo. s. vt ornetur
ℬ noīe Maria. qđ primo interp̄tat̄ amaz
mare ꝓpter amaritudinē quā imbibere de
bet de omnib⁹ que spōso displicēt. Fascicu
lus in quit mirre dilect⁹ meus mihi. tunc ꝓ
eius amore cetera reddunt̄ amara. Secun
do interp̄tatur illumīata. s. a sole iusticie:
ad qđ ꝑexigit̄ plena q̄uersio ad bonū ḡmu
tabile. Tercio intelligit̄ dña. qz debet esse
dña interioris ⁊ exterioris homīs. Quar
to illumīans. s. alios q̄ impetratiōem gra
tie. ⁊ hoc p̄cib⁹ flām̄igeris fraterne salutz̄:
Chic est enīz fructus p̄cipu⁹ spūalis ꝺ quib⁹
peccatores iteruz ꝓturiat donec formetur
in eis christus. Quinto stella maris, vt sez̄
reddat̄ exemplaris toti mūdo: spectaculū
facta angelis ⁊ homīb⁹. Et quonīā intelli
genti pauca sufficiūt gr̄a b̄reuitatz̄ hec tā
tuz tetigi vt occasionē dedisse videar ve
re ruminati. Ad laudē dei Amen.

De mirabili vnione dei et limi ac vtrum maior erat congruitas vniōis in natura humana vel an gelica. Sermo. xv.

Ece rex tuus venit
tibi mansuet⁹. Dicit Bern̄. in ser
mone. x. aduentus dñi. Alia tria
opa tres mixturas fecit illa maiestas in as
sūptiōe carnis nr̄e ita mirabilit̄ singl̄aria
⁊ singl̄arit̄ mirabilia q̄ talia nec facta nec
facienda sint sup̄ terrā ampli⁹. Cōiuncta
sunt quippe adinuicē deus ⁊ homo, mater
⁊ virgo, fides ⁊ cor humanū. Admirabi
les sunt iste mixture ⁊ omni miraculo mi
rabiliores: quō tam diuersa: tā diuisa ad
inuicem potuere cōiungi. Et ꝓmo intuere
creationē quō limo terreno vim vitalē mi
scuit in arboribus ⁊ herbis vnde cōsurgit
venustas in folīs, in florib⁹ pulchritudo,
sapor in fructib⁹ ⁊ medicina. Nec hoc con
tentus adiecit vim sensibilē. vt in pecori
bus que etiā sentiūt quīcq̄ partita sensua
litate vigente. Et adhuc addidit honora
rare limū nostz̄. ei vim rōnalez̄ īmittens:
vt etiam discernam⁹ inter cōmodū ⁊ incō
modū. bonū ⁊ malū. verū ⁊ falsum. Deni
cq̄ post detestabilē ingratitudinē nostraz
⁊ lapsuz cum nihil īnobis īuenerit nisi de
meritū: volnit etiā inferiora nr̄a abūdan
tiori gr̄ia sublimare. ⁊traxitq̄ se maiestas
vt qđ melius habebat. s. seip̄m limo nostro

371

cōiungeret vt in vna persona sibijnuicem vnirentur deus et limus. maiestas ⁊ infirmitas. tanta vilitas ⁊ tanta sublimitas. Nihil enim mirabilius q̄ꝫ ꝙ cum tanta dignatōne deus descēdit in limū et cum tāta dignitate limus ascēdit ad deū. vt q̄cquid deus fecit limus fecisse credat̄ ⁊ quicquid limus ꝑtulit deus in illo ꝑtulisse dicatur. Et sicut in diuinitate trinitas est ī ꝑsonis. et vnitas in substātia. sic ī ista speciali ꝯmixtiōe trinitas ē ī substātijs ⁊ vnitas in ꝑsona. Et sicut ibi ꝑsone nō scindūt vnitatē nec vnitas minuit trinitatez. ita nec hic ꝑsona cōfundit substātias nec substantie persone dissipant vnitatē. Et hec est prima et superexcellens mixtura. Aduerte homo quia limus es et nō sis superbus. quia deo cōiunctus es et non sis ingratus. quā mixturam sequitur secūda ꝙ scz virgo et mater cōiuncta sunt ⁊ tercia scz ꝙ cor humanū et fides cōuenerunt in vnum ⁊c. Et hoc est quartum quod inquirendum denotat hoc aduerbiū ecce. quō scz fieri potuit illa mirabilis vnio scz dei ⁊ limi. Ad cuius euidentiā primo queri p̄t. vtrum maior erat cōgruitas ad vnionem in humana natura vel in angelica. p̄cipue cum assumpta natura eo ip̄o ꝙ assumpta est sup̄ ceteras creaturas vniuersas sic exaltata est sed quāto creatura noscit̄ excellentior tanto noscitur ad alterandū idonior. Cum igitur angelica creatura ceteris superueniet vniuersis a deo creatis. ꝓut dicit Richar. de sancto victore. ꝙ ip̄a caput est totius vniuersitatis. ideo magis videtur decens fuisse ip̄am vniri q̄ꝫ humanam naturam. Ad hoc respondet Bonauentura sup̄. iij. dis. ij. ꝙ absq̄ dubio maior ꝯgruentia fuit in humana creatura q̄ꝫ angelica. quod etiam operatio diuina liquido manifestat. quia ꝑm apl̄m. nusq̄ꝫ angelos apprehendit sed semen Abrahe. Et huius ratio dupliciter accipi potest. Primo ꝑm institutionē hūane nature ꝑm quā est in ea maior cōgruitas q̄ꝫ in angelica. tum ꝓpter ꝑsonalem discretionē. que non in angelica sed in humana natura reperitur ꝑm originem. Hinc magis cōgruebat ꝙ persona filij que discernitur a persona patris ꝑm originē eam naturam assumeret in qua filiationis ꝓprietatē retineret quod et factū est. Naz qui ab eterno filiꝰ erat virginis matris. tum etiā ꝓpter maiorem diuini exemplaris representationē rōne cuius homo dicitur minor mundus. Anima eniz rōnalis nō tantū representat deum ꝓut anima cōsideratur in se sed etiā inquantū vnitur corpori quod per eā regitur et in quo toto inhabitat sicut deꝰ in maiori mundo. tum deniq̄ꝫ ꝓpter multiplicem hominis cōpositionem. Quia enī homo cōpositus est ex natura corporali ⁊ spirituali. et sic quoddammō cum omni creatura cōmunicat. ꝓut dicit Gregorius in omel̄. Hinc est ꝙ natura humana assumpta est ⁊ deificatur vt ꝓ hoc quoddammō omnis creatura exaltatur seu natura duz in suo simili deitati counitur. Hinc est etiam ꝙ humane nature assumptō plus facit ad perfectionē vniuersi q̄ꝫ angelice. Et iō maior est in eo cōgruitas ad vnionē etiā ꝑm suam restitutionē. Secunda sumit̄ rō cōgruitatis huius ꝑm humane nature reparationē. Et hoc triplici de causa. Prīo quia homo magis indigebat vt filius dei naturā suaz assumeret eo ꝙ totus lapsus fuerat. Secundo quia minus indignꝰ erat eo ꝙ per aliuz corruerat. Tercio quia amplius ꝓderat eo ꝙ in malum obstinatꝰ nō erat. Cuncta igitur hec tria misericordia diuina pensat in beneficijs. Hinc est ꝙ deus qui diues est in misericordia ꝓpter nimiaz charitatē qua dilexit nos potius assumpsit humanā naturā q̄ꝫ angelicam sed de his latius videbit̄ inferius vbi agetur de causis incarnatōnis et humane reparationis. Secundo queri potest vtrū vnio illa diuine nature et humane excellat omnes alias vnitates creatas sicut Bern̄. sentire videt̄ ad Eugenium dicēs. Inter omnia que vere dicuntur vnū. arcez tenet vnitas trinitatis. Secūdo illa p̄cellit qua tres substātie in xp̄o sunt vna ꝑsona. Ad hoc respōdit Bonauen. sup̄. iij. dis. vj. ꝙ si loquimur de vnitate qua aliqua dicunt̄ vnā ꝑ ꝯuenientiā in ꝑsona sic simpliciter

loquendo vnitas illa que est in christo su/
per omnes vnitates est suprema. Et hoc
quadruplici rõne. Prima est ꝓpter illi⁹ q
tone simpliciratẽ. Nam illa vnio est in q/
sona verbi quequidẽ est suprema. Secun
da est vnibiliũ vnitatez. quia tam natura
assumens q̃ assumpte inter cetera habent
excellentiã. Tercia est ꝓpter vnitorũ inse
perabilitatẽ. qz tanto vinculo fortificata
est illarum naturarũ vnio q nũq̃ fiet nec
fieri posset sepatio. Natura enĩ illa inter
ceteras naturas adhesit verbo eterno q̃
portatur⁊ sustentatur omne quod est sub
deo. Quarta est ꝓpter vnionis illius sin/
gularitatẽ. quia nunq̃ illa vnio fuit huic
vnioni similis. Nec enĩ fuit excellẽtissime
dignatõnis. et ideo nomẽ dignitatis⁊ dy
gnatõnis sibi appropriat vt dicat vnitas
dignatiua vt merito dicatur excedere oẽz
vnitatẽ creatã. Veruntñ vt modũ illius
superexcellentissime vnionis vtcũq̃ lucidi⁹
intelligamus sciendũ q̃ quedã est vnio in
qua est vnus vnibilis in naturã alterius
cõuersio⁊ hoc ex eo cõtingit qz in cõiun/
ctõne repitur vnius ad alterũ repugnan/
tia⁊ ꝑdominantia sicut si gutta aque v/
niatur ampho⁊e vini sed talis vnio nõ re
peritur in incarnationẽ verbi qz ibi nulla fu
it repugnãtia inter naturã diuinaz⁊ hu/
manã. et ideo ibi nõ fuit aliqua trãsmuta
tio nec cõuersio. Secũdo quedã est vnio ĩ
quo ẽ vtriusq̃ vnibilis alteratio⁊ tercie
nature ꝓductio. Et hoc ideo qz ibi est re/
pugnãtia⁊ nõ excellẽs ꝑdominatio sicut
vniunt elemẽta ad cõstituendũ corpa mi/
xta. sz talis vnio nõ est ĩ incarnatõe verbi
quia ibi nulla est repugnãtia⁊ excellẽs ꝑ/
dominatio. Tercio est vnio in qua nulla ẽ
transmutatio sed tercie nature cõstitutio
et hoc est ideo. qz vnibilia nõ habẽt repu
gnantiã. habẽt tñ mutuã dependentiã si
cut vniunt corpus⁊ aĩaz ad ꝓstitutionem
hoĩs. sed talis vnio nõ est in incarnatõne
verbi. qz licz ibi nõ sit aliqua repugnãtia
tñ ibi nõ ẽ mutua dependẽtia⁊ ꝓsequẽs
nec tercie ꝑsone ꝓstitutio Quarto demq̃
est vnio in qua nõ est trãsmutatio nec ter
cie nature cõstitutio sed vnũ vnibiliũ fun
dat tm̃ in altero. Et hoc ẽ ideo qz ibi nõ ẽ
repugnãtia nec essentialis dependẽtia sz
ibi est excellẽs ꝑdominatio sicut cuz vna
arbor inserit alterius arboris stipiti⁊ ille
stipes postea inserit alteri arbori tũc enĩz
vtraq̃ arbor substãtiatur ĩ stipite alteri⁹
arboris ita q̃ vnus est stipes vtriusq̃. Et
talis repitur ĩ incarnatõe vbi humana na
tura vnitur diuine. Nõ qz ibi nulla est re
pugnãtia inter naturã diuinã⁊ humanã.
ideo nulla fit ibi trãsmutatio nec cõuersio
Quia vero nõ est ibi mutua dependẽtia.
ideo nõ fit tercie nature ꝓstitutio Sed qz
ibi est alteri⁹ nature predñatio. necesse est
q̃ diuina natura trahat humanã naturã
ad vnitatẽ. Sed ad vnitatẽ nature trahe
re nõ ꝑt fieri sine transmutatõe⁊ ꝓuersio
ne. et ideo necesse est q̃ eã trahat ad vni/
tatẽ ꝑsone. vt vna eadẽq̃ sit ypostasis di
uine nature⁊ hũane. Et q̃si hũana natura
substãtiet⁊ fundet ĩ diuino stipite. Et ideo
multũ assimilat ista vnio eivniõi q̃ est ꝓin
sertionẽ. Nec Bonauẽ. vbi supr̃. Ad cuius
assimilatõis maiorẽ euidentiã sciendũ q̃ sic
in insitione arboris⁊ insertõe ĩ eodẽ trũ
co in q̃ fuit ramus vni⁹ ꝓ naturã fit ramus
alteri⁹ ꝓ insertionẽ. sic in eadẽ ꝑsona in q̃
erat naturaliter diuina natura ꝓ vnionẽ
est hũana natura. et sicut non sunt plures
arbores sed vna. sic non sunt plures per/
sone ibi sz vna sola sz ꝑsona xp̃i. Et sic in
arbore insita sunt plures fruct⁹ differẽtes
specie. sic ĩ vnitate ꝑsone xp̃i sunt alie ꝓpe
tates conuenientes hũane nature⁊ alie cõue
nientes diuine nature. Sicr sic in vniõe q̃
est per incisionem vnuz nõ est alterũ nec
vnũ est in altero sed vnum fit de suppositis
alterius et secum trahit naturã eius et ꝓ
petuo essentialiter predicatur de eo. Ut
verbi gratia. Cum pirum insertum cuz po
mo fit vnum suppositũ cõmune scilicz vna
arbor et natura pomi non est natura piri
nec ecõuerso. similiter ĩ natura piri nõ est
natura pomi nec in natura alteri⁹ sz vter/
q̃ fructus cum dicitur esse arboris est per
vnionem. Sed cõiunctio diuine nature⁊
humane habet hec tria insertionis vnio/
ni similia eo q̃ natura diuina non est natu
ra humana et econtra. nec etiam natura

diuina est in humana natura nec ecōtra: sz vtraqz natura habet vnū suppositū cōmune in quo vtraqz natura est subsistens. Sz quid facit illud suppositū esse vtrāqz naturam? Certe cōiunctio vel vnio vtriusqz nature in ipso supposito. Naz vnio diuine nature ⁊ humane ī persona christi facit xp̄m deū esse ⁊ hominē. vt tāgit Alexander de halis in tercia pte summe. Concludit igit̄ q̄ incarnatio christi fuit vnione incompabilis. qz vnio diuine nature ⁊ hūane in psona christi post vnionē diuīe essentie ī tribus psonis ē vnio maxīa int̄ oēs alias vniones p̄eminentiā habens. Q. aūt maior ē vnio trinitatis ptz. qz q̄uis quelibet psona sit ita simplex ⁊ vnū sicut esse. tn̄ quelibet triū psonaꝝ est idem re cū ipa essentia in qua vnit̄. sed vtraqz natura in xp̄o nō est idem re cū ipa psona diuina in q̄ fit vnio. Q. aūt est maior vnione spūs qui adheret deo ptz. qz maior est vnio aīe ad deū p cōiunctionē in patria q̄ per cōiunctōem ⁊ dilectōez ī via ⁊ q̄ per fruitionē in p̄ria. Est etiam maior vnio q̄ aīe ⁊ corpis. qz in diuisione corporis ⁊ aīe ī christo nec aīa nec corpus sepabant̄ a deitate. Vn̄ dicit Leo papa. q̄ tāta fuit vnio dei ⁊ homīs vt nec supplicio posset minui nec morte distingui Et hoc ido. qz cū deus sit īmutabilis ei qd̄ sibi perfecte cōiunctū est īmutabilitatē prestat. vt scz illi īmutabiliter adhereat. Vn̄ si diuinitas a carne vel aīa post mortē separata fuisset ea q̄ post mortez ip̄ius facta sunt circa ip̄m nobis salutaria nō fuissent. Fuit etiā dignatōe inestabilis q̄ deus dig̃tus est exaltare ⁊ nobilitare naturā nr̄az: vt sic nos obligaret ⁊ incitaret ad debitā rectitudinē vt qn̄ vel inq̄tum cōsideremus quāta sit dignitas hūane nature: ne deinceps illā per peccatū inquinem⁹. Vn̄ Augusti. de vera religiōe. Q. nobis demonstrauit deus q̄ excelsum locū habeat inter creaturas hūana natura in hoc q̄ deus in vero hoīe apparuit. Hinc in s̄mone hortatur nos Leo papa: dicēs. Agnosce o homo xp̄iane dignitatē tuā ⁊ diuīe cōsors factus es nature: noli in veterē vilitatē degeneri cōuersatōe redire. Memēto capitis huius ⁊ cuius corporis sis membrū reminiscere. qz erutus de potestate tenebrarū translatus es in dei lumen ⁊ regnū. Noli diaboli te iteꝝ s̄uituti subijcere. qz p̄ciū tuū sanguis christi est. Vn̄ tanta est diuīa dignatio in assumptōe hūane nature q̄ est incōprehensibilis omni creato intellectui. Stupet oīs creatura celestis. terrestris. ⁊ īfernalis. Vn̄ ⁊ ip̄i demōes abomīant̄ ingratos. sicut legitur de quodā monacho q̄ ad cantū illius versiculi Et homo fact⁹ est. ex negligentia se nō inclinauit in signum gratitudinis. Q. d videns diabolus velut indignatōe mot⁹ accessit: ⁊ dedit alapā monacho: dicens. O ingrate monache si legeretur Et verbū demon factus est. nos nūq̄ cessarem⁹ genuflectere. Vnde vt hoīes ingrati magis ad gratitudinē incitarent̄: Clemēs papa quint⁹ cōcessit om̄ib⁹ vere penitētibus ⁊ cōfessis dicentibus vel audientibus in fine misse euāgeliū In principio erat verbū. ⁊ flexis genib⁹ mox se inclinātibus ⁊ aliquid osculātib⁹ qn̄ legit̄ Et verbum caro factuz est et habitabit in nobis: vnū annū ⁊. xl. dies indulgētie quotiēs h̄ fecerūt in honorē dn̄ice incarnatiōis. Ad laudem dei. Amen.

De causis secūdarijs incarnationis quātuz ad remotionez malique sunt septuplices.

Sermo. xvj.

Ecce rex tuus venit tibi mansuet⁹. Dicit Bern̄. s̄mōe vij. de aduentu. Sonuit vox leticie in terra nostra. vox exultatōis ⁊ salutz ī tabernaculis peccatoꝝ. Sequit̄. Obstupesce ⁊ lauda vniuersitas creature. sed tu magis o homo: scz de voce audita. Que īquis? Jesus christ⁹ filius dei nascitur in bethleem iuda. Quis lapidei cordis cui⁹ anima liquefacta nō sit in hoc verbo. Verbo inq̄ abbreuiato: sed celesti suauitate referto in quo tota salus humana consistit. Vos qui in puluere estis expgiscimī et respirate perditi. qz venit Jesus querere et saluuz facere qd̄ perierat. Quare vocam⁹

eñ Jesum? nisi quia saluñ faciet populñ suum a peccatis eorum. Gaudeat ergo quisq; ille est quem perpetue damnatõis reum adiudicabat cõscientia peccatorum. Excedit quippe pietas Jesu omnes terminos, quãtitatem, seu numerositates. Quid tas necessariũ perditis, quid tam optabile miseris, quid tã vtile desperatis? Sed tu forte salutes optans teneritudinis pariter & egritudinis proprie pscius curatõis acerbitatem reformidas. Sed ne timeas quia christus suauis & multe misericordie: vnctus oleo letitie, quia computrescere faciet iugum victorum a facie olei. Ante faciem enim vnctionis christi nullus morbus anime quãtumlibet inueteratus stare poterit. Q. si iam certus de saluatore non vtente cauterio: sed vnguẽto, non vstione sed vnctione curante adhuc causaris: vel decurantis pson a non satis digna vel decuratiõis efficacia. Sed ad excludendum vtrũq; statim additur filius dei. Nam qualis pater talis filius: cui subest posse cũ voluerit, & quod maius est. Quare filius dei factus est homo? nisi vt homies faceret filios dei. Exultemus igitur in aduentũ eius & multipliciter gratulemur ques & salutis vtilitas, et vnctionis suauitas, et filij dei maiestas tam elegãter illustrat vt nihil desit ex omnibus que desiderantur, nec commodum, nec iocundum, nec honestum. Et hec indicant verba thematis, Ecce rex tuus &c. In quib9 quinto notatur causa incarnationis eius cum additur Rex tuus.

a Ad cuius euidentiã primo queri potest que fuit causa dominice incarnatõis, presertim cum dicitur ad Balaã, xiij. Cum igitur venit plenitudo temporis misit de9 filium suum natum de muliere factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret &c. Ad hoc respondet Bonauẽtura super tercium, q causam precipuam & nobilissimas eloquia sacra assignant humanũ esse redẽptionem. Et ideo nihil aliud a nobis est dicendum cũ q incarnatõis precipua ratio sit hũani generis reparatio: cũius alie multe sunt ratiões cõgruentie huic annexe: qs doctor sanctus distinguit in duas ratões principales in tercia summe, que sunt remotio mali & promotio boni. Quantum igitur ad remotionem mali prima & principalis causa fuit redemptio generis humani a seruitute peccati, ita q fm Bonauenturam vbi supra, verbum dei non fuisset incarnatum: nisi genus humanum fuisset lapsum. Cuius ratio est, quia dei incarnatio est superexcellentis dignitatis, & ideo cum ibi sit quidam excessus oppositus per ipm corrigendus et restaurandus voluit: quia necesse fuit incarnari. Q. si obijcitur, igitur genus humanum reportauit sibi commoda ex malicia sua. Dicendum q ex fi humana natura non reportauit sibi commodum ex sua malicia: sed ex bonitate diuina & sapientia. Quia enim sapientia dei vincit maliciam, hinc est q non patitur aliqñ malum fieri de quo non eliciat maius bonum. Alioquin non perfecte maliciam vinceret, sicut aperte dicit Alexander de hales in secunda parte summe, q nisi per hoc aliq̃ modo meliores fierent qui reparãtur ad innocentiam nõ permitteret summe potens, summe sapiens, & summe bonus mala fieri. Et licet per malorum deprauationem multi subuerti videantur: consideratis tamen omnib9 que sunt in mundo plus est bonum vel numero vel quãtitate quod elicit deus ex malo cũ sit bonum quod destruitur per malum. Hec ille. Et quia esse potuit aliquod maius in natura humana scilicet vnio humane nature cum diuina in persona christi. Ideo deus cuius infinita est bonitas & misericordia culpam esse permisit in homine propter istud maximũ bonum eliciendum. Cuius gratia canit ecclesia. O culpa nimium beata que tantum ac talem meruit habere redemptorem. Nam si homo non peccasset deus homo non fuisset, sicut expresse dicit Leo papa in sermõe de summa trinitate. Si inquit homo ad imaginem dei et similitudinem in suo honore mansisset creator humani generis et totius mundi creatura non fieret.

Secundo queri potest vtrum deum de-
cuit carnem assumere ⁊ sic hominē redime
b re. p̄sertim cum nihil spectans ad ꝯtempti
bilitatem ⁊ abiectōem decet summā maie-
statem. sed carnē assumere que est de limo
⁊ in ea cōtemptibilem mortē suscipere di-
cit vilissimā abiectiōem. quare videtur ꝙ
nullo modo deceat dei maiestatē. Ad h̄ di-
cendum ꝓut tetigit Bonauētura sup̄ terci
um sine dubio decuit deum carnē assumere
⁊ hominē redimere ⁊ hoc ꝓpter eminētis-
simā manifestatōem sue potētie sapiētie ⁊
bonitatis. ꝙ sic patet. Nam infinita potē
tia non potuit se perfecte manifestare: nisi
per effectū aliquo modo infinituz. nihil au
tem est infinitū actu nisi solus deus. Igi
tur ad ostensionē sue infinitatis necessari-
um fuit aliquez effectū fieri cui attribuere
tur vnū quod esset bonum infinitū. sed hoc
fuit ꝙ deus incarnatus est. Nihil enīz ma-
ius est q̄ deum fieri hominē. Secundo ad
sapientie sue manifestatōez decuit eū assu
mere carnem que maxime ostendit̄ in diui-
norum excellentissima cōsumatione. q̄ qui
dem facta est cum vltimum cōiunctum est
primo. quia ibi est perfectiōis cōsumatio.
vt patet in circulo qui est perfectissima fi-
gurarum termīans ad idem punctū a quo
incipit. Naz principiū a quo omnia facta
sunt verbum vel deus est. Vltimū autē in
operibus est homo qui per incarnationem
cōiungit̄ suo principio vnione qua sub deo
nulla maior esse potest. Nec decuit sūmaz
sapientiaz nobilissimā creaturam permit
tere vniuersaliter suo fine fraudari. Sed
nisi reparatio īteruenisset omnes homīes
suo fine defraudati fuissent. ⁊ ita vane filij
hominū essent cōstituti qd̄ diuine sapiētie
non cōgruebat. quia nihil incōgruuz fece-
rat. Vnde per hoc suū ꝓpositum deꝰ infir
mari ꝑmisisset. quia ꝓposuit hominez per-
ducere ad beatitudinez. Nam ꝓpterea fe
cit illum deus ad imaginē ⁊ similitudinez
suam: qd̄ nullo modo decebat. Tercio ad
ostensionem sue infinite bonitatis que po
tissime demonstrabatur in superabūdanti
[illegible]tiōe precij: in liberationē hominis ca-
[illegible] quia sola diuina persona erat que to
ti generi humano p̄ponderabat. quia tan-
tum se humiliabat quātum homo se prius
exaltabat: vt sic fieret debita recompensa
tio. Nam sicut in homīe fuit excessus vici
osus ⁊ in nimietate p̄sumptōnis ⁊ elatio-
nis. sic in christo excessus virtuosus exina
nitionis ⁊ humiliatōis que in assumptiōe
humane nature facta est ex charitate ⁊ pi
etate. Vnde quia deus plenꝰ est misericor
dia ⁊ dilectione. ideo fecit filiū suum incar
nari. non hominis malicia: sed diuine di-
lectōnis nimia misericordia. Iuxta illud
apostoli. Deus qui diues est misericordia
propter nimiā charitatē suam qua dilexit
nos cum essemus mortui peccatis cōuiuifi
cauit nos christo. vt sic s̄m apostoluz: dili-
gentibus deuz omnia cooperātur in bonū
etiaz peccatū: vt dicit Glo. Tercio que
ri potest vtrū ex parte hominis erat ratio c
cur magis decuit eum reparari q̄ angelū
qui nobilior ⁊ ad eternam beatitudinē fa-
ctus sicut homo. quem tamē releuari non
decuit ex miseria. quia si decuissz vtiq̄ de
us ex infinita sua misericordia fecisset. Ad
hoc respondet Bonauētura vbi sup̄. ꝙ ex
parte homis triplex causa suberat cur de-
cuit reparari per incarnationē ⁊ passionez
⁊ non angelū. Primo si cōsideretur digni
tas hominis cōditi que tanta erat ꝙ pro-
pter ip̄m facta sunt vniuersa. non autez ꝓ
pter angeluz. Si igitur homo careret fine
suo: tunc similiter oīa essent suo fine frau-
data. Ideo deus incarnari voluit ⁊ mo
ri non solum vt homini suam dignitatē in
ter ceteras creaturas demonstraret. sz eti
am vt homini pro quo tantam deus facere
voluit tantaq̄ pati voluit suā dignitatez
⁊ eminentissimā charitatem ⁊ fidelitatem
cōmendaret. Secundo si consideretur mo
dus labendi. quia scilicet angelus particu
lariter cecidit scilicet ⁊ sponte sua. sed hu
mana natura vniuersaliter cecidit sugge-
stione aliena. ⁊ ideo nisi fieret redemptio
in humano genere deus in humana natura
suo fine fraudaretur. non autem in angeli
lica. Et iterum. Decens tunc erat huma-
nam naturam per alium deceptam denuo
per alium renouari. vt sicut filij peccaue-

runt in parente. parens autem in diabolo
suggerente. sic ⁊ homo reparet̃ angelo nũ
ciante ⁊ domĩo reuelante. Q. si obijcitur
angelus etiam temptabat̃ ante casuz. Di-
cendum ꝙ homo fortius temptabat̃ q̃ an
gelus. q̃ angelus plus resistere potuit ma
lo angelo q̃ homo. Tercio si cõsideret̃ sta
tus lapsi hominis qui ꝯgruit magis redẽ-
ptioni. quia in illo statu fuit pena cum mi-
seria. ⁊ pena placabat quodãmõ diuinam
iusticiam. miseria ꝓuocabat misericordiã.
presertim cum homo post lapsum penituit
vbi angelus obstinatus permansit. ⁊ ideo
nihil ei redemptio ꝓfuisset. Hinc etiam di
abolus ad hanc obstinatõem inducere ho
minem conabat̃. Vnde Alexander de ha-
lis in. iij. parte summe exponens illud Jo
ne. ij. Per me orta est tẽpestas de filio dei
ait. ꝙ lucifer ꝑuidit rationalem creaturaz
assumendã in vnitatem persone filij dei vi
dit ⁊ inuidit: cecidit ⁊ tẽptauit: eiusq̃ in-
uidia mors intrauit in orbez terraꝝ. Vn
de inuidia que fit causa diabolici casus im
pulit ip̃m ad temptandũ hominez cuius fe
licitati inuidebat vt per peccatũ humana
natura demereret̃ assumptiõem ⁊ vnibili-
tatem ad deuz. Hec ille. Ex p̃dictis igitur
cõcluditur ꝙ licet angelica natura nobili-
or est ⁊ ad beatitudinẽ eque facta. non ta-
men est tam idonea ad reparatiõem sic̃ hu
mana natura. ¶ Quarto queri potest vtꝝ
homo indiguit ex necessitate ad perfectaz
nature reparatõem ꝙ filius dei incarna-
retur ⁊ pro homĩe pateret̃. hoc est vtrũ ne
aliqua pura creatura vel angelica vel hũa
na satisfacere potuit pro peccatis protho
parentũ. Ad hoc rñdet Tho. super terciũ
distin. xx. ꝙ oportebat fieri ꝯdignaz satis
factionem pro peccato hũane nature. alꝰ
enim nõ restitueret̃ prime dignitati. Ad h
igitur ꝙ essz ꝯdigna satisfactio oportebat
ꝙ reparator haberet virtutẽ infinitaz. q̃a
peccatũ pro quo fiebat satisfactio q̃dam
infinitatem habet ex tribus. Primo ex in-
finite diuĩe maiestatis offensa inq̃tũ erat
per ꝯtemptũ inobediẽtie. Quãto enĩ ma
ior est in quem peccat̃: tanto etiaz grauior
est culpa. Secũdo ex bono qd̃ per peccatũ
auferebatur qd̃ est infinitũ: scz ip̃e deꝰ per
cuius participatiões fiunt homĩes beati.
Tercio ex ip̃a natura que corrupta erat q̃
infinitatem quandaz habet inq̃tum in ea
possunt supposita multiplicari in infinituz
sed actio pure creature non potest habere
infinitã efficaciaz. ⁊ sic nõ potuit homo sa
tisfacere. Q. si omnes homĩes ab Adam
vsq̃ ad vltimũ nasciturũ sigillatim tanta
facerent ⁊ paterẽtur quãtum christus egit
⁊ passus est. non possent tamẽ ex cõdigno
per hoc vnam redimere animaz. Cuiꝰ cau-
sam tangit Ansel. dicens ad discipulum.
Quid reddes deo pro peccato? Respõdit
Penitentiã cor contritũ ⁊c. Tunc Ansel.
In omnibꝰ his non reddes deo qd̃ ei non
debeas añ pctm̃ rõe creatõis tue ⁊ bõi qd̃
accepisti ab eo. Hõ enizꝛ si nõ peccasset se
totuz deberet deo ⁊ quicq̃d facere posset.
Hec ille. Nec etiaz angeli genus humanũ
repare potuissent: etiam si omnibus assum
ptis corporibus eadem que christꝰ pro re-
demptõe generis pegissent. Cuiꝰ ratio est
quia homo in instanti sue conditõis tante
dignitatꝫ erat ꝙ nulli creature debitor fu
erat ratione sue beatitudinis. sed est debi
tor ⁊ obnoxius ei qui reparauit ip̃m ad be
atitudinem. Si igitur facta fuisset repara
tio per angelum non esset restitutus pristi
ne dignitati homo. Ex quo relinquitur ꝙ
solus potuit reparare qui potuit condere.
Qd̃ ⁊ fecit ex infinita sua charitate quaz
habuit ad homĩes. quam ⁊ ostendere volu
it in assumpta natura. vt sic per hoc visibi
le traheret eos in amorem inuisibilis dei.
Hiere. xxj. In charitate perpetua dilexi
te. ideo attraxi te miserãs tui. Quibus pu
tas meritis? Nullis vtiq̃. Deꝰ sine vllis
meritis p̃cedentibꝰ vnitꝰ est hũane nature
vt gr̃az ⁊ charitatẽ suam hominibꝰ cõmen
daret. ⁊ spem sue dilectiõis hominibus vi
scerosius imp̃meret: hoc scilicet modo per
quem homo fiducialius ad deuz accederet
cum tam longe esset ab hominibus. iustus
ab impijs. beatꝰ a miseris. Nam homo mi
ser ⁊ dure ceruicis cũ infideliter ageret ꝛ
uine fideli promissioni credere non pot
qua dicit Ozee. xiiij. Sanabo contrit

374

eorꝫ diligam eos spontanee. i. nullo eorum merito hoc exigente: sꝫ ꝓpter memetipm. nisi prius charitas diuine pietatis ⁊ promissionis transiret in effectum. Nec mirũ quia nihil erat in homine propter qđ diligendum se speraret. ⁊ ideo suspectam habuit charitatem dei. Quam suspitionem deus tollere veniens factus est homo ⁊ in homine vermis: opprobriũ hominum ⁊ abiectio plebis. exhibens nobis tanta dilectionis signa ⁊ dulcedinis vt non remaneret aliqđ diuerticulũ excusatõis. Nec est qui se merito abscondat a calore eius. Unde dicit Bern. in sermõe. ꝙ deus volens nobilem creaturaꝫ renouare. Si inquit inuitum coegero asinuꝫ habeo: eo ꝙ non libẽs veniat. Nũquid asinis dabo regnũ meum aut de bobus cura est mihi? Scio quid faciam. Homo timidus est naturalr. sed post lapsum vtiqꝫ in Adam terrebo eum: si forte sic cõuertatur ⁊ viuat. Et ꝯminatus est acerba: scꝫ temporales plagas in fame. siti. persecutõe. Acerbiora: scꝫ mortes temporales. vt patꝫ in dathan. abyron. ⁊ chore ⁊c. Acerbissima. s. penas eternas. tenebras palpabiles. vermes ĩmortales. ignẽ inextinguibilẽ. Sed homo sentiens dilationem. vt patꝫ in fine veteris testamẽti cõtempsit cõminatões. Cũ igitur nec sic homo reuocaretur ait deus. Homo non solũ timidus: sed etiaꝫ cupidus est. Promittã igitur ei aurũ. argentuꝫ. fructus terre. pecora multa. pacẽ in circuitu. vitam longã. in fine quoqꝫ vitam eternaꝫ. Videns tandeꝫ deus ꝙ nec sic ꝓficeret. Adhuc inquit vnuꝫ restat. quoniaꝫ amor inest homini. si per hũc hominẽ trahere potero optime fiet. Venit igitur nostrã naturam assumendo. in qua se tam dulcissimuꝫ ⁊ benignissimuꝫ exhibuit vt eius passiõe lapides scinderentur. Qui ergo ꝯuerti noluerint merito audituri sunt: quid vltra facere debui ⁊ non feci. Redemptio igitur generis humani fuit principalis causa dñice incarnationis q̃tum ad remotõem mali. Secũdaria causa multiplex est. vt tãgit Tho. ĩ tercia ꝑte summe. ⁊ in. iij. sentẽtiaꝝ. Prima ꝓpter tyrannicã hostis potestatẽ refrenãdam. qui ante dñicam incarnatõnem toti mundo ꝓpter peccatum hominis potestatiue domĩabatur. sed per incarnatiõem et passionez domini eius potestas est limitata ⁊ diminuta. Secũda ꝓpter dignitatem hominis ꝯseruandam. quia quãto aliquid est noblius: tanto diligentius debet seruari ⁊ custodiri. Hinc hũana natura ex vnione diuinitatis multuꝫ nobilitata diligentius debet custodiri a peccatis. Tercia propter homĩs p̃sumptõeꝫ tollendã. quia nulluꝫ meritũ puri hominis totiusqꝫ humani generis dignũ fuit vt filius dei carnem assumeret vel peccatũ originale deleret. Ratio primi est. quia per incarnatiõem facta sunt tria que omnẽ meritũ humanuꝫ excedunt. vnio in persona infusa. primaria diuina gratia. ⁊ reformata tota humana natura. Quarto propter mentis elationẽ remouendã. quia si deus se tantum humiliauit ꝙ absqꝫ meritis alicui⁹ formaꝫ serui accepit: ⁊ nobis sic intime vniri voluit. multum in humana natura debet redargui superbia. que magnum impedimẽtuꝫ prebet ne deo homo vniri possit. Quĩto propter criminis quo obligamur satisfactiõem plenissime faciendã. Cum eniꝫ homo in deum peccãdo deũ offenderat in infinitũ. ꝯueniens erat vt quodãmodo infinitã penã pateret̃. vel infinita satisfactio ꝓ eo solueret̃ quam satisfactõeꝫ solus deus soluere ⁊ penam infinitã sustinere poterat. De qua pena latius habetur in passione domini. Ad laudem dei. Amen.

De secũdarijs causis ĩcarnatõis quãtã ad promotõeꝫ boni que dicũtur septuplices. ⁊ de causa primaria ipsi⁹ icarnatõis. Ser. xvij.

Ecce rex tuus venit tibi ⁊c. Dicit Bern. in sermõe. ij. de ephya dñi. Obsecram⁹ charissimi ꝓsit nobis tãta charitas quã de⁹ maiestatis nobis exhibuit. tãta hũanitas quã suscepit. tanta benignitas q̃ nobis in christi humanitate apparuit. Agamus igitur gratias redemptori ⁊ mediatori nostro ꝑ quẽ nobis innotuit tam bona erga nos vo

luntas dei patris. Siquidem talem iaz no
uimus eius animū vt non īmerito dicam⁹
Si cuzo non quasi in incertuz. Profecto
enim tale est coz dei patris erga nos quale
nobis exp̄ssit qui de cozde eius processit.
Nam christus in humanitate sua opere ꝯ
sermōe nobis luculēter ostendit erga nos
paternam charitatē. longanimitatē. beni
gnitatem. ac largitatē non solum in ren
tione mali sed etiaz in ꝓmotōe boni. Pro
quo sciendū q ꝯtum ad ꝓmotōem boni
secundaria causa similiter erit multiplex.
Nam ſm Tho. in tercia ꝑte summe. christ⁹
incarnari voluit vt hominē in bono ꝓmo
ueret. ꝙ hoc sex modis. ¶ Primo ostendē
do propriā perfectiōem. Naz per hoc mō
strauit suaz bonitatē siue clementiā: eo q
proprij plasmatis infirmitatez non despe
rit suam sapientiā que reperit difficilimuz
decentissimā solutionem: suaz iusticiā inue
niendo solutionē rectam. eo q nō vi eripu
it hominē: sed hominē victum docit vince
re tyrannū per liguz. Suam deniq potē
tiam. quia nihil maius est ꝯ deum fieri ho
minez. Secundo rectificādo nostrā cogni
tionem que ꝯtum ad fidez certificatur ex
hoc q non angelo vel homini: sed ꝓpo de⁹
loquēti credit. Unde Augusti. ij. de ciuit.
dei. Vt homo fidēcius ambularet ad veri
tatem: ipa veritas dei filius assumpto ho
mine cōstituit atq fundauit fidez. Tercio
erigendo nostram exspectationē vel spem.
Per hoc enim q dei filius est nobis vnit⁹
naturaz assumēdo: maxime nostra spes eri
gitur q diligamur ab eo ꝙ veniamur ei. Un
de dicit Augus. Gratia dei nō potuit gra
tius cōmendari ꝯ vt ipe dei filius vnicus
īmutabilis in se naturam humanaz indue
ret. Quarto inflāmando nostrā repidaz
dilectionem. que scilicet per illius incarna
tionem maxime inflāmatur. Augus. de ca
thezisandis rudibus. Que magis est cau
sa aduentus dei? nisi vt deus ostēderet su
am dilectionez in nobis. Sequit. Si ama
re pigeat: saltez reamare nō pigebit. Qui
to regulando nostrā indebitaz ꝙ incertam
operatiōem. quia per incarnatiōem suam
exemplū nobis prebuit recte viuendi ꝙ be
ne operādi. Augusti. in sermone de natiui
tate. Homo sequēdus non er. qui videri
poterat. deus sequēdus erat qui videri nō
poterat. vt igit exhiberet homini illuz qui
ab homine videret ꝙ quem homo sequere
tur deus factus est homo. Certo pduce
do nos ad plenam fruitionē. quia per il
lam collata est nobis ad plenū participa
tio diuinitatis. que vere est beatitudo ho
minis ꝙ finis humane vite. Unde Aug⁹.
in sermōe de natiuitate. Factus est de⁹ ho
mo vt fieret homo deus. ¶ Ad maio
rem euidentiā sciendū q Bonauētura
per terciuz. distin. j. querens que fuit ratio
principalis domīce incarnatiōis: in res
sione ponit duas opiniones que earuz ve
rior sit ille nouit qui ꝑ nobis incarnari
gnatus est. Quis inquit istorū modorū
cendi ꝓponendus sit alteri difficile est
dere. eo q vterq modus catholicus sit
a veris catholicis sustinetur. Prima
q opinio simpliciter tenet q precipu
tio domīce incarnatōis fuit reparatio
mani generis: ꝯ quis alie multe sunt ratio
nes congruentie huic annexe. vt supra
ctum est. Secunda vo opinio subtiliorē
que iudicio rationis multum cōsonare vi
detur. Dicit enim q de misterio incarnati
onis dupliciter est loqui. quia incarnatio
est carnis assumptio. De carne vo assum
pta loqui pōt dupliciter. Uno modo quo
ad passibilitatis defectū ꝙ mortis. Et tūc
dicunt q incarnatōis precipua ratio fuit
generis humani redemptio. quia nisi homo
peccassz. ꝙ lapsus ac redimēdus esset chri
stus carnē mortalez non assumpsisset. Un
de super illud Psal. Infixus sum in limo
ꝑfundi. dicit Glo. Augus. Utinam homo
maneret in eo qō eum deus fecit. Si enim
maneret in eo qō deus eum fecit in limo ī
fixus nō esset. qm aūt nō mānit ille īnocēs
quē genuit de⁹: iō mers⁹ est ī ꝑfundo masse
corrupte. Secūdo vo ꝯtū ad substātiam
hūane nāe simplr. ꝙ tunc dicūt q p̄cipua
ratio īcarnatōis nō ē liberatio. qz xp̄us ī
carnatus esset etiam si homo non peccas
set. Et huius ratio est multiplex perfectio
surgens ex dignitate illi⁹ operis. Incar

natio nãq; facit ad ꝑfectõez ipsi⁹ hominis
⁊ per cõsequẽs ad perfectõem totius vni
uersi: in hoc ꝙ completõem dat generi hu
mano ꝑm illud ꝙ respicit tam naturam q̃
gratiam q̃ etiã gloriam. Primo ꝑm illud
qđ respicit naturaz. quia in incarnatõe fa
cta est ꝯsumatio modoꝝ educendi homĩes
in esse. Nam primus homo fuit educt⁹ si
ne viro ⁊ muliere. Secũdus a viro sine mu
liere. Tercius a viro ⁊ muliere. Quartus
scz christ⁹ a muliere sine viro. Si igit̃ chri
stus natus nõ fuisset vnus modus ꝓducti
onis homini deficeret: ⁊ sic vniuersuz per
fectũ non esset. Est eniz ibidem ꝯsumatio
in comꝑatiõe ad perfectõem agentis in h
ꝙ in incarnatõe homo qui est vltim⁹ ꝯiun
gitur cum suo ꝑncipio vnione qua sub deo
nulla maior est. Et in hoc complet⁹ est to
tius humane nature appetitus duz ꝑ opus
incarnatõis nobilissima idoneitas que fu
it in humana natura ꝑm quã vnibilis erat
diuine: ad actum perfectũ reducit̃. Et ido
dicunt ꝙ licet homo lapsus non fuisset: ni
hilominus deus incarnat⁹ fuisset. quia ita
competebat hominẽ perfectũ esse ꝑm natu
ram ⁊ gratiã ac etiam gloriã. vt sic huma
na natura potiorẽ suam dignitatem cõse
queret̃. Vnde super illud ad Hebre. Nus
q̃ angelos apprehẽdit. dicit Glo. Nõ an
gelice nature data est hec dignitas vt ei ꝑ
sona diuina vniret̃. Nec quidem potuit h
opus excellẽtissimũ lapsu ꝓthoparẽtis im
pediri quin hũana natura per eius incar
nationez exaltaret̃ super omne creatũ. q̃a
sic decebat diuinã benignitatẽ ⁊ sapienti
am vt perfecte vinceret ip̃am maliciã. Sa
pientia nãq; diuina intantũ vincit malici
am ꝙ non patitur maluz aliqđ de quo non
eliciatur bonũ: etiam ⁊ magis bonũ. Alio
quin non perfecte maliciam vinceret. ⁊ ꝓ
pterea ꝯtra ꝑuaricationẽ Ade primi q̃ to
tum genus humanuz interfecit: statuit re
ctitudinẽ Ade secundi qui pro toto gene
re humano posset satisfacere. Cuius etiaz
obedientia multo plus deo placere posset
q̃ inobediẽtia primi Ade displicere potu
it. Bonitas enim diuina tanta est ꝙ ex ea
deus plenus est dilectione et misericordia

adeo ꝙ diligentib⁹ se his qui ꝑm ꝓpositu
vocati sunt sancti: omnia facit cooꝑari in
bonũ. Ex hoc enim nos obligauit ad maio
rem dilectõem. hũiliatõem. gratiarũacti
onem. Nam si magnũ erat deum simplici
ter incarnari. magis tamen erat carnez in
fectam passibilem et mortalem assumi. ac
pro humano genere vilissima ac acerbissi
ma pena mori. Vnde Ephe. ij. Deus q̃ di
ues est in misericordia ꝓpter nimiã chari
tatem suã qua dilexit nos cum essem⁹ mor
tui peccatis ꝯuiuificauit nos in christo. i.
in morte christi. cuius gratia estis saluati
Et cõresuscitauit scz in spe. ⁊ ꝯsedere nos
fecit in celestibus in christo Jesu. vt ostẽ
deret in seculis suꝑuenientibus abundan
tes diuitias gratie sue ĩ bonitate suꝑ nos
ĩ christo Jesu. Et Bern̄. in sermõe. Scio
quia dulce nobis e[illegible] In ꝑncipio erat ver
bum. dulcius Verbuz caro factum est. sed
dulcissimũ verbum in cruce suspensuz. Et
iterum. Domine Jesu christe libenter au
dio te. regnantẽ in celis. libentius nascen
tem in terris. libẽtissime crucem clauos et
lanceam sustinentẽ. Secundo ꝟo incarna
tio fecit ad perfectiõem ip̃ius hominis in
hoc ꝙ completiõez dat humano generi ꝑm
illud qđ respicit ip̃am gratiam homini cõ
ferendaz. quia in incarnatiõe christus as
sumpsit humanã naturaz ratione charita
tis ⁊ gratie. Et simul cum hoc facit ad per
fectionem meriti. quia omnia merita pen
dent ⁊ meliorantur merito christi. Hic
igitur queri potest de gratia capitis quid
sit. vtrum sit aliquid creatuz vel increatũ.
ꝑsertim cum nullum creatum influit motũ
⁊ sensuz ĩ membra christi. sed gr̃a capitis
est ꝑm quã est influẽtia mot⁹ et sensus ĩ mẽ
bra xp̃i. ergo gr̃a capitis nõ põt esse aliq̃d
creatuz. Ad h rñdet Bonauẽtura suꝑ. iij.
dist. xiij. ꝙ caput in spũalib⁹ trãssumptiue
dicit̃ a capite in corꝑalib⁹. Omnes autem
trãsferentes ꝑm silitudinẽ trãsferũt. ideo
caput in spũalib⁹ dicit̃ ꝑm ꝯcomitãtiã ad
aliquã ꝓprietatẽ capitis materiał. In ca
pite aũt materiali hec tria ĩuenimus. scili
cet ꝙ est mẽbris cõforme. ⁊ ꝙ est mẽbroꝝ
ꝑncipiũ. silr ꝙ est influxiuũ sensus ⁊ mot⁹.

Qua ꝓpter in ipo reperiℓtur oℓes ſenſus perfectiori modo q̄z in alijs mēbris. Omnes igitur has ꝓprietates in chriſto repe-rimus reſpectu ſuoꝝ membroꝝ ſpiritualium. ⁊ ideo rationabiℓr dicit ſcriptura chriſtum eſſe caput totiꝰ eccleſie. Nam prima ꝓprietas que eſt cōformitas cuꝫ membris illi competit ratōe hūane nature. ſicut dicit Auguſti. ſuper Johannē. Omnis quippe nature ſunt vitis ⁊ palmites. ꝓpter qđ chriſtus cum eſſet deus cuius nature nō ſumus: factus eſt homo vt ī illo eſſet vitis in hūana natura. cuiꝰ nos palmites eſſe poſſemus. Omnino ẏo idem eſt de capite ⁊ vite intelligendū. Et ſicut caput materiale eſt indiuiſuꝫ a membris, per vnitatem nature. ſic vnio capitis huius ad corpus eccleſie per fidem eſt ⁊ dilectōeꝫ. Nam indiuiſio ſpiritualis nō pꝛ[illegible] diſtantiaꝫ localem vel ſeparatōem cōporū. ſed ſuparationem ⁊ diſcōuenientiam mentiū ⁊ affectionem. Dicit enim apoſtolꝰ Epheſ. iiij. habitare chriſtum in cordibus noſtris per fideꝫ ſcilicet dilectōe formatā. Secūda ẏo ꝓprietas que eſt membroꝝ eſſe principiuꝫ chriſto cōpetit ratiōe diuine nature ſm q̄ eſt omniū principiū. Vnde ſup illud Cor. j. Ipſe eſt caput corporis eccleſie qui eſt principiuꝫ ⁊c. dicit Glo. Qui eſt principium ſm diuinitatē ſcilicet fundamentuꝫ eccleſie. quia oēs iuſti qui ab Abel vſq̄ ad vltimū iuſtum generātur: eius virtute ⁊ diuinitate illuminātur. Nihilominꝰ chriſtus tamen poſſet aliquo modo eſſe principiuꝫ membroꝝ ſuorum q̄tum ad eſſe gratie etiam ſm humanā naturaꝫ. quia nunq̄ aliqs gratiaꝫ cōſecutus eſſet niſi haberet in corde chriſtum vt fundamentū qđ collocatur per fidem. Fundamentū enim nemo aliud ponere poteſt in membris ꝑter id qđ poſituꝫ eſt: qđ eſt chriſtus Jeſus. ſine quo fundamento nemo poteſt habere gratiam. qꝛ nunq̄ fuit alicui ſalus niſi fide mediatoris Tercia ꝓprietas: ſcilicet influēdi ſenſum ⁊ motum cōpetit illi ratione vtriuſq̄ nature. quia dupliciter cōuenit influere ſenſum ⁊ motum gratie. ſcilicet per modum ꝓparātis. ⁊ ſic eſt ipius chriſti ratōe humane nature in qua paſſus eſt propter nos ⁊ patiendo ſatiſſecit ac remouit iniurias. diſpoſuitq̄ ad ſuſcipiendū gratiam perfectam. ⁊ ſic eius humanitatis eſt influere per modum merentis. ita q̄ influēria primo reſpicit chriſtū ſm naturam creataꝫ. Secundo ẏo conuenit influere per modū impcientis ⁊ cōferentis: qđ eſt ipius chriſti ratione diuine nature. qꝛ ſolus deus eſt qui pias mētes illumīat: ſolus qui interius baptizat. ꝓ eo q̄ mens noſtra īmediate ab ipa veritate formatur. ⁊ ſic influēria ſecundo reſpicit chriſtum ſm naturaꝫ increataꝫ. Ex quo patꝫ q̄ gratia capitis primo modo nominat gratiā creatam ſecūdo modo gratiaꝫ increataꝫ. Ad maiorem tamē euidentiam ſciendū q̄ ſenſus in ſpiritualibꝰ attenditur q̄tum ad cognitiōem. motus ẏo q̄ntum ad affectionē ⁊ dilectōem. que eſt pōdus inclinans vnūquenq̄ ſpiritum ⁊ trahens ad locum ſibi debitum. Influere igitur morum ⁊ ſenſum eſt in nobis creare fidem operantez dilectōem et cognitionez. Que cognitio ⁊ dilectio ſunt ī triplici differentia. Nam quedam reſpicit ſtatuꝫ meriti ⁊ dicitur gratia. Quedam ẏo ſtatum premij que dicit gloria. Quedam eſt vtriſq̄ ānexa que nec eſt de eſſentia meriti nec premij: ſed de bene eſſe. Et ſm hanc triplicem differentiam gratia capitis influit in membra: Gratia quidē increata effectiue ſed gratia creata meritorie. Nam per meritum paſſionis chriſti promiſſum patribꝰ ꝑcedentibus dedit deus gratiam recōciliationis: ſed ꝓpter hoc exhibitū dat nobis gr̄aꝫ recōciliatōis abundāti⁹. in qua quidem gratia eſt ſenſus cognitiōis: ⁊ motus affectōis. ⁊ rurſus per illam paſſionē aperta eſt ianua celeſtis vt omnibus membris chriſti detur cognitio et delectatio gloriоſa in quibus ꝓfectus cōſiſtit ſenſus ⁊ motus. Ex eadem etiaꝫ angelis multa miſteria reuelantur ⁊ gaudia multa conferūtur de ſua reſtauratione que inuenīt facta per chriſtum. Et ideo etiam ipi accipiunt motum ⁊ ſenſum. non tamē illum qui eſt de eſſentia gratie ⁊ glorie. ſed q̄ eſt de bene eſſe ⁊ perfectōe redūdat. Jgitur gr̄a capitis

influit in omnes ciues celestis iherusalez: sed magis in homīes qui redimūtur q̄ in angelos qui ītegrātur. magisq̄ in eos qui sequūtur eius aduentuz q̄ in eos qui precesserunt. quia clarius vident ⁊ credunt ⁊ carismatum donis amplius perfundūtur. Hic tamen sciendū ſm Alexandrū de hal. in. ij. ꝑte summe. ꝙ sensus spiritualis fundatur in natura spirituali ſm ꝙ anima ſm intellectū dicit̄ spirit⁹. Et ſm Bonauent̄. sensus spiritualis dicit̄ vsus interior gratie respectu ipsius dei ſm proportionē ad quinq̄ sensus corporales. Et sic accipiūt sensus Origeñ. ⁊ Gerñ. qui distinguūt q̄nq̄ sensus īteriores: quorū quilibet vt vult Gerñ. radicem habet in intellectu et affectu. ꝑ eo ꝙ cognitionez experimētalem dicant: cuz tamen ſm rem necesse est ponere vnū sensum interiorē: licet propter modū comp̄hendēdi plures esse dicātur. q̄a vna erit potentia ſm quā erit videre ⁊ gustare ⁊ ita vnū erit in substātia videre et gustare: Vnde Augus. in libro cōfessi. Cū amo deum meuz amo lucem. vocem. odorez. cibum. amplexuz interioris homīs mei. vbi fugiet anime mee qd̄ non capit locus? vbi sonat qd̄ non capit corpus? vbi olet qd̄ nō spergit flatus. vbi sapit qd̄ nō minuit edacitas? vbi heret qd̄ non diuellit satietas? Ad laudem dei. Amen.

De gratia in generali ⁊ eius effectibus liberalitateq̄ donātis. Sermo. xviij.

Ecce rex tuus ⁊c. Ex quo dictū est (ꝙ incarnatio christi facit ad perfectiōem hominis in h̄ ꝙ completionē dat humano generi) in sermone p̄cedenti ſm illud non solum ꝙ respicit naturam: sed etiam ꝙ respicit gratiaz. Ideo de gratia in generali ꝓsequēdo: prima queri potest cum dicat apostol⁹. j. Corinth. xv. ꝙ deus cui vult miseretur: ⁊ quē vult indurat. cur vnū eligit conferēdo gratiam: alterū abijcit deserendo in malicia. vnuz suscipit ad veniam: alterū reprobat ad gehennam. sicut luculenter apparuit in Dauid et Saul. ambo peccauerunt. ambo ꝓfessi sunt: dicentes peccaui. tamen vnus qui maior videbat̄ in peccatis ad veniam ⁊ gratiam assumptus est. alter autē a deo reprobatus est. Quid est hoc? nū quid iniquitas est apud deum: aut personarū acceptio apud ipsuz? Ad qd̄ respondet ibidem Glo. Scrutetur qui potest tam magnū ꝓfundum iudiciorum dei. Nolo vt hoc a me queras. homo sum. ꝓfunduz nimis hoc aduerto esse. nō penetro: sz expauesco. Quare? Quia vt ibidem ꝓsequitur. meritū obdurationis inuenim⁹: misericordie tamen meritū non inuenimus. Dicit tamē Lyra super hunc locū. ꝙ a deo non electi in peccatum ruūt non est ꝓpter dei defectum vt deficiūt ei instinctus diuini ad bonum: sed est ꝓpter defectū liberi arbitrij non recipientis illos instinctus. ⁊ sic eis gratia iuste denegatur. qua subtracta sequitur induratio in peccatis. Nam vt dicit Tho. super iiij. distin. xvij. Bona volūtas que gratiaz gratūfacientē precedit ex deo nobis ꝓuenit: qui gratuita sua bonitate nos ad hoc ꝓuocat: vel flagellis: vel auxilio interiori vel exteriori. Sed per cōtinuatam resistētiam huius ꝓuocatiōis miser homo diuīe bonitati ponit obicem ingratitudinis: cōtemnēs gratiā diuine liberalitatis. ita ꝙ ad maluz assuefactus tandem ad illius cōtrarium bonuz: specialius obduratur contrario vitio. Vnde Augusti. de illo Geñ. cōtra manicheos libro. ij. dicit. In dolore paries filium. Verū est sacramentū huius sententie ꝙ nulla est abstinentia a voluptate carnali que non habeat in exordio dolorem: donec in meliorez partem cōsuetudo flectatur. Ad qd̄ cum ꝓuenerit quasi natus est filius. i. ad bonuz opus paratus affectus per cōsuetudinez bonam. que cōsuetudo vt nasceretur cuz dolore reluctandum est cōsuetudini male. Alioq̄n vt idem dicit libro cōfes. Lex peccati est violentia cōsuetudinis. qua trahit̄ inuitus animus eo merito quo in eam volens illabitur. Et sic vt idem alibi dicit. Cum vult non pōt. quia quādo potui noluit. i. per malum velle perdidit bonum posse. Sic qui peccator

